HERCVLIS
MARESCOTTI
SENIORIS
PATRICII BONONIENSIS
Iuriſconſulti Clariſsimi.

VARIARVM RESOLVTIONVM
Liber Primus, & Secundus.

In quibus ſelectiores Vtriuſq; iuris materiæ tàm beneficiales, quàm prophanæ, quæ apud omnia tribunalia frequentius in diſputationem veniunt; necnon dubia, & quæſtiones, quæ in Vtraquè Signatura Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ, ac in Sacro Rotæ Romanæ Auditorio, & in Regio Conſilio Neapolis quotidiè in praxim adducuntur, præſertim iuxtà receptiores ſententias Doctorum, eiuſdemq; Sacræ Rotæ, ac Regij Conſilij deciſiones, hoc ſigno ☞ notatas, ſingulari ordine, ac methodo, & ſumma doctrina, ac facilitate tractantur, atquè reſoluuntur.

Cum Summarijs, & duplici Indice, vno ſingulorum Capitum, & alio omnium rerum locorumq; inſignium locupletiſsimo.

Opus reuera inſigne, & egregium, ac omnibus in foro verſantibus vtile, & pernecesſarium.

AD S. D. N. PAVLVM V. PONT. MAX.



ROMAE, Ex Typographia, & ſumptibus Aegydij Spadæ. M. DC. XIIII.

Cum Priuilegio, & Superiorum Permiſſu.

Imprim. Si videbitur R. P. Magistro Sacri Palatij Apostolici.

Cesar Fidelis Vicesgerens.

Ego M. Ant. Petilius I. V. D. de ordine & commissione Reuerendiss. P. S. Apost. Palatij Magistri, totum præsens opus VARIARVM RESOLVTIONVM vidi, & diligenter consideraui, & in eo nihil contra fidem, bonos mores, aut Apostolicam Sedem inueni. Imò fidele in allegationibus repertum, omnibus in foro versantibus, nedum vtile sed & valde necessarium iudico; In quo scilicet vtriusq; iuris selectiores, & in praxim frequentius occurrere solitæ materiæ, summa doctrina ac facilitate, ordineq; & methodo singulari pertractantur. Quapropter ad commune commodum illud imprimendum censeo. Romæ Kalend. Octob. M. DC. XIII.

M. Ant. Petilius manu propria.

Imprim. Fr. Thomas Pallauicinus Bononien. Mag. & Reuerendissimi P. Fr. Ludouici Ystella S. P. Apostolici Magistri Socius Ordinis Prædicatorum.

PAVLO V.
PONT. MAX.

HERCVLES MARESCOTTVS FELICITATEM.

BONONIAM Patriam meam Beatifs. Pater bonarum altricem artium, & peruetusto Romanorum Pontificum iure adiunctam ditioni tuę, & mancipio tuam, iampridem ab ineunte ætate esse didiceram meorum & præceptis ciuium, & exemplis: natu verò grandior id ita esse cùm alibi sæpius explorato comperi: tum Romę pręsertim diuturna ciuilium rerum tractatione cognoui planèq; sic mecum ipse constitui; quicquid ingenio peperissem: quicquid industria comparassem: id veteri Bononiensium instituto non meis vtilitatibus magis deseruire debere: quàm tibi, quàm tuis, quàm Romæ, quàm omnibus: quandoquidem harum rerum omnium rationes vnius tui, vel consilio, vel arbitrio continentur. Quæ me res adhortata potissimum est: vt quoniam ità natus, ità more patrio sum institutus, vt nihil à Pontificia causa mihi disiunctum existimem: ingenij mei fructum eiusdem Domini profitear esse, cuius esset & fundus. Eam ob causam opus hoc meum multis à me diurnis laboribus, ac nocturnis lucubrationibus elimatum, de varijs resolutionibus inscriptum, quæ iuxtà consuetudinem vtriusquè Signaturæ, Sacræq; Rotæ morem in Vrbe maximè decidi solent: ad authoritatem, & clementiam tuam deferre malui: meorum quasi vectigal studiorum: vel meę potius argumentum pietatis in Patrem, venerationis in Dominum, voluntatis in Patriam, æquitatis in omnes. Quantum autem hoc nouo conscribendarum rerum ordine pretium operæ fecerim: aut cæteri deinceps in eo cognoscendo facturi sint: ne videar gloriosè venditare merces meas: aliorum erit iudicium; nec sanè tuam prudentiam latere poterit B.P. qui nunc & omnium gentium communis es arbiter, & omnis magister æquitatis, & iuris:

✝ 2 quem

quem & ex hac ipsa Iustitiæ palæstra, Rotæ summum moderatorē vtriusq; iuris integerrimum, æquissimum, consultissimum publica Felicitas admouit ad Reipublicæ Christianæ clauum. Iam vero, ne munus hoc improbes, mihi summum est in votis: vt comprobes, est supra votum. Qui si dignum quoquè iudicaueris, quod in tua commendatione, tanquàm in Hermathena collocetur: erit hoc mihi quidem pulcherrimum ad nomen, fructuosissimum ad vsum: ità tamen vt amplitudine, & magnitudine tua semper foueatur. Deus Sanctitatem tuam diù incolumem seruet. Romæ iij. Nonas Maij, M. DC. XIIII.

SCIPIO.

SCIPIONI BVRGHESIO
S. R. E. CARDINALI
AMPLISSIMO.

HERCVLES MARESCOTTVS F. P.

FACILITATI quoquè tuæ Scipio Cardinalis Amplissime nostrum hoc opus, imò vestrum inscribimus. audacter: non nego. Sed nimirum hoc habet vestra felicitas: vt & vestras illustrare virtutes, & aliorum educare possitis. Quod quàm verè dicatur: in auunculi tui cernitur exemplo: cernitur in tuo. Quantum enim studia bonarum artium vestræ felicitatis, vt ita dixerim, aspiratione recreata reuirescant: quantum ingenijs, quantum virtutibus, quantum Vrbibus, quantum ciuibus, & salutis, & dignitatis, & tranquillitatis accesserit: vt interim alia vestræ prætercam argumenta laudis: abundè testantur ingeniosorum in primis, & doctorum hominum quamplurima monumenta litterarum vestræ passim nuncupata Clementiæ. Meritissimò. Sic enim & verni nunc flores matutina luce perfusi Soli primùm occurrunt, ac suæ lucis parenti aduigilant, explicantq; suorum pro se quisquè colorum opellas: eas, inquam, ipsas, quas ab eo ipso luminum principe mutuantur. Idem videlicet sensus attigit animum meum. Nequè vero me, licet non eximium in paucis, sed vnum e multis prætervolare debuit omnium hæc studendi, placendiq; vobis communis voluntas: nec in vno reprehendenda, quæ communis est omnibus: & hoc ipso maxime laudanda: quia gestit apparere vobis: è quorum facilitate communia propagantur incitamenta virtutis, ornamenta laudis, alimenta Pacis, instrumenta Gloriæ. Vale Romæ iij. Non. Maij, M. DC. XIIII.

INDEX

TYPOGRAPHVS LECTORI S.

EN Lector beneuole, prodit in lucem liber insignis, quem ritè iurisprudentiæ thecam appellaueris, magnis laboribus, ac diligenti cura compositus à clarissimo I. C. Hercule Marescotto, Patritio Bononiensi. In hoc omnes ferè I. V. materias obscuriores, & quæ in Romana Curia apud omnia tribunalia in praxim adducuntur, accuratissimè tractatas, subtiliter discussas, ac sapienter resolutas, præsertim iuxta receptiores sententias Doctorum, ac Sacræ Rotæ suffragia decisas reperies. Ordo verò, ac methodus tractationis eiusmodi est, vt cũ summa facilitate tradantur, quæ apud alios vix intelliguntur. Cum verò titulum præfixum legas VARIARVM RESOLVTIONVM, *suspicari potes, ex legalis doctrinæ sylua amplissima, quæ lectiora sunt, ac crebrius in disceptationem vocantur, hic vtilissimè digesta esse. Lege itaque feliciter, atque authori benè precare, dum herculeo propè labore alterum tibi Tomum adornat. Vale. Romæ iij. Non. Maij. M. DC. XIIII.*

PAVLVS PAPA V.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM. *Cum ſicut dilectus filius Egidius Spada incola Vrbis noſtræ nobis nuper exponi fecit ipſe Egidius duos libros* VARIARVM RESOLVTIONVM *dilecti Filij Herculis Mareſcotti Doctoris Bononienſis in lucem edere intendat, ac vereatur ne poſtquam in lucem prodierint, alij qui ex alieno labore lucrum quærunt idem opus typis cudi facere curent in ipſius* Egidij *præiudicium, Nos eius indemnitati ne ex impreſſione huiuſmodi aliquod diſpendium patiatur prouidere, illumque ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſoluendum, & abſolutum fore cenſentes, Supplicationibus eiuſdem Egidij nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, prædicto Egidio, vt decennio proximo à primæua dicti operis impreſſione dummodo antea à dilecto filio noſtro Ioanne Garzia tituli Sanctorum quatuor Coronatorum Presbytero Cardinali Millino nuncupato approbatum fuerit, computando durante, nemo tàm in Vrbe, quàm in vniuerſo* Statu *Eccleſiaſtico mediate, vel immediate nobis ſubiecto opus prædictum, ſine ſpeciali dicti Egidij, aut eius hæredum, & ſucceſſorum, vel ab eis cauſam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs impreſſa vendere, ſeu venalia habere, vel proponere poſſit auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuerſis, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus præſertim librorum Impreſſoribus, ſub quingentorum ducatorum auri de Camera; & amiſſionis librorum, & typorum omnium pro vna* Camera *noſtra* Apoſtolicæ, *ac pro alia eidem Egidio, ac pro reliqua tertijs partibus accuſatori, & Iudici exequenti irremiſſibiliter applicando, & eo ipſo abſque vlla declaratione incurrendis pœnis, ne dicto decennio durante opus prædictum, aut aliquam eorum partem, etiam prætextu additionum, aut explanationum, tàm in magno quam in paruo folio, ac tàm in Vrbe quàm in reliquo* Statu *Eccleſiaſtico prædictis, ſine huiuſmodi licentia imprimere, aut ab alijs impreſſa vendere, aut venalia habere, ſeu proponere quoquomodo audeant, ſeu præſumant, ac mandantes dilectis filijs noſtris, & Apoſtolicæ* Sedis *de latere Legatis, ſeu eorum Vicelegatis, aut* Præſidentibus, Prætoribus, *& alijs Iuſtitiæ miniſtris* Prouinciarum, Ciuitatum, *Terrarum, & locorum* Status *noſtri Eccleſiaſtici prædicti, quatenus dicto Egidio, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, ſeu ab eis cauſam habentibus huiuſmodi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes quandocunque ab eodem Egidio, & alijs prædictis fuerint requiſiti pœnas prædictas contra quoſcunque inobedientes irremiſ-*

ſibiliter

ſibiliter exequantur; Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis Statutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & approbatis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quod præſentium tranſumptis etiam in ipſis operibus impreſsis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & Sigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum *ſub Annulo* Piſcatoris *die* xvj. *Maij M. DC. XIIII.* Pontificatus *Noſtri Anno Nono.*

INDEX SINGVLORVM CAPITVM.

QVAE IN PRIMO LIBRO CONTINENTVR.

* Caput

Caput

INDEX CAPITVM

INDEX CAPITVM SECVNDI LIBRI.

Caput

Caput

HER-

HERCVLIS MARESCOTTI
I. C. BONONIENSIS
VARIARVM RESOLVTIONVM
Liber Primus.

Fideicommissarius quando possit auctoritate propria bonorum possessionem accipere, & quando non, ex sententia Rotæ plenè examinatum. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius debet accipere possessionem de manu baredis.*
2 *Capiens possessionem auctoritate propria non est legitimus contradictor ad impediendam baredis immissionem, etiam si incontinenti doceat de iure suo.*
3 *Debet capere de manu baredis, etiam si restitutio fideicommissi fiat ipso iure.*
4 *Statutum Vrbis lib. 1. c. 86. non habet locum in fideicommissario propria auctoritate bonorum possessionem ingrediente.*
5 *Restitutio fideicommissi potest extraiudicialiter fieri.*
6 *Facienda est etiam de iure canonico.*
7 *Possessio capta a fideicommissario auctoritate propria non est legitima, quamuis protestetur se non facere animo inuadendi.*
8 *Possessio vitiosa non purgetur per mandatum de manutenendo.*
9 *Statutum quòd possessio defuncti cōtinuetur in baredem non habet locum in fideicommissario.*
10 *Statutū continuans possessionem in baredem & fideicōmissariū, intelligitur per prius in baredē.*
11 *Possessio capta a fideicommissario baereditate iacente est vitiosa, etiam si sit capta auctoritate Iudicis, & n. 12.*
13 *Capta bareditate iacente debet a fideicommissario auocari, & dari baredi.*
14 *Fideicommissarius singularis non potest capere possessionem auctoritate propria.*
15 *Fallit quando nullus bares possidet.*
16 *Tenetur restituere possessionem baredi volenti falcidiam detrahere, licet possideat sine vitio.*
17 *Fideicommissarius secundus non tenetur capere possessionem de manu baredis, & quare.*
18 *Declaratur quotiescunque primus fideicommissarius est in mora.*
19 *Fideicommissarius potest propria auctoritate possessionem capere, quando verbalis restitutio sibi ab barede facta est.*
20 *Fideicommissum vniuersum restitutum censetur facta vnius rei restitutione.*
21 *Possessio bareditatis non acquiritur ex apprebensione vnius rei, sed omnium rerum apprebensio est necessaria.*
22 *Fideicommissarius potest ex se ipso capere possessionem, quando nullus est bæres, qui restituat.*
23 *In fideicommissarium ipso iure transeunt actiones vtiles, quando non adest bæres, qui restituere possit.*
24 *Fideicommissario licentia ingrediendi possessionem propria auctoritate a testatore concedi potest non solùm expressè, sed etiam tacitè.*
25 *Licentia ingrediendi propria auctoritate, quando tacitè inducatur.*
26 *Probibitio testatoris nè vis, aut molestia alicui inferratur, intelligitur de vi, seu molestia facti, non iuris.*
27 *Verbum (instituit) quando importet facultatem apprebendendi auctoritate propria.*
28 *Substitutus addita bareditate per bæredem non potest capere bona testatoris, nisi per fideicommissariam.*
29 *Licentia a testatore concessa capiendi possessionē auctoritate propria, quando non operetur.*
30 *Hæredi a fideicommissario restitutio est facienda propter detractiones.*
31 *Possessio bonorum ante liquidationem, & detractionem legitimæ, & trebellianicæ a fideicommissario capi non potest.*
32 *Corn. cons. 123. lib. 4. declaratur.*
33 *Hæres pro alijs creditis impedire potest, ne fideicommissarius in possessionem mittatur, vel immissionem factam reuocare, etiam si legitima, & trebellianica sint deducta.*
34 *Licentia ingrediendi possessionē auctoritate propria locum non habet, quando possessori competit defensio, vel dubitatur, an possit competere.*
35 *Possessio nemini est auferenda, etiam si iniustè possidere videatur, nisi fuerit citatus.*
36 *Licētia intrandi possessionē propria auctoritate quis vti non potest, nisi prius liquidato negocio.*

IVRIS propositio est egregia, & notabilis, quam in ore omnium quotidiè esse videmus, quòd possessio bonorū fideicommisso subiectorum a fideicommis-
1 sario † de manu hæredis est accipienda, & non auctoritate propria, aliàs nō dicitur legitima, sed potius vitiosa, l. 1. ff. quo-

rum legat. Bart. Castren. & alij in l. filiam. ff. ad Trebellian. Roman. conf. 312. in princip. Dec. conf. 424. n. 14. Gozad. in l. vnica, limit. 2. §. 1. n. 19. C. si de moment. possess. late Rolan. qui alios cumulat. conf. 78. n. 14. lib. 3.

2 Hinc est, quod fideicommissarius † non dicitur legitimus contradictor ad impediendam hæredis immissionem, quàmuis incontinenti doceat de iure suo, quia ad hunc effectum requiritur etiam, quòd possideat legitimè, iuxtà notata in l. fin. vbi Dec. n. 48. C. de Edicto Diui Adrian. tollen. Socin. Iun. conf. 75. n. 18. lib. 1. & hanc opinionē perpetuo tenuit Rota. vt in decis. 565. par. 1. diuers. & in causa Vrbeuetana hæreditatis. 12. Decembris 1567. corā bo. me. Cardinale Serafino, & in vna Ianuen. fideicommissi de Pallauicinis. 19. Februarij 1590. coram Cardinale Platto: Idem fuit resolutum in causa Hortana Domus. 24. Ianuarij. 1605. coram Ludouisio nunc Archiepiscopo Bononien. & in vna Romana de Capizzucchis 10. Aprilis. 1606. coram Horatio Cardinale Lancellotto.

* Extenditur primùm hæc cōmunis * conclu-
3 sio, vt locum habeat, † etiam quando restitutio fideicommissi fit ipso iure, quia nihilominus fideicommissarius non potest propria auctoritate possessionem apprehendere, sed illam capere debet de manu hæredis, Gloss. commu-
* niter * recepta in l. 1. § quoties. ff. ad Trebell. Alex. conf 82. n. 4. lib. 2. Dec. d. conf. 424. n. 15. Aym. cōs. 376. n. 12. Rimin. Iun. conf. 363. n. 21. Natt. conf. 223. n. 1. & conf. 395. n. 8. & sequen. Surd. conf. 73. n. 29. & decis. 333. n. 8. & fuit resolutum per Rotam in dicta causa Romana de Capizzucchis.

Et hinc infertur ad vnum valde notandum, quòd licèt restitutio ipso iure facta intelligatur, quando statutum mandat, vt fideicōmissa executioni mandentur omissa omni iuris solemnitate, nihilominus possessio non potest a fideicommissario propria auctoritate capi, præsertim si statutum excipiat casum, quando legitima exceptio fuerit opposita, vt excipit statutum Vrbis lib. 1. cap. 86. quia tunc exceptio, quod iura, & actiones in fideicommissarium non fuerint translata absque restitutione reali, vel verbali, videtur legitima, & ideo sta-
4 tutum † locum sibi non vendicat. Socin. Iun. conf. 92. n. 9. lib. 1. Maximè si loquatur de solemnitate iudiciorum omittenda, vt loquitur præfatum statutum Vrbis, dùm dicit (simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & omni iuris solemnitate omissa:) Nam hoc in casu restitutio realis, vel verbalis, quæ potest
5 etiam † extra iudicium fieri. l. restituta. ff. ad Trebell. & est necessaria ad translationem iurium præterquàm in casibus specialiter exceptis, non debet omitti, vt ius commune minus corrigatur. c. cum dilectus, & ibi Abb. n. 6. de constit. Bart. in l. 2. C. de noxal. act. Et eo minus attenta dispositione iuris ciuilis, quæ in Vrbe seruanda est in illis casibus, in quibus statutū non disponit; secus si seruaretur ius canonicū, quia tunc secundùm aliquos restitutio non esset necessaria, vt latè refert Rimin. Iun. conf. 375. sub n. 16. & conf. 625. n. 36. licèt verior; & magis recepta opinio videatur, quòd restitu-
6 tio † etiam de iure canonico requiratur, quā plenè defendunt Bero. in c. in præsentia. n. 27.
* de probat. Boer. decis. 156. * & de magis communi testatur Peregrin. de fideicom. art. 47. n. 75.

Secundò, supradicta conclusio extenditur, vt
7 procedat etiam si fideicommissarius † protestetur, se nō id facere animo inuadendi Oldr. conf. 107. incipien. circa ius municipale, in 6. quæst. Bald. conf. 234. veritas est ista, lib. 3. Ias. conf. 146. in princ. lib. 4. Gozad. conf. 43. col. 2. vers. octauo deduco.

Tertiò extenditur, vt locum habeat, tamet-
8 si † mandatum de manutenendo fuerit a Iudice fideicommissario concessum, quia ex tali mandato vitium possessionis non purgatur, cùm concedatur etiam prædoni, & spoliatori Paleott. decis. 87. incip. Spoletana Parochialis, & fuit pluries resolutum, per Rotam præsertim in causa Bononien. iuris macinandi 19. Aprilis 1577. & 10. Martij 1578. corā Cantuccio, & in allegata Romana de Capizzucchis. coram Lancellotto.

Quarto extenditur, vt procedat quamuis
9 adsit † statutum, quòd possessio apud defunctū continuetur in hæredem, quia tale statutum non habet locum in fideicommissario, cùm in duos in solidum possessio transferri nequeat, l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. possess. l. si duo ff. vti posid. Et in terminis statuti Bald. conf. 454. in fine. lib. 1. Alex. conf. 82. n. 6. lib. 2. Rub. Alexand. conf. 121. n. 3. Dec. conf. 84. col. 2. vers. & vlterius, circa hoc, Tiraquel. in tract. le mort Saisit le vif. par. 2. declarat. 11. n. 1. & 19. Idem est dicendum quando statutum conti-
10 nuat † possessionem in hæredem, & in fideicommissarium, nām intelligitur per prius in hæredem, itaut in concursu hæres sit præferendus, non obstante, quòd fideicommissarius possessionem realem fuerit adeptus, Curt. Iun. conf. 92. Bero. conf. 98. col. vlt. in fine lib. 2. tametsi contrarium videatur sentire Castren. conf. 152. viso puncto. n. 2. lib. 2.

Quinto etiam extenditur, quàmuis fideicōmissarius acquisiuerit possessionem antè aditam hæreditatem; Nam licèt Alciat. conf. 350. vellit huiusmodi possessionem captam per fideicommissarium hæreditate iacente non esse
11 vitiosam, tamen contrarium est verius, † &
* receptius, * vt patet ex congestis per Rolan. d. conf. 78. n. 20. lib. 3. Et Alciati opinio fuit aliàs per Rotam reprobata in dicta decis. 565. par. 1. diuers. In qua fuit ostensum, Alciatum non solum loqui aduersus communem sententiam, sed etiam contra Doctores per ipsum allegatos. Idem fuit ressolutum in vna Romana de Comitibus coram bo. me. Ioanne Cardinale Aldobrandino, & in allegata Hortana

Domus

Domus 24. Ianuarij 1605. coram Ludouisio.
Vbi hoc fuit ampliatum, quàmuis fideicom-
12 missarius possideat † auctore Prætore, quia si
non habet facultatem intrandi propria au-
ctoritate, talis possessio capta hæreditate ia-
cente adhuc dicitur vitiosa, nullo præsertim
dato Curatore hæreditati iacenti, iuxta cons.
Bald. 234. in fine lib. 3. & tenuit Rota diuers.
decis 520. n. 17. & seq. par. 1. & n. 13. Vbi quòd
13 tunc † occupatio reru fideicōmisso subiectarū
debet a fideicōmissario auocari, & dari hęredi.
Sed hæc ampliatio temperari debet, vt ob-
tineat in fideicommissario vniuersali, non au-
tem in fideicommissario singulari: Nam licèt
14 iste regulariter † non possit capere possessionē
auctoritate propria, vt per Menoch. de adipisc.
remed. 2. n. 22. tamen hoc intelligitur, quando
hæres reperitur in possessione, secus si nullus
15 hæres possideat; quia tunc† is fideicommissa-
rius potest etiam auctoritate propria posses-
sionem capere, ex cumulatis p Gabriel, qui de
* cōmuni * testatur in tit. de acquir. possess. con-
clus. 1. limit. 26. nu. 104. quibus addo Nattam
cons. 34. n. 3. & 4. Et ita supradicta distinctio-
ne cōstituta determinauit Rota in vna Mace-
raten. hæreditatis 15. Decembris 1599. coram
16 Penia. Tenetur tamen hoc † casu fideicom-
missarius restituere possessionem ipsi hæredi
volenti falcidiam detrahere, Surd. cons. 256.
nu. 24. lib. 2. quia licet possideat sine vitio, ta-
men non potest impedire hæredis immissionē,
quando aliquid venit detrahēdum, Castren. in
d. l. fin. n. 13. vers. certè si hæres, & ibi Zuccard.
n. 420. & 4. 6. C. de Edict. Diui Adriani tollen.
Ruin. cōs. 140. n. 7. lib. 5. Boer. decis. 156. n. 2. &
5. Gabr. cons. 45. n. 24. lib. 2. Roland. d. cons. 78.
nu. 21. Menoch. de adipiscen. remed. 4. n. 638.
& ita resoluit Rota in pluribus causis, vt in di
cta decis. 565. nu. 3. par. prima diuers. & in
causa Firmana bonorum 18. Maij. 1583. & in
Spoletana bonorum 27. Maij 1585. coram Bu
balo, & in d. Hortana Domus coram Ludoui-
sio, & in Ianuen. fideicommissi 1. Decembris
1589. coram Cardinale Platto.
Sed quamuis verum sit possessionem bono-
rum regulariter a fideicommissario de manu
hæredis, & non auctoritate propria accipien-
dam esse, vt dictum est, tamen hoc primum re-
17 stringi debet, vt non† procedat in secūdo fidei
commissario: Exempli gratia: Titius instituit
Mæuium, quem rogauit hæreditatē restituere
Sempronio, eundemq; Sempronium rogauit re
stituere Gaio: Iste Gaius, ex quo non capit de
manu Mæuij hæredis, sed de manu Sempronij,
potest propria auctoritate capere, cū semel fa-
cta restitutione primo substituto ius trāseat in
sequentes absque alia restitutione l. penult. §.
cū antè, vbi Bart. & alij notant C. ad Trebell.
glos. in l. 1. §. de illa, vbi Ripa n. 6. & 7. ff. eod.
* tit. Bero. qui cōmunem * dicit cons. 54. nu. 42.
& cons. 58. nu. 3. lib. 2. Cęfal. cons. 215. n. 27.
& cons. 49. nu. 17. Surd. cons. 92. nu. 22. & ita
quoque sæpius fuit in Rota decisum, & præ-
sertim in vna Leodien. hæreditatis 17. Ianua-
rij 1597. coram Cardinale Seraphino, & in al-
legata Maceraten. hæreditatis 2. Iunij, & 15.
Decembris 1599. coram Penia, & de anno
1602. 1. Iulij in vna Bononien. fideicommis-
si de Rannuccijs, coram Corduba, nunc Epis-
copo Pacen.
18 Quod intellige verum, quotiescunque† pri-
mus fideicommissarius est in mora: Nam licet
de vno fideicommissario ad alium non fiat re-
stitutio, tamen hoc procedit data mora, aliàs
secus, vt per Bart. in d. l. penult. §. cum au-
tem nu. 4. & Salicet. nu. 8. C. ad Trebellian.
& fuit tentum per Rotam in dicta decis. 520.
nu. 17. par. 1. & in allegata Romana de Comi-
tibus coram Ioanne Cardinale Aldobrādino.
Secūdò supradicta cōclusio debet restringi,
19 vt non procedat, quando † hæres fecit verba-
lem restitutionem, licet non realem, quia tunc
videtur fideicommissario licentiam dedisse
propria auctoritate possessionem naturalem
apprehendendi Bart. in l. cum solus, ad fin. ff.
de vsucapion. Alciat. in l. nemo potest nu. 43.
vers. sunt, & qui putent ff. delegat. primo. Ro-
land. dicto cons. 78. nu. 15. lib. 3. Et ad hunc
20 effectum † vnius etiam rei restitutio sufficit, vt
totum fideicommissum restitutum censeatur
Ias. in l. prima, in secunda lectura, in princip.
nu. 6. ff. ad Trebellian. & ibi Ripa n. 9. Gomes.
de testamen. cap. 5. n. 13. vers. item adde Gabr.
cons. 46. n. 13. lib. 1. Surd. cons. 92. n. 23. tametsi
21 in acquirēda † possessione hæreditatis omniū
rerū apprehēsio requiratur, nec sufficiat vnius
tantùm acquisitio, quàmuis fuerit capta ani-
mo apprehendendi omnia bona l. 3. in princ.
vbi glos. in verb. quālibet, in fine ff. de acquir.
possess. Bald. in l. licet nu. 4. vers. sed non intel
ligo C. eod. tit. Paris. cons. 37. n. 7. lib. 3. late
Gail. lib. 2. obseruat. 129. n. 7. & tenuit Rota in
dicta Maceraten. hæreditatis 11. Maij 1587.
coram Cardinale Pamphilio, & deinde coram
Penia 15. Decembris 1599.
Tertiò debet restringi, vt locum non habeat
22 quādo† nullus existit hæres, qui restituere pos
sit, quia tunc fideicōmissario licitum est pro-
pria auctoritate bonorum possessionem appre
hendere Bal. in l. extraneum n. 3. 4. & 5. vbi Sa
licet. & Ias. n. 4. & 5. C. de hęred. instit. Roman.
cons. 71. n. 1. in fine vers. & cum non sit, Alex.
cons. 58. n. 2. vers. sed vxor lib. 3. latè Menoch.
qui plures allegat de adipiscen. remed. 2. n. 66.
& 67. vers. nam ex quo hæres quæst. 17. & fuit
decisum in supracitata Maceraten. hæredita-
tis 15. Nouembris 1599. coram Penia, Vbi ex
eo, quod testator mandauerat eius bona neq;
ex testamento, neque ab intestato etiam quo
ad possessionem posse deuenire ad alios ab ip
so non vocatos, etiam ratione legitimæ, infe-
rebatur, quòd fideicommissarius sine aliquò
vitio poterat propria etiam auctoritate cape-
re possessionem, cum nullus adesset hæres, a
quo restitui posset.
Sic quoque videmus, quòd licet restitutio

saltem verbalis requiratur ad hoc, vt fideicommissarius vigore l.fin.C.de edict. Diui Adriani tollen. possit in possessionem immitti, Socin. Iun.cons.92.nu.8. lib.1. tamen hoc intelligitur, si grauatus onere fideicommissi cum hærede decesserit; secus si nullus adsit hæres,
23 qui restituere possit, quia† tunc ipso iure transeunt vtiles actiones in fideicommissarium, l. sancimus §.cum autem C. ad Trebell. Et ideo ipse potest etiam vti beneficio illius legis, vt mittatur in possessionem eorum bonorū, quæ sunt subiecta fideicommisso, Bart.ibidem n.9. in fin. & in l.vlt.§.cum autē C. ad Trebell. Angel. conf.137. ad finem vers. super hoc videre est, Aret. conf. 37. ad fin.vers. ad sextum dubium, Rub.Alex.qui alios etiā refert conf.64. nu.2.& tenuit Rota in vna Corana fideicōmissi 20.Februar.1594.coram Cardinale Mātica.

Quartò eadem conclusio restringi debet, vt
24 non obtineat, quādo testator † dedit fideicommissario licentiā capiendi fideicōmissum propria auctoritate, quia tunc a se ipso fine aliqua restitutione potest capere, Rolan.dicto cōs.78. n.17.lib.3.Nec dicitur ob id cū vitio possidere, quia sicut ex cōtractu fieri potest, vt ꝓpria auctoritate quis possessionē ingrediatur l.3.C. de pign.Ita & testamēto debet id testator posse l.Paulus respōdit ff.ad Trebellian.vbi.Doct. Bald.conf.234. lib.3. Iaf.conf.146.nu.1.lib.4. Dec. in d.l.fin.nu.48.C.de edict.Diui Adriani toll.Durād. de arte testādi tit 5.caut.15.n.3.

Et huiusmodi licentia nō expressim solùm, sed etiam tacita voluntate induci potest.l. Titia cum testamento §. Lucius Titius ff. delegat. 2.vbi Bart. & alij,Bald. conf. 335. in fin. lib.1. Dec.conf.243.sub nu.3.& conf.424. nu. 16.Gozadin.conf.91.nu.10.Bero. conf.60.nu. 7.lib.2.Surd. decis.333. nu.3.Menoch.de adipiscen. remed. 4. num.635. Cuius rei aliquot exempla in medium adducam.

25 Et in primis† si testator viuens bonorū possessionem fideicommissario tradidisset, ad tex. in l. Lucius ff.delegat.2. Dec. conf.424. n.15. Rolan. d.conf.78. nu.16. lib.3.

Idem est quando is fideicommissarius executor quoque relictus est, vt existimauerunt Alex. Iaf. & cæteri in l.non est dubium C. de leg it. Dec.conf.243. col.2.sub nu.3. vers. sed in casu isto,& conf.424. nu.16.Gozadin.conf. 21. nu.17.vers. præterea Parif.conf.54.nu.31. lib.3.Boer.decis.156. n.17.Vincen.de Franch. decis.204. ante nu.17.Nisi executores sint plures, quia tunc fideicommissarius nō potest per se ipsum capere, sed requiritur aliorum cōsensus, præterquàm si dati essēt insolidum, vt vult dicta decisio Neapolitana n.25.& tradit Dec. d.conf.243. nū.3. vers. Nec obstat.

Similiter si testator prohibuerit bonorum alienationem, quia voluit in familia perpetuo remanere, adhuc censetur in casu alienationis manus iniectionem fideicommissario concessisse, glos. in authen. vt de cætero, in verbo, licentiam, Alciat. in l. nemo potest nu.43. vers. sed quid si testator ff.delegat.1.Aret.conf.37. in fine Gabr. conf.46. nu.17. lib.2.

Sunt, & qui idem sentiāt, si testator vim, aut molestiam fideicommissario fieri vetuit, Iaf.in d.l.nemo potest n.33. & in.2. lectura n.40. de legat.1.Dec.conf.218.n.3.& conf.424. nu.17. Sed Roman.singul.88.in fine cōtrariū tenet, &
26 est verior opinio, quia † testator videtur de vi intellexisse, quæ contra ius, & de facto fieret, glos.in cap.1. in verbo inferatis, de statu Monachor. Neq; enim per huiusmodi verba credendum est voluisse testatorem iuri derogare l.factū §.1.ff.de regul.iur.l.si preces ff.de pen. Vnde videmus, quòd qui grauatus est vxorem non inquietare, seu molestia afficere, ab eis tantùm abstinere debet, quæ contra ius, & malo animo inferuntur, glos.in l.si seruum §.Prætor ff.de acquiren. hæredit.

Simili quoque modo aliqui arbitrantur tacitam hanc licentiam induci, si fideicommissum relinquatur per verbum (liberè.) Qua in re vide Surd. distinguentem conf.265.nū.31.& sequen. qui bene loquitur, & reprobat opinionem Gozadini, & Socini Iunioris.

Pari ratione si testator fideicommissum reliquerit cū clausula, omni meliori modo, quòd censeatur data facultas intrandi propria auctoritate, existimauerunt Curt.Iun. in d.l. fin. nu.49. C.de ædict.Diu.Adr. tollen.Bero.consil.16.nu.33.lib.2.Grat. conf.vlt.in fin.lib.1.

Contrariū tamen sentit Riminal.Iun. conf. 91.n.28.quę sententia mihi videtur verior, præsertim quando hæc clausula non est posita in substitutione, neq; in fideicommisso, nec in fine testamenti pure, sed sub conditione; Videlicet si testamentum non valeret iure fideicōmissi, vel Codicillorum, quia si testamentū valet deficit cōditio, & clausula nihil operatur, l.siquis sub cōditione ff.siquis omiss.cau.testam.Alex. conf.50.n.11.lib.7.Curt.Iun.conf.169.n.7.Bero.conf.118. nu.29. lib.2.Tob. Non. conf.19. n.25.& tenuit Rota in causa Reatina hæreditatis 3.Martij 1600. corā Iusto, & in terminis fideicommissi fuit resolutum in allegata Romana de Capizucchis 10.Aprilis 1606.coram Horatio Cardinale Lancellotto.

Item si testator fideicōmissarium titulo institutionis vocauerit, licentia accipiēdi possessionē auctoritate propria data censetur, secundum Bart.in l.ex facto ff.de hæredib.instit.vbi fortius loquitur de instituto in re certa, Curt. Iun.in d.l.fin.n.40.C.Edict. Diui Adriani.tollen.& in terminis, quando testator fideicōmissarium instituit, & substituit, Grat.cōs.vlt.col. fin.n.51.lib.1.dicens hoc procedere etiā quando verbum (instituit) directam operari non potest, vt scilicet superfluitas euitetur.

27 Sed rectius† mihi sētire videtur. Surd.decis. 333.n.12.quod imò hæc licentia solùm censeatur concessa, quādo euenit casus institutionis, idest decedente grauato ante additionem, vel eo repudiante, quia tunc cum nullus sit hæres, qui restituere possit, necessario verbum insti-

instituit importat facultatem ingrediendi au-
ctoritate propria: Secus quando institutioni
est locus, videlicet, quia vulgaris per additio-
nem expirauerit, tunc enim verbum (instituit)
quod vulgarem respicit, nihil operatur, vt vo-
luit etiam Gozzadin. cons. 93. n. 11. & 16. vers.
ad septimum, & consequenter cessat coniectu-
ra, quòd dederit licentiam capiẽdi manu pro-
28 pria: Nã addita † hæreditate substitutus non
potest capere bona testatoris nisi per fideicom-
missariam, vt fuit resolutum per Rotam in cau
sa Perusina de Alphanis 13. Februarij 1579.
coram bo. me. Brauo, & in vna Fauentina de
Pasijs, de anno 1582. corã Cardinale Blanchet
to, & de anno 1596. die 10. Decembris, coram
Litta in vna Romana de Roncionibus.

Aduertendum tamen est pro declaratione
huius quartæ limitationis, quod licentia te-
statoris capiendi possessionem auctoritate pro-
pria habet locum dumtaxat quando possessio
est vacans. Menoch. de adipisc. remed. 2. n. 44.
& remed. vlt. n. 24. Peregrin. de fideicommiss.
art. 47. n. 55. & sequen. Secus si hæres possi-
29 deat, quia tũc † eo resistente talis licentia ni-
hil operatur Galliaul. in l. Centurio. n. 102. &
ibi Rip. n. 52. ff. de vulgar. Plot. de in litem iu-
ran. §. 2. n. 29. Surd. cons. 265. n. 35. lib. 2. qui di
cit hanc esse * communem opinionem.

Ex quo eleganter deducitur, quod quamuis
ex statuto, aut consuetudine possessio defuncti
in hæredem continuetur, tamen hęc continua-
tio ex dicta licentia non interrumpitur; sed
adhuc fideicommissarius debet capere de ma-
nu hæredis, vt tradit Tiraquel. in tract. Le
mort Saisit le vif. par. 7 declarat. 3. n. 2.

Secundò deducitur, quòd si post mortem
testatoris possessio retineatur per colonos, &
inquilinos hæredis nomine, fideicommissarius
non poterit vti hac licentia capiendi manu
propria, cum possessio non dicatur vacans.
Affl. decis. 167. n. 6. & decis. 325. n. 3. Natt. cõs.
538. n. 13. Surd. cons. 160. n. 28. & fuit resolutũ
in vna Vrbeuetana Castrorum 27. Maij 1569.
coram Cardinale Serafino, per Doctrinam
Bald. in d. l. fin. n. 24. vers. Sexto oppono. C. de
edict. Diui Adr. tollen.

Sic quoque est dicendum, quando pupillus
est minor infante, quia neque etiam hoc casu
vacat possessio, sed residet penes tutores. Doct.
in l. 1. §. adipiscimur, & ibi Ias. n. 12. ff. de ac-
quir. possess. & hoc ratione custodiæ, quam ipsi
habent Ripa n. 34. de caus. possess. & pro-
priet. in rubr. Felin. in c. cũ Ioãnes. n. 31. de fid.
instrument. Ideò non poterit fideicommissa-
rius propria auctoritate occupare etiam pu-
pillo mortuo, cum cesset omninò in tuto-
ribus causa detinendi propter administratio-
nem, quam reddere tenentur, vt scilicet eam
facilius reddere possint, & transferre in quos
oportet, vt fuit tentum per Rotam in allegata
Vrbeuetana Castrorum per tex. in l. vnica. C.
vt causæ post pubert. adsit tutor.

Præterea quod dictum est fideicommissariũ
non posse vti facultate ingrediendi possessionẽ
bonorum propria auctoritate si hæres possi-
deat, procedit sine scrupulo dubitationis,
30 quãdo † ab ipso hærede aliquid est detrahen-
dum, Senat. Pedemont. decis. 34. n. 22. Roland.
d. cons. 78. n. 21. lib. 3. Gabr. cons. 45. n. 24. lib. 2.
Ratio est, quia fideicommissario censetur so-
lum concessa facultas capiendi suam portio-
nem, & sic postquàm factæ fuerint detractio-
nes, non antè Zuccard. in d. l. fin. n. 428. vers. Si
verò possideret de voluntate testatoris Ruin.
cons. 140. n. 4. lib. 5. Quod etiam latè deducit
Surd. d. decis. 333. n. 8. in fin. cuius conclusio-
nes veræ sunt in iure, & approbatæ per Rotam
in allegata Romana de Capizzucchis coram
Horatio Cardinale Lancellotto.

Hinc est, quod hæredi ab ipso fideicommis-
sario fieri debet restitutio bonorum propter
detractiones, Surd. cons. 265. n. 34. & d. decis.
333. n. 8. Pręsertim quando legitima, & trebel-
31 lianica sunt deducẽdæ, quæ † antè liquidatio-
nem, & detractionem ità sunt incertæ ratione
loci, & quotæ, vt nullius rei possessio a fidei-
commissario capi possit; prout ex Bald. & alijs
deducit idem Surd. d. decis. 333. n. 12. in fin. &
fuit tentũ in dicta Romana de Capizzucchis;
Vbi ad id, quod circà certitudinem deduce-
bantur ex Corn. cons. 232. lib. 4. & alijs allega-
32 tis, fuit respõsum, quod † procedere possunt,
quando hæreditas non in corporibus, sed in
pecunia cõsisteret, vt dicit etiam Rota diuers.
decis. 565. par. 1. in impressis, quo loci de his
quæ dicit Corn. valdè dubitat, & ad d. consil.
Corn. pluribus respondet. Surd. d. decis. 333.
33 Quinimò si legitima †, & trebellianica sint
iam detractæ, hæres adhuc potest impedire, ne
fideicommissarius in possessionem mittatur,
vel immissioné factam reuocare pro alijs cre-
ditis ea licentia non obstante, cum dubium nõ
sit, quin hæredibus aliæ detractiones compe-
tant, veluti æris alieni, & generaliter deducere
possunt omne eorum creditum l. cohæredi. §.
cum filiæ. ff. de vulgar Alex. in l. ita tamen. §. si
ex trebelliano. ff. ad trebellian. cum alijs per
Surd. cons. 7. n. 23. & sequen. & d. decis. 333.
n. 16. vbi enumerat plures deductiones, & re-
spondet ad regulam dolo facis, &c. & ad aliã,
quod circuitus sunt euitandi: Quod etiam ex
Card. Anchar. & alijs tradit Crauet. cons. 376.
n. 24. Ruin. cons. 160. lib. 5. & voluit Rota in
d. decis. 520. n. 15. par. 1. diuers. Vbi etiã dici-
tur, quod in dubio præsumitur hæredi posse
aliam defensionem competere.
34 Igitur licentia † de ingrediendo possessionẽ
propria auctoritate a testatore concessa debet
intelligi, vt locum habeat, quando constat hæ-
redi nullam omninò competere defensionem,
secus si competat, vel etiam dubitari possit an
aliqua defensio possit competere, quia tunc hæ
res prius citari debet, vt doceat de iure suo,
35 tùm quia † nemini possessio debet auferri etiã
si iniustè possideat, nisi fuerit citatus, c. liceat
Episcopis de pręben. in 6. c. in litteris de restit.

spoliat. tum etiam, quia regulariter talis fa-
36 cultas † nõ potest exerceri absque præcedenti
liquidatione, vt tenet Bart. in l. creditores.
n.14.C.de pignor.Aret.cons.32.n.1. Gozzad.
cons.95.n.3.Alex. cons.188.n.2.vers.bene fa-
cit.lib.2.& cons.96.n.4.lib.4.& fuit latè dedu-
ctũ in causa Cesenaten. spolij. 22. Iunij. 1592.
corã Cardinale Mantica,& in causa Mediola-
nen.bonorum. 18. Aprilis.1603.coram Ludo-
uisio,& sæpius tenuit Rota in alijs causis.

In emphyteusi recepta pro se filijs, & nepotibus, an fœminæ comprehendantur. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 In emphyteusi recepta pro se filijs, & nepotibus fœmina non comprehenduntur, & quare.

2 Verba in contractibus stricti iuris sunt proprie intelligenda.

3 Masculinum in contractibus non concipit fœmininum, & quare.

4 Masculinum non concipit fœmininum ex proprietate sermonis, sed ex quadam interpretatione, seu extensione.

5 Inuestitura loquens de filijs, & nepotibus non comprehendit filias, & neptes.

6 Emphyteusis Ecclesiastica strictè interpretatur.

7 Fœmina comprehenduntur in emphyteusi recepta pro se, filijs, & nepotibus quando concessio fuit facta propter benemerita.

8 Item, quando recipiens emphyteusim de tempore concessionis verisimiliter non poterat generare Filios, & non habebat nisi vnicam filiam.

9 Item, quando statutum, seù consuetudo mandat quod fœmina cum masculis pariter admittãtur ad bona emphyteotica.

10 Verba contrahentium accipiunt interpretationem a statuto, vel consuetudine.

11 Fœmina in emphyteusi pro se, & filijs recepta comprehenduntur quando si non comprehenderentur sequeretur absurdum.

12 Filia veniunt appellatione filiorum quando in concessione emphyteusis est data facultas recipienti in casu obitus sine filijs nominandi in testamento vnã fœminã, vel personam extraneã.

13 Verbum, persona, proprie comprehendit tam masculum, quàm fœminam.

14 Verba sequentia clara, & determinata declarãt & determinant præcedentia non clara, nec determinata.

15 Emphyteusis semper transit ad fœminas, quando fœmina semel sunt vocata.

16 Declaratur procedere quando fœmina stipulatur pro se, & filijs, secus quando masculus est stipulator.

17 Fœmina an comprehendantur in emphyteusi in qua vocati sunt filij, & nepotes cum adiectione hæredis.

18 Verbum (hæres) comprehendit, tam masculum quam fœminam.

19 In emphyteusi concessa pro filijs, & hæredibus requiritur quod vtrumque copulatiuè cõcurrat.

20 Verbum (liberis) capit ex sui proprietate masculos, & fœminas.

21 Fœmina comprehenduntur in emphyteusi concessa pro filijs hæredibus, & descendentibus.

22 Idem si emphyteusis sit concessa pro filijs, & hæredibus, vsque ad tertium genus.

23 Fœmina ex proprietate sermonis appellatione generis continentur.

24 Verba (ad tertium genus) adiecta in instrumento emphyteusis designant gradum cum inclusione fœminarum.

ILLVD etiam tractari consueuit, & in iudicijs sæpissimè controuerti, Vtrum in emphyteusi concessa pro se & filijs, aut nepotibus sint vocatæ etiã fœminæ: In qua quæstione Salicet. in l.2. quæst. 12. & 17. C. de iure emphyteot. & Ias. ibidem. n. 394. tenent opinionem affirmatiuam, & hanc quoque defendit, & comprobat Additio ad Dec. in c. in præsentia littera E. in verb. fœminæ. de probat. Et dicit Dec. in l. 2. n. 105 vers. postremo aduertendum. de reg. iur. factum prouectionem, ità sensisse. Hanc etiam sequitur Alciat. in l. 1. glos. fin. ff.de verb.signific. Couarr. lib. 2. var. resolut. cap.18. col.1.qui tandem dicit hanc opinionem Saliceti deduci posse ex his, quæ Bar. scribit. in d. l.1. de verb. signific. Hanc quoque tenuit Regium Consiliũ Neapolis, vt refert Vincent. de Franch. decis. 30. Vbi, inquit, quod iudicare pro hac parte modicam habuit difficultatem.

Verum licèt opinio hæc, tot, & tantorum
Doctorum auctoritatibus sit suffulta, attamen
1 cõtraria † sentẽtia amplectenda est, quã tenuit
Rota in vna Cermien. bonorum 7. Februarij
1583.coram Cardinale Seraphino, & est ma-
* gis * cõmunis, & verior, vt patet ex cumulatis
in voto bo. me. Cantucij, in causa Romana
deuolutionis Domus quod habetur in decis.
diuers.125.par.2.

2 Fundatur hæc sententia, quia † in contracti-
bus præsertim stricti iuris, qualis est emphy-
teoticus, verborum proprietas attenditur.
Rolan.cons.93.n.13. lib.2. Ideò masculinum
3 non † concipit fœmininum, & ratio est, quia
quando concipit fœmininum, hoc non est ex
4 proprietate † sermonis, sed ex quadã inter-
pretatione, siuè extensione.l.inter stuprum, in
fin.ff.de verb.signific.l.seruis legatis. ff. de le-
gat.3.propter dictionem (quasi) quæ denotat
improprietatem.glos.in d.l.seruis legatis. in
princ.tex.in l.cum in adoptiuis.§.quæ in filio.
C.de adopt.l.pen.in fin.C.de Præfect.sacr. cu-
bicul. lib.12. l. qui duos. ff. de legat.3.l.pro-
nunciatio.de verb.signif.l.1.§. de eo.ff.de pe-
cul. quidquid ex aduerso dicat Rebuf. in l. 1.
de

de verb. signif. fol. 9. vers. ego verò, qui loquitur
* contra * communem. de qua per Gabriel.
de verb. significat. conclus. 6. n. 39.
5 Vnde immeritò † inuestitura, quæ loquitur
de filijs, & nepotibus non comprehendit filias,
& neptes, vt post Guidonem de Suzzaria, tra-
dit Archid. in c. si quis suadente. col. 2. vers.
aut sunt verba contrahentium. 17. quæst. 3.
Roma. cons. 35. n. 2. & 3. vbi adden. Cuman.
cons. 166. post princ. post Bald. cons. 61. n. 4.
vers. non obstat, & per tot. cons. lib. 1. Tiraq.
qui multos cumulat. de retractu lign. §. 1.
glos. 9. n. 183. Clar. in §. emphyteusis. quæst. 32.
vers. sed quid. Gabr. d. conclus. 6. n. 87. & 89.
Rolan. qui plures congerit. d. cons. 93. n. 12.
cum sequen. lib. 2. Curt. Iun. cons. 321. n. 15.
lib. 3. & in tract. de feud. in 3. par. in 2. quæst.
vers. Secundò singulariter, Marsil. singul. 191.
Ias. in l. si quis id quod. n. 21. ff. de iurisdict.
omn. iudic. latè. Cefal. cons. 11. n. 7. & seq. &
n. 10. & 21 lib. 1. Velas. de iure emphyt. quæst.
41. n. 3. vers. quid autem.
Quæ opinio potissimùm procedit in emphy-
6 teusi Ecclesiastica, † in qua stricta interpreta-
tio fieri debet, tùm propter naturã stipulatio-
nis, tùm etiam, vt minus præiudicium inferra-
tur Ecclesiæ, vt latius considerat idem Can-
tuccius in voto supracitato, & fuit dictum in
vna Sutrina bonorum. 9. Decembris. 1587.
coram Cardinale Platto.
Aduertendum tamen est, quod huic conclu-
sioni dantur nonnullæ limitationes: Quarum
7 prima est, vt non procedat, quando † cõcessio
fuit facta propter benemerita, quia tunc lata
sit interpretatio. Dec. cons. 223. n. 3.
8 Secunda limitatio est, quando † is, qui em-
phyteusim recepit de tempore concessionis
non habebat nisi vnicam filiam, & erat in ea
ætate constitutus, in qua verisimiliter, & natu-
raliter homines non possunt generare filios.
iux. l. si maior. C. de legit. hæred. tunc enim
concessio facta pro se, & filijs intelligitur etiã
de dicta filia fœmina, postquàm illud verbum
(filijs) in alio non potest verificari, ne disposi-
tio sit superflua. Gabr. de verb. signif. d. cõcl. 6.
n. 91.
9 Tertia est limitatio, quando † extat statutũ
seù consuetudo, quod fœminæ cum masculis
pariter admittantur ad bona emphyteotica,
10 quia tunc veniunt etiã filiæ, cũ † verba cõtra-
hentiũ accipiant interpretationẽ a statuto, vel
consuetudine, itaut secundùm illorum dispo-
sitionem concessio facta intelligatur. Bart. in
l. vt Ius iurãdi. §. si liberi. de oper. libert. Bero.
* cons 95. n. 1. & 12. lib. 1. Brun. qui * de cõmuni
attestatur in tract. quòd stant. mascul. &c. art.
105. cum sequen. Gabriel. d. conclus. 6. n. 90.
11 Quarta affertur limitatio † ratione vitãdi
absurdi. Alex. cons. 70. ad fin. lib. 1. Ruin. cons.
114. n. 4. vers. hoc idem probatur. lib. 3. Gabr.
d. conclus. 6. n. 94. & 105. Exempli gratia, si ei,
cui facta est concessio sit data facultas in casu
obitus sine filijs nominãdi in testamento vnã
fœminam extraneam, tunc enim appellatione
12 filiorum † comprehenduntur etiã filiæ, ne sit
melioris conditionis fœmina extranea, quàm
propria filia, vt censuit Cantuccius in voto
supra citato, Vbi extendit hoc etiam si facul-
tas sit concessa sub termino communi, puta
nominandi vnam personam extraneam, quia
cum certum sit, & determinatum sub hoc ter-
13 mino † verè, & propriè, tàm fœminam, quàm
masculum contineri, quod non est, ità certum
in appellatione filiorum, sequitur quod verbũ
(filijs) recipiat interpretationem a dicto ver-
bo communi, & sic intelligatur etiam de filia-
bus, licèt verbum commune non præcedat,
14 quia quando † verba sequentia sunt clara, &
determinata, tunc declarant, & determinant
præcedentia non clara, nec determinata, vt
post Cyn. tradit Bald. in l. legatorum petitio.
§. fin. de legat. 2. per illum tex. & per l. si cum
fundum. ff. de verb. significat. Ias. in l. si seruus
plurium. §. fin. n. 3. de legat. 2.
15 Quinta est limitatio, † quãdo semel vocatæ
fuerunt fœminæ, quia tunc emphyteusis sem-
per transit ad fœminas: Puta si concessio sit fa-
cta pro filijs, filiabusque, & nepotibus, nam cen
sentur appellatione nepotum comprehensæ
etiam neptes, quod argumentum refert Me-
noch. cons. 111. n. 51.
Sed ista limitatio fuit intellecta per Rotam
in dicta causa Ceruien. bonorum, quando fœ-
16 mina † stipulatur pro se, & filijs ex eius cõie-
cturata mente, vt latè per Rolan. cons. 76. n. 6.
lib. 3. Secus quando masculus est stipulator,
qui quando voluit fœminas exprimere id fe-
cit. Corn. cons. 9. n. 2. & cons 27. n. 19. lib. 4.
Alex. cons. 45. n. 9. lib. 7. Gabr. d. concl. 6. n. 18.
Et ratio est, quia apparet non esse mens dispo-
nentis comprehẽdere fœmininum sub mascu-
lino. Præsertim cum non sit eadem ratio in
nepte, quæ in filia propria, vt per Alex. in d.
cons. 45. n. 10. Ideò Rotæ visa fuit frigida re-
sponsio, quàm adfert Menoch. in d. cons. 111.
n. 62.
17 Sexta limitatio est, quãdo † non vocati sunt
filij, & nepotes simpliciter, sed cùm adiectione
hæredis, quo casu venire etiam fœminas vo-
luit Alex. in l. sed si hac §. liberos. n. 3. de
in ius vocan.
Sed hæc limitatio magnam videtur habere
difficultatem. Nàm Doctores eam tenentes
aut loquuntur, vbi stipulatio est tantùm con-
cepta pro hæredibus, & non pro filijs; Ideò ni-
hil mirum, si comprehendantur etiam filiæ,
18 quia † iste terminus (hæres) est cõmunis, tàm
fœminæ, quàm masculo, vt ibi dicit Alex. & ita
loquitur Dec. cons. 32. Bero. q. 18. & cons. 93.
sub n. 26. lib. 1. Rimin. Iun. cõs. 4. n. 20. Soccin.
Iun. cons. 79. n. 6. lib. 4. Aut loquuntur retenta
opinione. Bart. in l. Gallus. §. & si parente, de
lib. & posthum. quòd quando dicitur filijs, &
hæredibus, non requiratur vtrumque copula-
tiuè, & ità loquitur. Alex. in d. §. liberos. Ias. in
d. l. si quis. n. 23. Cozzad. cons. 20. n. 7. Sed opi-
famu-

19 nio † Bart.est cõmuniter damnata,Iaſ. in l. 2.
n. 188. C. de iure emphit. Paris. qui de * communi
testatur. conſ. 48. n. 10. lib. 4. Clar. in
§. emphyteosis. quæst. 37. Vndè satis liquet
eos contrarium sentire, si vtriusque qualitatis
concursus requiratur. Aut loquuntur in di-
20 ctione, liberis, † quæ capit ex sui proprietate
masculos, & fœminas, & ità procedunt dicta
per Alex. conſ. 80. n. 14. lib. 1. & consilia Ruini
allegata a Gabr. d. concluſ. 6. n. 95. & ità etiã
loquitur Dec. conſ. 223. n. 3. quidquid in con-
trarium senserit Menoch. d. conſ. 111. n. 56.
Quare hæc limitatio non videtur tuta, & Ro-
ta noluit illam admittere in allegata causa
Ceruien. bonorum coram Cardinale Serafino.

Admonendi tamen sumus pro huius rei
declaratione, quòd si ex alijs verbis inuesti-
turæ constet contrahentes voluisse vocare fœ-
minas, tunc facilè receditur a dicta communi
opinione, quæ fœminas excludit: Nam ea po-
tissimum fundatur in ratione. l. veteribus. ff. de
pact. quasi imputandum sit stipulanti, qui le-
gem apertius non dixit, vt tradit Tiraq. de re-
tract. lign. §. 1. gloſ. 9. n. 210. quæ ratio cessat,
vbi ex alijs verbis apparet stipulantem voluis-
se stipulationem cõcipere etiam pro fœminis,
quia tunc nihil est, quòd ipsi imputetur, & lex
satis aperta contractui dicta videbitur. Vndè
si stipulatio esset concepta nõ solùm pro filijs,
& hæredibus, sed etiam pro descendentibus,
21 fœminæ etiam † comprehenderentur, cum
huiusmodi verba non recipiant restrictionem
ad solos masculos. Bero. conſ. 95. n. 5. & 11.
lib. 1. post Alex. Dec. & alios allegatos, Gabr.
d. concluſ. 6, n. 95. de verb. signif. & latè dedu-
cit Corbul. de cau. ex quibus emphyt. sub tit.
de cau. priuat. ob lin. fin. n. 33. Et ita quoque
fuit resolutum per Rotam in vna Bononien.
diuolutionis bonorum die 14. Ianuarij 1602.
coram Iusto, vbi concessio erat facta cum ver-
bis prædictis, & fuit dictum non obstare conſ.
Curt. Iun. 321. n. 30. lib. 3. & Cefal. 11. in
fine, quia in inuestitura de qua loquitur Curt.
Iun. non aderat verbum (hæredibus) & in conſ.
Cefali dicebatur de filijs masculis, propterea
defendit, quòd verbũ (descendentibus), restrin
gatur sub eadem qualitate masculinitatis.

22 Idem esset dicendum, si emphyteusis † con-
cessa esset pro filijs, & hæredibus vsque ad ter-
tium genus, nam stipulatio censeretur conce-
23 pta etiam pro fœminis, cum generis † appel-
latione ex proprietate sermonis fœminæ etiã
contineãtur. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloſ. 9.
n. 239. Anchar. conſ. 44. & Rota tenuit hanc
opinionem coram Cardinale Platto in allega-
ta causa Sutrina bonorum 9. Decembris 1587.
non obstante quod in eo casu non adesset ver-
bum (hæredibus) & verba (ad tertium genus)
immediatè essent prolata post verbum (filijs, &
nepotibus.) Quia admissa etiam opinione
Castren. in conſ. 338. lib. 2. quã sequitur Cefali
conſ. 636. n. 8. quòd verba (ad tertium genus)
sint adiecta ad designandum, & restringendũ
24 gradum, nihil tamen † impedit quòminus de-
signent gradum cum inclusione fœminarum,
tùm quia sunt apta comprehendere fœminas
ex propria sui significatione, tùm etiam quia
non est verisimile contrahentes voluisse verba
habentia certam, & determinatam significa-
tionem fœminarum inclusiuam, restringere
ad masculos verbo minus idoneo, quale est
verbum filijs, quod fœminas nequaquàm ex-
cludit, imò comprehendit ex legis interpre-
tatione, secundum quam masculinum concipit
fœmininum, vt in proposito dicit Alciat. in l. 1.
ff. de verb. signific. relatus a Tiraquel. in loco
supra allegato. n. 210.

Renouatio emphyteusis quando proximioribus Agnatis sit facienda, & quis in hac materia proximior dicatur, & an veniat proximiot per repreſentationem. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 Renouatio emphyteusis fieri debet Agnato proximiori.
2 Debet fieri proximioribus Agnatis etiam transuersalibus,
3 Facienda est etiam ab Ecclesia.
4 Item quamuis proximior petens sit fœmina.
5 Item fieri debet proximiori fœminæ, quamuis in priori inuestitura masculi tantùm vocentur.
6 Opinio communis, quod renouatio emphyteusis debeat fieri cum eisdem pactis, cum quibus facta fuerit prior inuestitura, declaratur.
7 Renouatio emphyteusis pluribus in proximiori gradu existentibus æqualiter facienda est.
8 Ampliatur, quamuis ex tenore prioris inuestituræ vnus tantum vocetur.
9 Relocatio ab Ecclesia proximioribus fieri debet etiam si locatio præcedens fuerit declarata nulla, & inualida ob defectum solemnitatum, & quare.
10 Renouationem non tenetur Dominus proximioribus Agnatis facere, quando emphyteusis est finita ob culpam recipientis.
11 Item quando Dominus vult pro se retinere.
12 Amplia, quamuis res esset solita renouari.
13 Item, quamuis adsit pactum, quod post finitam generationem Ecclesiæ teneatur proximioribus renouare.
14 Pactum, quod finita emphyteusi Ecclesia teneatur renouare proximioribus Agnatis nõ valet.
15 Rebus Ecclesiæ catenus quisque vti debet, quatenus ipsa Ecclesia ei tribuere vult.
16 Renouatio ab Agnatis intra annum est petenda, aliàs cadunt a iure suo.
17 Declaratur quando constat, quod Agnati per annum ante habuerint notitiam, quod emphyteusis esset finita per generationem.

18 Annus

18 *Annus ad petendam renouationem computatur a die scientia.*

19 *Ignorantia excusat, vt quis non priuetur iure suo.*

20 *Scientia quando agitur de amissione iuris debet plenè & concludenter probari.*

21 *Vbi est necessaria non sufficit eam probare in genere, sed requiritur etiam probatio eius qualitatum.*

22 *Inuestitura intra annum extraneo facta potest ab Agnato reuocari spacio 30. annorum.*

23 *Opinio quod Agnatis renouatio non sit facienda quando tempore petitionis res non erat integra, reprobatur.*

24 *Renouationem emphyteusis Dominus facere non tenetur nisi cum conditionibus quæ ab extraneo reperiuntur.*

25 *Item quando renouationi fuit renunciatum.*

26 *Renouatio solis hæredibus facienda est, quando emphyteusis est hæreditaria.*

27 *Declaratur dummodo hæredes sint capaces.*

28 *Proximior ad effectum, vt ei fieri debeat renouatio dicitur ille, qui est magis propinquus vltimo in cuius persona est finita generatio*

29 *Ad renouationem petendam, an proximior per repræsentationem admittatur, quando adest alter verus proximior.*

30 *Proximitas gradus quando sola consideratur, frater excludit nepotem fratris patris sui, & sic nepotem ex fratre suo patruele.*

31 *Proximiores vbi vocantur sub nomine collectiuo, vel indefinito, tunc cum illo, qui in veritate proximior est, concurrit etiam is, qui est ei coæqualis iuris fictione*

EST etiam egregia iuris disceptatio, An Dominus directus teneatur emphyteusim ad se reuersam reconcedere Agnatis proximioribus? Et ex doctrina Bart. concludē-
1 dū † est teneri in l.1.§. permittitur.ff.de aqua
* quot. & æstiua, quā esse magis communiter * receptā testātur Rom.cons.22.n.5.Alex.cōs.80. n.11.lib.1.Clar.in §.emphyteusis.quæst.43. in princ.Gabr.de iure emphyt.conclus.1. n.1. & eam pluries sequuta est Rota, & præsertim in vna Bononien.bonorum.2.Decembris 1.8., coram Robusterio, & in vna Brixien.feudi. die 16.Maij 1583.coram Bubalo.

Extenditur primùm hæc conclusio, vt procedat non solùm in Agnatis descendentibus, sed
2 etiam in † transuersalibus. Gozadin. cons. 8.
* n.51.& cons. 71.de * cōmuni Dec. cons. 131. col.fin.& cons.328.Clar.in d. §. emphyteusis. quæst.43.late Gabr. cons. 86. n. 12. lib. 1. & fuit tentum per Rotam in vna Lucana emphyteusis coram Oradino 6.Iunij 1567.& in causa Romana relocationis Domus 3. Iulij 1595. coram Gypsio.

Secundò extenditur, vt locum habeat siuè
3 emphyteusis sit laicalis, siue † Ecclesiastica. Grat.cons.86.lib.1.Gabr.d.conclus.1.n. 32.& 33.vers. contrarium est verius, Anchar. cons. 172.& 174. Alex. cons. 80. n. 10. lib.1.Ruin. cons.11.n.22. vers. postremò non obstat lib.1. & cons.161.n.36.eod.libro.

4 Tertio etiam extenditur, vt procedat † quāuis proximiores, qui petunt renouationem sint fœminæ.Bero.cons.98.& 99. lib. 1. Ruin. cons.151.n.18.lib.2.Roman.cons.22.cum alijs latius per modernos Addentes cumulatis ad eumdem Roman.cons.22.in littera K.

5 Extende ampliationem istam, quamuis † ex tenore prioris inuestituræ masculi tantùm vocentur, quia nihilominus Ecclesia, siuè alius Dominus tenetur proximioribus fœminis renouare, vt latè per Bero.in dictis cons. 98. & 99. & fuit resolutum per Rotam in allegata Bononien. bonorū coram Robusterio de anno 1583. & in vna Ciuitatis Castelli emphyteusi 23. Iunij 1586.corā Cardinale Platto. Quāuis
* enim * communis conclusio sit, quod renouatio debeat fieri cum eisdem pactis, cum quibus facta fuerat prior inuestitura, tamen vt benè
6 dicit Bero. d. cons. 99.hoc procedit, † quoad pacta ponenda in inuestitura renouata, quæ debent esse conformia pactis positis in priori inuestitura: At secus quoad qualitatem personarum, quibus fit renouatio: His enim non est necesse, vt sint eiusdem qualitatis, cuius erant vocatæ in priori inuestitura: Et ideò licèt in illa masculi tantùm vocentur, potest nihilominus fieri renouatio etiam fœminis, prout supra dictum est. Quod etiam fuit resolutum in supracitata Fauentina bonorum coram Oradino, in cuius decisionis casu cōcessa erat emphyteusis Ecclesiastica cuidam pro se, & filijs, & nepotibus masculis tantùm ex eo legitimè descendentibus per lineam directam in tertiam generationem, & ipse conductor, & successiuè eius filius decesserat relicta filia fœmina, & neptē respectiuè, Et fuit dictum Ecclesiam teneri renouare locationem in personam dictæ filiæ non obstantibus verbis inuestituræ habentis dictionem illam taxatiuam, tantùm.

Quarto, eadem conclusio extenditur, vt lo-
7 cum habeat, tametsi † proximiores sint plures in eodem gradu, quia omnibus æquè renouatio fieri debet, & non vni eorum tantùm, vt fuit resolutum in dicta causa Ciuitatis Castelli.23.Iunij 1586. coram Cardinale Platto: Nam vbicumque proximi Agnati ad aliquod ius à lege, vel ab homine vocantur, tunc si plures sint in eodem gradu, omnes sunt admittēdi æquis portionibus, tex. est in l.2.§. hæreditas.ff.de suis, & legitim. plures congerit Tiraquel.de primogen. q. 17. op.4.Tiber.Decian. cons.71.lib.3.

8 Sub amplia, quamuis † ex tenore prioris inuestituræ vnus tantum vocetur, Nam si plures in eodē gradu existentes petant emphyteusim

sibi

sibi recōcedi, vt proximioribus Agnatis iuxta dispositionem iuris, adhuc illa omnibus est concedenda æqualiter, non obstante pacto in prima inuestitura adiecto, sicuti de fœminis supra dictum est, & fuit resolutum in eadem causa Ciuitatis Castelli, in qua ad obiectum, quod exaduerso fiebat, quòd hoc casu videatur militare diuersa ratio, cum ex renouatione in plures personas Ecclesia videatur esse in damno, cui magis expedit vni locare, ex quo emphyteusis ab vno facilius potest ad Ecclesiam reuerti; fuit responsum, quòd huiusmodi damnum non est considerabile; Nam posset procedere, vbi plures Agnati agerent vigore prioris inuestituræ, tunc enim ne Ecclesia dānum patiatur vnus tantùm esset admittendus, & eo casu pluribus in eodem gradu existentibus posset habere locum disputatio super prælatione, & possent intrare tradita per Grat. cons. 132. n. 18. lib. 1. At secus quando dicti Agnati non contendunt emphyteusim ad se spectare vigore prioris inuestituræ, sed petunt illam sibi reconcedi ob finitam lineam vti proximioribus iuxta dispositionem iuris, quia tunc cum propter æqualitatem gradus habeāt hoc beneficium à iure, vt Ecclesia teneatur eis renouationem concedere æquis portionibus, non est eis auferendum dictum beneficium propter aliquale damnum, quod exindè Ecclesia sentiat, quæ cogitur etiam si nolit renouationem facere, quando non vult pro se retinere, secundùm Doctores supra relatos, & nos infrà latius deducemus.

Quintò, dicta conclusio extenditur: Nam 9 relocatio † ab Ecclesia proximioribus Agnatis fieri debet, etiam si locatio præcedens fuerit declarata nulla, & inualida ob defectum solemnitatum, vt fuit resolutum per Rotam coram Gypsio in allegata causa Romana relocationis Domus 3. Iulij 1595. Ratio est, quia sufficit, quod habuerit statum implicitum validitatis, cum de iure communi locatio in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, etiam absque solemnitatibus valeat, c. sine exceptione 12. q. 2. glos. per illum tex. in l. cum ij. §. eam transactionem, in verbo, alimentarius, de transact. quam tenent Doct. quos refert, & sequitur Dec. in c. Ecclesiarum in 3. col. n. 28. de constit. Anchar. in terminis cons. 197. n. 2. Maximè Ecclesia non reclamante, Peregr. decis. 224. lib. 2. & fuit tentum coram Bubalo in vna Romana Domus 2. Decembris, de anno 1588.

Econtrà verò eademmet conclusio limita-10 tur, vt non procedat † quando emphyteusis est finita propter culpam recipientis, vt puta ob non solutum canonem: Conclusio enim locum sibi vendicat solùm in casu generationis finitæ Gabr. de iure emphyteotico. conclus. 1. n. 8. & 9. Ias. in l. a. n. 21. & seq. C. eod. tit. Roman. cons. 212. in princip. Socin. cons. 167. n. 23. lib. 2. Felin. cons. 32. n. 9. Gozad. cons. 46. n. 16. Paris. cons. 101. n. 132. lib. 1.

Secundò limitatur, vt non habeat locum, 11 quando † Dominus vult pro se bona retinere, quia tunc magis * communis, & verior opinio est, vt non cogatur illa reconcedere proximioribus defuncti, in cuius persona emphyteusis est finita etiam absque eius culpa. Nā doctrina Bar. in d. l. 1. §. permittitur de aqua quot. & æstiua est fundata in sola æquitate, & ideò debet intelligi quando Dominus vult extraneos inuestire, & Agnatis defuncti præferre, sed si vellit pro se retinere, æquitas ei magis suffragatur, quia prima charitas incipit a seipso. c. non satis 86. distinct. & l. Præses. C. de seruit. & aqua. Quare licèt æquum sit agnatos inuestire, tamen multò æquius est, vt Dominus possit pro se retinere, vt dicitur in simili proposito in l. si seruus rationis. §. quod verò, ibi, multò tamen æquius est. ff. de furt. & in l. exigendi, ibi, sed multo iustius. C. de procurat. Et ita intelligit Gozadin. qui repugnantes Doctorum opiniones sic conciliat cons. 86. n. 24. & istam opinionem tenet Abb. in c. bonæ. il 2. n. 28. vers. hoc dictum ego sic limitarem, de postulat. prælat. Curt. Sen. cons. 47. n. 10. vers. secus si vellet Calcan. cons. 8. n. 45. & Ias. cons. 24. col. pen. vers. sed non recederem lib. 3. Ruin. latè cons. 152. n. 3. vsque ad fin. lib. 1. qui contrarias rationes, & auctoritates, quibus inductus quandoque aliud respondit, sigillatim diluit. Idem copiosè consuluit Gozadin. in cons. 39. n. 22. & 24. vers. tertio. Et ità tenet etiam Ripa in d. l. 1. n. 9. & 10. ff. de priuileg. credit. & Staril. de lit grat. & iust. fol. 79. vers. sed istud dictum, sub tit. de mod. prouis. n. 3. Mil. in repert. in verb. Emphyteusi finita sub n. 13. & in hanc sententiam procliuior. est Clar. in §. emphyteusis. q. 44. in fine, vbi dicit esse æquiorem, quam magis * communem attestatur Caputaquen. decis. 303. & seq. par. 1. & Beninten. decis. 19 Et hanc tanquam veriorem, & æquiorem. Rota sæpius amplexa fuit & præsertim in vna Rauennaten. bonorum die 20. Nouembris 1587. coram Cardinale Mantica.

Nec est verū, quod cōtrariū Rota senserit in decis. 195. par. 2. in impressis, quia n. 7. & 9. vbi loquitur de hac materia nihil firmat, & ratio Ruin. cons. 12. lib. 1. & Dec. cons. 131. quod dispositio d. l. 1. §. permittitur, de aqua quot. & æstiua, redderetur elusoria, eo quia Ecclesia semper diceret velle pro se retinere, nihil releuat, quia vt Rota respondet in d. Rauennaten. si Dominus falsò dixerit velle pro se retinere proximior Agnatus poterit repetere, si postea Dominus alteri concesserit, quia ex hoc fraudis consilium detegitur, Ripa in d. l. 1. n. 10. de priuil. credit. Alex. in l. similis, & Titio n. 31. ff. de verb. obligat. Gozad. d. cons. 39. n. 21.

12 Amplia limitationē istam, vt procedat † etiā si res esset solita renouari, quia hoc non sufficit, nisi etiam probetur consuetudo, quod Dominus non possit pro se retinere, Anchar. cons. 33. col. 5. vers. sed tertiam rationem, Paul. de Castr. cons. 340. ad finem. vers. superest videre. lib. 2. Socin. Iun. cons. 101. n. 1. lib. 4. Ripa respons.

ſponſ. lib.1. cap.25. nu.17. in fine, Aym. conſ.
96.num.4. & ſequen. & tenuit Rota in dicta
cauſa Rauennaten. coram Cardinale Mantica.

13 Rurſus amplia, vt locum habeat, † quamuis
in inueſtitura adſit pactum, quòd poſt finitam
generationem Eccleſia teneatur proximioribus
renouare, quia nihilominus Eccleſia pote-
14 rit pro ſe retinere, cum huiuſmodi pactũ † non
valeat, vti continens quãdam ſpeciem alienationis
prohibitæ c. nulli, & toto titulo, de reb.
Eccleſ. non alien. §. neque illud, alias. §. quod
autem dictum, cum ſequen. authen. eod. tit.
quem tex. ad propoſitum inducit. Aret. in l. ſi
mihi, & Titio col.5. verſ. hoc autem præcipuè
de verb. obligat. & Ruin. conſ.152. nu.3. & 4.
lib.1. Gozadin. conſ.39. n.19. & 20. verſ. præterea:
Quod etiam comprobatur per extrauagan.
Ambitioſæ de reb. eccleſ. non alien. ibi,
omne pactum, ponderando illa verba (& de
rebus ab antiquo concedi ſolitis, & ſine Eccleſiarum
euidenti vtilitate): Neq; enim euidens
Eccleſiæ vtilitas dici poteſt, quòd Prælatus ad
renouãdum poſſit compelli, quia eſſet emphyteuſis
perpetua, quæ nõ diſtat ab alienatione,
15 & ſumma æquitas eſt, vt † eatenus quiſque
rebus Eccleſiæ vtatur, quatenus ei tribuere
vellit l. & habet, in principio. ff de precar. & c.
2. de feud. in illis verbis (feudum decedentis li-
berè, ſi videris expedire, concedas:) Nam ſi liberam
habet cõcedendi facultatem, ad renouandum
cogi nõ poteſt: Quam opinionem tenent
Angel. conſ.184. nu.2. verſ. Vnde concludo,
Alex. conſ.165. nu.7. lib.2. Bero. conſ.116.
nu. 17. & conſ.119. nu. 10. lib. 1. & quidquid
dicat Socin. conſ.99. n.70. lib.1. quem ſequitur
Rimin. Iun. conſ.94. nu.24. & ſequen. hæc
ſententia eſt verior, & eam ſequuta eſt Rota
in allegata Rauennaten. bonorum coram Cardin.
Mantica, & in vna Cæſenaten. bonorum
die 20. Maij 1588. coram Bubalo.

Tertiò limitatur dicta concluſio, vt nõ pro-
16 cedat, quando † non fuit petita renouatio intrã
annum, quia tunc Agnati amittunt omne
ius, quod habent ad dictam renouationem pe-
* tendam, ſecundum magis * cõmunem opinionem,
quam tenent Alex. in addit. ad Bart. in d.
l.1. §. permittitur, de aqua. quot. & æſt. & in
l. ſicut, in additione incipien. certè ſic, C. de
præſcript. 30. vel 40. annorũ, Roman. conſ.22.
nu.6. & conſ. 70. nu.3. verſ. vel aliter dici poterit,
Curt. Sen. conſ 47. nu.10. in fine, Gozad.
conſ.71. nu.1. verſ. ſecundo reſpondetur, & nu.
3. vbi teſtatur de communi Socin. Iun. conſ.9.
* num.17. in fine lib.3. * vbi de Magis communi
Grat. conſ.49. nu.14. lib.1. Gabr. qui alios citat,
de iure emphyt. concluſ.1. nu.10.

Sed iſta limitatio recipit duas declaratio-
17 nes principales; quarum † prima eſt, vt non
procedat, niſi conſtet, quòd Agnati habuerint
notitiã, quòd emphyteuſis eſſet finita per annum
ante petitam renouationem: Siquidem
18 annus iſte † vtilis eſt, nec cõputatur, niſi a die
ſcientiæ, vt per Gabr. d. concluſ.1. n.11. & fuit
tentum per Rotam in cauſa Ceruien. bonorum
23. Martij 1583. coram Cardinale Seraphino:
Ideo non ſufficit probare de lapſu anni,
ſed debet probari ſcientia Agnatorum, quòd
ſciuerint ſe teneri, Bald. in cap. ex parte il 2.
19 nu.38. de appellat. quia † ignorantia illos excuſat,
vt non priuentur iure ſuo, Bart. in diſputat.
incip. pupillus, quæ eſt vltima, ſub num. 1.
verſ. quia propter abſentiam, ſequitur Iaſ. cõſ.
53. in 5. col. verſ. quintò facit lib.3. Et cum
20 agatur de ammiſſione iuris, hæc † ſcientia debet
plenè, & concludenter probari, ita vt non
ſufficiant coniecturæ, Rota de dolo, & contum.
deciſ.2. in antiq. Mohed. deciſ. 160. Caputaquen.
deciſ.116. n.4. par.1. Put. deciſ.114.
fuit dubitatum, lib.1. Imò videtur, quòd non
21 ſufficiat ſcientia † in genere, ſed ſit neceſſaria
ſcientia qualitatum, & ſic quòd ſciuerint emphyteuſim
fuiſſe reuerſam ob lineam finitam,
per doctr. gloſ. in c. concertationibus, in verbo,
ſciuerit, de appellat. in 6. & ibi Gemin. nu.
15. & Franch. in fin. Aym. conſ.197. nu.14. &
Tiraq. de retract. lign. §.36. gloſ. 7. nu.3.

22 Altera declaratio eſt, vt nõ obtineat, † quando
intra annum alius extraneus fuit inueſtitus,
quia tunc Agnati poſſunt reuocare huiuſmodi
inueſtituram, etiam ſpacio triginta annorum,
vt poſt. gloſ. in cap.1. §. Titius, in verſ.
per annum, in fine, ſi de feud. fuer. controuerſ.
inter Domin. & Agnat. tradit. Alex. conſ.15.
num.10. vbi addit. lib.5. Gabr. d. concluſ.1.
nu.12. Tiraquell. de retract. lign. §.1. gloſ.10.
* nu.9. qui dicit hanc eſſe veriorem, & * communiorem,
quòd etiam teſtatur Alex. vbi ſuprà
proximè, & Dec. conſ.395. in fine, Iaſ. conſ.7.
in fine lib.3. Socin. Iun. conſ.76. nu.141. lib.1.
Et hanc quoque ſententiam amplexa fuit Rota
in vna Brixien. feudi 29. Aprilis 1587. coram
Bubalo, & in allegata Ceruien. bonorum
coram Cardinale Seraphino.

23 Ex quo apparet † non eſſe verum, quòd vbi
tempore petitionis res non eſt integra, renouatio
non ſit facienda, vt tenent Roman. conſ.
70. nu.3. verſ. tertio poteſt dici, Alex. conſ.50.
in fin. lib.3. Ruin. conſ.5. in fine lib.1. Clar. in
§. emphyteuſis, quæſt. 43. verſ. ſed pone, Gozadin.
conſ.39. nu.23. & conſ.71. nu. 1. Nam
idem Alex. in l. ſi mihi, & titio n.20. de verb.
obligat. reprobat hanc opinionem, & ipſemet
Ruin. conſ.161. n.36. lib.1. Pariſ. conſ.28. lib.1.
Apoſtil. ad Roman. conſ.86. nu. 24. verſ. non
obſtat; Et in euentum, quòd eſſet vera, dicit,
quod procederet, vbi aliqua negligẽtia poſſet
impingi venienti poſt inueſtituram.

24 Quartò dicta concluſio limitatur, vt † non
procedat, ſi conſanguineus ſolitam penſionem
offerat, & ab extraneo maior offeratur, quia
tunc Dominus non tenetur facere inueſtiturã,
niſi iiſdem conditionibus, quę ab extraneo reperiuntur,
vti rectè contrà Caſtren. concludit
Ripa in tract. de reme. præſeruat. contra peſtem
col. fin. & in l.1. nu.13. ff. de priuileg. credit.

dit. Imol.conf.38. in casu præmisso, Gabr. d. conclus.1.n.28.

25 Quintò limitatur, vt † non obtineat, quando fuit renunciatum iuri petendi renouationem. Socin.Iun. conf.9.n.14. lib.3. quam limitationē Rota habuit pro vera in dicta causa Ceruien. bonorum 23. Martij 1583. coram Cardinale Serafino, licèt in facto non applicaretur, quia pactum non loquebatur in casu generationis finitæ, sed in casu contrauentionis.

26 Sextò limitatur, vt † non procedat, quando emphyteusis est hæreditaria, quia tunc solis hæredibus renouatio facienda est, licèt alij proximiores in gradu reperiantur. Alex.conf. 10. sub n. 11. lib.3. Anchar.conf.38. in fine. Gabr.d.conclus.1.n.18. & tenuit Rota in dicta Ceruien.bonorum, & in vna Bononien. de Bologninis 10. Decembris 1564. coram eodem Card.Serafino.

27 Quod intellige verum, dummodo † hæres ipse attenta natura præcedentis inuestituræ sit capax: Stante autem eius incapacitate, vt quia sit Hospitale, vel locus pius, in quem ex sui natura emphyteusis non transit, renouatio fieri debet hæredi proximiori capaci, vt fuit resolutum in vna Cesenaten. Palatij 7. Nouembris 1597. coram Penia.

28 Præterea ad declarationem supradictorum vellim obserues, quòd proximior † in hac materia dicitur, qui est magis propinquus ei, in cuius persona est finita generatio, vt tenent supracitati Doctores, & concludit Rimin. Iun. conf.47. n.6. lib. 3. & Gabr. de iure emphyt. conclus.1.n.27.

29 Sed dubium est, an † comprehendatur proximior per representationem, vbi adsit alius verus proximior? Et quòd verus ipse proximior primò cēseatur vocatus, facit l. iubemus in princ. iuncto. §. fin. C. ad Trebellian. & ibi

30 Bald. hoc notat. Item facit, quia † vbi consideratur sola gradus proximitas, frater excludit nepotem fratris patris sui, & sic nepotem ex fratre suo patruele l.3.§.si duo.ff. de legit. tut. in medio, & in fine: Facit etiam tex. in l. si libertus præterito. §. si libertus. ff. de bonis libert. Vbi habetur, quod ex quo proximiores ad successionem liberti sunt vocati, patruus excludit nepotem.

* Huic tamen sententiæ repugnat * commu-

31 nis ipsa opinio, quæ habet, quòd vbi † nomine collectiuo, vel indefinito vocantur proximiores, idest, priores in gradu.l.proximis. ff. de verb.signif.l.2.§.hæreditas. ff. de suis, & legitim. tūc cum eo, qui in veritate est proximior, concurrit etiam ille, qui est sibi coæqualis saltèm iuris fictione. l. cum illa. §. in fideicommisso, iuncta glos. ibi in verbo (proximo.) ff. de legat.2. cum alijs per Zuccard. conf. 50.

* n. 28. qui testatur de * communi, & hanc opinionem amplectendam censeo per ea, quæ supra dixi in quarta ampliatione.

Prohibitio rei alienationis tacita ex fideicommisso resultans, an tollatur ab expressa limitata ad certum tempus, & ibidem facti species decisa. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio permissa censetur, vbi prohibitio testatoris expressa, ac limitata ad tempus cessat, si non adsit fideicommissum.*

2 *Regula l. Imperator, de postul. quòd prohibitum ad tempus censeatur permissum post tempus, declaratur.*

3 *Alienatio bonorum fideicommisso subiectorum, eo non obstante, fieri potest, si à testatore sit expressè permissa.*

4 *Alienatio quando est prohibita per Testatorem per viam denegatæ potentiæ, puta, non possit alienare vsque ad 25. annos, vel nō possit nisi post 25. annos, an post dictum tempus censeatur expressè permissa.*

5 *Prohibitio alienationis expressa vsque ad certum tempus nunquàm tollit tacitam, seu legalem, quando fideicommissum vniuersale præcedit, nec aliquid à testatore disponitur de alienatione, quæ fieret post dictum tempus.*

6 *Facta minori vsque ad 25. annos, censetur facta ad illius fauorem, vt imbecillitati ætatis succurratur.*

7 *Facta in testamento fideicommissum præcedens corroborat, & iungitur prohibitioni legali.*

8 *Argumētum à contrario sensu non valet, quando sequeretur contraria dispositio.*

9 *Dictiones (quousque, donec, & similes) important conditionem extinctiuam.*

10 *Expressum, quando faciat cessare tacitum.*

11 *Prohibitio alienationis tacita ex fideicommisso resultans concurrit cum expressa limitata ad tempus, etiam intra illud tempus.*

12 *Prouisio hominis, quando tollat prouisionē legis.*

QVÆSTIO hęc, quę est satis clara, fuit per Modernos ità tractata, vt quibusdam videatur perdifficilis, atque adeò confusa pluribus casibus consideratis, & deinde auctoritatibus sine distinctione adductis, vt nisi exactius perpendantur singulæ species, in quibus consilia, quæ allegantur, reddita sunt, credi possit non facilè colligi posse, quid statuendum sit, quidue sit receptius. Putò igitur tacitam, seu legalem prohibitionem præcedentem nullo casu tolli per expressam ad certum tempus; Verum, vt percipiatur hanc

* opinionem esse veram, & * communem tres casus considerandos propono.

Primus est, quando in testamento non adest prohibitio tacita, seu legalis, sed solùm expres-

sa,

1 sa, & tunc † limitata ad tempus, cessat, neque opus est inquirere, an post tempus alienatio censeatur permissa, quia finè alia permissione post tempus casus relinquitur dispositioni iuris, quod alienationem permittit, & ità procedit l. pater §. fundum, & quod ibi not. Bart. de
2 leg. 3. & Dec. conf. 113. n. 4. Regula † enim, quę sumitur ex l. Imperator, de postul. quòd prohibitum ad tempus censeatur permissum post tempus, intelligitur si permissio procedat ex eo, quòd elapso tempore prohibitio extinguitur, quia perindè habetur, ac si facta non esset, l. si ità quis, de vulg. & pupill. & quia sola impediebat alienationem, ex eius extinctione sequitur, quòd fieri post tempus possit, veluti plenè percipitur ex notatis à Bald. in l. 1. C. de inutil. stipulat. Atque ideò ipse Bald. tex. in d. l. Imperator ità summat; sententia temporalis non durat post tempus, & silentium impositum ad tempus post lapsum tempus finitur; Et ità procedere d. l. Imperator tradit etiam Ruin. conf. 117. in fine lib. 2. Etenim cùm medium reperiatur inter prohibere, & permittere, testator elapso tempore intelligitur nec prohibere, nec permittere, sed totum relinquere dispositioni iuris, Corn. conf. 97. in fin. lib. 1. Dec. in l. 1. ff. de offic. eius n. 38. Curt. conf. 343. n. 17. lib. 3. Idcircò lapso tempore intelligitur casus relictus dispositioni iuris, sicut si prohibitio facta non esset, Marian. Iun. conf. 130. n. 6. lib. 2. & ità procedit etiam conf. Alex. 55. n. 8. lib. 3. cum alijs congestis à Tiraq. de retractu conuent. §. 1. glos. 2. n. 46.

3 Secundus casus est, quando † Testator prohibita alienatione ad tempus illam post tempus verbis expressis permittit, & tunc virtute testamenti potest alienatio fieri, etiam quandò tacita, seù legalis prohibitio oriens ex fideicommisso testamento inest, & hoc casu fideicommissum restringitur ad bona non alienata, quia mens est clarissima ex verbis perspicuis, & ità procedit conf. Socin. 123. n. 3. lib. 3. & conf. Ias. 173. per totū, & 232. in fine lib. 2. Marian. Iun. 187. n. 11. iuncto themate, & 188. n. 10. lib. 2. Alcia. cōf. 112. in princ. & n. 18. tom. 3. lib. 9. Ruin. conf. 153. col. fin. lib. 2. Quod pro-
4 cedere voluerunt † etiam quandò non per viā prohibitionis alienationis, sed per viā denegatæ potentiæ testator alienare vetuit, puta non possit vsquè ad 25. annos, vel non possit, nisi post 25. annos, quasi ex his verbis colligatur permissio expressa, Ruin. conf. 132. nu. 1. lib. 2. Alber. conf. 41. n. 30. Marian. Iun. conf. 65. n. 35. lib. 1. Card. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 17. n. 11. Sed contrariam opinionem sequuti sunt Dec. conf. 386. col. 3. Socin. Iun. cōf. 130. n. 5. lib. 1. Parif. conf. 31. n. 14. lib. 2. Quem articulum, quia quæstio nostra est, quandò testator per viam simplicis prohibitionis processit, hic non discutio, cùm satis sit ostendisse Doctores supradictos non posse allegari pro parte contraria, vt fit ab aliquibus.

5 Tertius casus est, quandò † præcedente fideicommisso vniuersali, & sic tacita, seù legali prohibitione, prohibitio expressa fit minoribus vsque quò ad perfectam ætatem peruenerit, nihil disponendo de alienatione, quæ fieret post annos 25. Et hoc casu, quia expressa censetur facta fauore prohibitorum causa prouidendi imbecillitati ætatis l. 2. C. de vsucap. & tacita fauore fideicommissariorum,
6 sequitur, quòd per expressam neque antè, † nequā post 25. annum tollatur tacita, & per consequens sit locus dispositioni. l. fin. §. sin autem sub conditione. C. commun. de legat. Et hæc
* verissima sine aliquo dubio, & * communis est opinio. Si quidem hæ duæ prohibitiones sunt diuersæ, & tendunt ad diuersos effectus, ideò altera per alteram non tollitur, nec ex vna potest ad aliam inferri, vt per Castren conf. 263. n. 3. lib. 2. Dec. conf. 386. n. 4. cum alijs allegatis per Menoch. conf. 151. n. 34. licèt ipse contrarium teneat, & per Thob. conf. 90. n. 9. qui testatur de communi, Ruin. conf. 153. in fin. lib. 2. Pedemont. decis. 85. n. 14. Alciat. conf. 47. nu. 15. tom. 3. lib. 9. Socin. Iun. conf. 130. n. 6. lib. 1. Corn. conf. 97. circa fin. lib. 1. Crot. conf. 343. n. 10. lib. 1. Parif. conf. 31. n. 3. lib. 2. Cephal. cōf. 153. n. 42. lib. 2. Manfred. de attent. lib. 1. part. 6. n. 5. Peregr. de fideicommiss. art. 40. n. 65. Et hanc sententiam amplexa fuit Rota in causa Bononien. de S. Petro coram bon. me. Ioanne Baptista de Rubeis die 14. Maij 1586. & in vna Romana de Cincijs 17. Nouembris 1597. coram Cardinale Serafino.

Vnde in contingentia facti ego inferrebam, contineri sub fideicommisso etiam bona testatoris, quæ filius alienauerat post annum vigesimum quintum: Nam cum præcessisset substitutio reciproca inter filios institutos decedentes sine liberis, & sic quandocunque sine liberis aliquis corū decederet, iuxta l. cùm Auus, ff. de condit. & demonstrat. Et omnibus quandocunque decedentibus sine liberis legitimis, & naturalibus testator alios substituisset, & consequenter in omnibus bonis substitutionem etiam fideicommissariam fecisset simpliciter, cuius vigore quamuis non esset impedita alienatio, itaut nulla esset ab initio, tamen conditione fideicommissi existente, alienatio resoluebatur ex dispositione legis l. fin. §. sin autem sub conditione. C. commun. de legat. Non erat existimandum testatorem, qui deindè filijs institutis alienationem exprefsè prohibuerat vsquè ad ætatem 25. annorum, voluisse se statim corrigere, & permittere, vt alienatio post 25. annum facta semper stabilis esset, nec resolueretur existente conditione fideicommissi, l. nam ad ea, de condit. & demonstrat.

Maximè, quia prohibitio vsque ad 25. annos nullam aliā ob causam facta censetur, nisi mero fauore prohibitorum, vt dixi, d. l. 2. C. de vsucapion. Bart. & alij in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de legat. 1. Aleiat. de præsumpt. reg. 1.
7 quæst. 2. nu. 3. Ideoque sicut hæc † prohibitio

expreſſa fideicommiſſa generalia præcedentia
non reſtringit, ſed corroborat potius,& vtili-
tatem affert fideicommiſſarijs, quia iungitur
prohibitioni legali,ad notata per Dec.in conſ.
636. n.10.Ita ea ceſſante non poteſt a cõtrario
cenſu intelligi conceſſa facultas alienandi ad
limitandum fideicommiſſum: Nunquàm enim
capitur interpretatio,vt diſpoſitio a contrario
operetur contrarium eius, quod operatur in
ſenſu directo. Cùm igitur prohibitio expreſſa
in ſenſu directo roboret potius fideicõmiſſum,
non poteſt interpretatio capi, per quam a cõ-
trario ſenſu illud limitet, & cenſeatur teſtator
incontinenti ſe correxiſſe.l.nulla iuris, cum ibi
not.de leg.d.l.nam ad ea.Dec.conſ. 110. n. 5.
Aym.conſ.39.n.8. Purpurat. in l.1. C.de offic.
8 eius. n.682. Argumentum † igitur huiuſmodi
hoc caſu minimè ſumi poteſt, vt a contrario
ſenſu ſequatur contraria diſpoſitio; Sed itaut
lapſo tempore caſus remaneat in diſpoſitio-
ne iuris, ex his quæ ſcribit Gabr. conſ. 154.
n. 24.

Et quòd in caſu ſuprà relato prohibitio ex-
preſſa eſſet adiecta ad roborandum fideicõmiſ
ſum,ex eo conſtabat, quia cum teſtator pupil-
lariter, & per fideicommiſſum quandocunque
decederent ſine filijs, eoſdem filios inſtitutos
inuicem ſubſtituiſſet, & ſic cõformans ſe diſpo
ſitioni iuris in euentum conditionis quando-
cunque extaret,alienationẽ prohibuiſſet, vtiq;
prohibendo illam expreſſe quouſq; minor per-
ueniſſet ad ætatem 25.annorum, eius intentio
erat non tollere prohibitionem tacitam per id
tempus,ſed illam magis corroborare,& effica-
ciorem reddere, itaut ſi alienatio fieret ſtatim
eſſet nulla,ſed ſi non fieret, & conditio mortis
per id tempus exiſteret, fideicommiſſum locũ
haberet; Ergò non cogitauit recedere a fidei-
commiſſo in caſu mortis per id tempus, per
quod alienationẽ expreſſe prohibuerat, cum
illud effectũ ſortiri voluiſſet ſi conditio exiſte-
ret,etiam antequàm minor perueniret ad æta-
tem 25.annorum, ſed voluit illud corrobora-
re, & efficacius reddere ſecundum naturam
expreſſæ prohibitionis, quæ per illud tempus
concurrit cum tacita, vt patet ex not. a Dec.
d.conſ. 636. n. 11. quod conſilium ſæpiſsimè
Rota ſequuta eſt.

Ergo ſicut intra tempus prohibitionis ex-
preſſę voluit eſſe locum fideicommiſſo, quo ad
omnia bona,quæ ſubijcere fideicommiſſo po-
terat, idem etiam dicendum eſt voluiſſe poſt
tempus prohibitionis expreſſæ; quæ voluntas
declarabatur per ipſummet teſtatorem,dum
extinctis deſcendentibus omnibus,ſubſtituerat
agnatos,cum prohibitione expreſſa alienatio-
nis aliquorum bonorum ſuæ hæreditatis, cum
cauſa, quia volebat illa perpetuò ſtare debere
in familia:Regulare enim eſt,velle antecedẽs,
qui vult conſequens;Sed vt ſtarent in familia
neceſſe erat bona permanere prius in deſcen-
dentibus, & ab eis deuenire ad agnatos tran-
ſuerſales:Vndè teſtator vſus fuerat verbo(de-
bere)quod neceſsitatem importat.ergo noluit
ea poſſe neque etiam poſtquam minor perue-
niſſet ad ætatem viginti quinque annorum per
filios alienari, quia hoc modo dediſſet facul-
tatem euertendi fideicommiſſum contra prin-
cipalem eius intentionem, & cauſam finalem
fideicommiſsi.

Non obſtat dictio (donec, quouſque) vel
9 alia ſimilis: Quia † operatur dumtaxat extin-
ctionem prohibitionis, vt per Iaſ. in l. ſufficit
nu.5. de condit. & demonſtr. non autem ope-
ratur permiſsionem, quia remanet prohibi-
tio reſultans ex fideicommiſſo præcedenti, a
qua non cenſetur receſſum, niſi per Teſtato-
rem fuerit expreſſe data licentia alienandi.

Nihil etiam facit, quod prohibitum ad
tempus cenſeatur permiſſum poſt tempus, &
argumento ſumpto a natura temporis limi-
tati videatur permiſſa alienatio poſt tempus,
quia vt expoſuimus, hæc regula, & hoc ar-
gumentũ ſumitur ad oſtendendum, quòd poſt
tempus non durat prohibitio expreſſa, neque
eius effectus, & quòd elapſo tempore prohi-
bitio habeatur pro non facta, & locus ſit di-
ſpoſitioni iuris, non autem, quòd poſt tem-
pus cenſeatur permiſſa, ſi iure communi, vel
alia diſpoſitione teſtatoris erat prohibita,
Paul. de Caſtr. conſ. 106. col. 2. lib. 2. Dec.
conſ.110.col.1.Bald.in l.1.in fine.C.de inutil.
ſtipulat.

Minus obſtat, quòd expreſſum faciat ceſſa-
re tacitum,l.cum ex filio.§. 1. de vulgar.quia
10 hoc † intelligitur circa idem, & quando taci-
tum, & expreſſum tendunt ad eundem effe-
ctum,quia tunc eſſet ſuperfluum, Aret. in l. 4.
in princip. de legat. 1. Sed quando reſpiciunt
diuerſos effectus, tunc tacitum non eſt ſuper-
fluum, ideoque per expreſſum non tollitur,
neque eius ortus impeditur, Caſtren.d. conſ.
263.col. fin.Dec.conſ.386.col.pen. in princip.
Ruin.conſ.112.n.8.lib.2.Tacita autem, & ex-
preſſa prohibitio tendũt ad diuerſos effectus,
vt dixi,nam expreſſa eſt pura, & tẽdit ad hoc,
vt durante tempore ſi fiat alienatio, ſit ſtatim
nulla,& effectum parit ſiuè alienans filios ha-
beat,ſiuè non,& eſt facta fauore minoris,cuius
imbecillitati teſtator prouidere voluit;tacita
autem eſt conditionalis,& nihil operatur, niſi
alienans decedat ſinè liberis, & concernit fa-
uorem non minoris tantùm, ſed omnium vo-
catorum ad fideicommiſſum, & ſic tacita non
eſt ſuperflua,& parit diuerſos effectus. Neque
dubium eſt,vt expoſitum fuit, quòd concurrit
11 cum † expreſſa etiam intra tempus, ſi veniat
intra illud tempus conditio fideicommiſsi,
quamuis alienatio facta non ſit, quò caſu ex-
preſſa non poteſt parere effectum aliquem d.l.
pater.§.filium,de legat. 3.

Eadem ratione tollitur, quod dicitur pro-
uiſionem hominis auferre prouiſionem legis,
quia hoc etiam tùm demum procedit, quan-
12 do † tendunt ad eumdem effectum, ſecus ſi ad
diuerſos, item non procedit,quando prouiſio

legis

legis est ordinaria. Bart. in l. si cum dotem, in princ. nu. 5. ff. solut. matrim. & in l. 1. §. vnde queritur, in fine, de pub. Iasn. 43. post Cyn. n. 7. in l. 2. C. de iure emphyt. Ergo etiam post tempus prohibitionis remanet tacita prohibitio, quæ sufficit ad effectũ, vt etiam bona alienata post tempus contineantur in fideicommisso.

Ante acceptationem quale ius acquiratur Ecclesiæ, quando bona illi applicantur in casu alienationis, & an dictum ius quæsitum per pœnitentiam contrauenientis tolli possit. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Quando bona applicantur Ecclesiæ in casu alienationis, alienatione sequuta caducitas incurritur etiam ante acceptationem Ecclesiæ, cui ius quæritur ad affectum tamen, vt illud possit remittere.*

2 *Legatarius transmittit ad heredes legatum etiã ante acceptationem.*

3 *Hæres alienans contra prohibitionem testatoris, recuperando rem, impedit acquiri ius vocato in casu alienationis.*

4 *Emphyteuta Ecclesiæ, qui alienauit, recuperando rem euitat caducitatem.*

5 *Consanguineus alienans, si præueniat recuperando, an tollat ius quæsitum iure retractus alteri consanguineo, & n. 22.*

6 *Caducitas ob non solutionem canonis ante declarationem domini soluendo purgatur.*

7 *Ius alicui quæsitum facto alterius, auferri non potest facto eiusdem, cuius opera fuit quæsitũ.*

8 *Appellans non potest renunciare appellatione in præiudicium appellati, quominus appellatione interposita vti possit.*

9 *Hæres semel contrauenien non potest pœnitere, neque a contractu discedere in præiudiciũ Ecclesiæ, cui ex dicto contractu fuit ius quæsitũ.*

10 *Quando ex contractu, vel occasione contractus est ius quæsitum tertio re, vel spe, non potest ab illo contractu recedi in eius præiudicium.*

11 *Pœnitentiæ non est locus, etiam per alium actũ retrosimilem, quando per contrauentionem alteri fuit ius quæsitum.*

12 *Prohibens alienationem sub certa pœna applicanda alicui alteri, non potest pœnitere, nec reuocare suam dispositionem pœnalem, quando pœna fuit commissa.*

13 *Pœnitentiæ non est locus, quando pœna ipso iure, vel facto committitur.*

14 *Emphyteuta alienans irrequisito Domino, & postea redimens, cadit a iure suo, nec locus est pœnitentiæ sequuta declaratione, & acceptatione Domini, & n. 15.*

16 *Caducitas incurritur etiam absque declaratione, seu acceptatione, quando respicit non solum fauorem Ecclesiæ, sed etiam fauorem voluntatis testatoris, & n. 18.*

17 *Exemptus non potest renunciare sua exemptioni in præiudicium superioris.*

19 *Cap. si quis presbyterorum, de reb. Eccles. non alienan. declaratur.*

20 *Traditione facta etiam post solum constitutum non est locus pœnitentiæ ad euitandam pœnam per alium actum retrosimilem.*

21 *Rigor scriptus præfertur æquitati non scriptæ.*

EXPLORATI iuris est, quod si testator prohibeat bona sua alienari posse, & quòd alienans cadat a iure suo, & bona applicentur Ecclesiæ, caducitas † incurritur sequuta alienatione, etiam ante acceptationem ipsius Ecclesiæ, cui quæritur ius, ad effectum, vt remitti possit: Nã licèt stent ista simul, quòd cõtraueniẽs cadat ipso iure, & quòd alteri non acquiratur sine acceptatione, Ripa in his terminis in l. 1. n. 51. de legat. 1. Cassad. decis. 2. & 3. de locat. Put. decis. 8. lib. 2. tamen hoc procedit ad effectum irreuocabilis acquisitionis, non autem ad effectum acquisitionis reuocabilis, & remissibilis ab Ecclesia, cui quæritur ius, sed reuocabiliter, ex quo illud remittere potest. l. fi. C. de Sacrosan. Eccles. Si-
2 cut videmus † in legatario, cui quæritur ius ante acceptationem, & illud transmittit ad hęredes. l. a Titio. ff. de furt. l. cum pater. §. fundo, de leg. 2. & ita declarat Ripa in l. in fideicommissariam, n. 14. ad Trebell. secundum quam declarationem intelligenda sunt quæ ipsemet dicit in d. l. 1. n. 51. Nam ibi quoque expresse sentit de irreuocabili acquisitione, quia dicit quantum ad casum nostrum: Et in terminis, quòd ante acceptationem quæratur ius per Ecclesiam remissibile, quando testator applicauit bona Ecclesiæ in casu contrauentionis fuit resolutum per Rotam in vna Regien. bonorum de anno 1585. die 1. Aprilis, coram fel. rec. Clemente Papa VIII. tunc Auditore.

Difficultas oritur, quando cõtraueniens per nouum contractum ab alienatione recessit rem ipsam redimendo, An scilicet ex huiusmodi pœnitentia tollatur dictum ius Ecclesiã quęsitum ante acceptationẽ? Et pro affirmatiua facit cõs. Ang. 169. sub n. 1. col. 1. paulò ante medium, vers. ratio est: Vbi loquitur de hærede,
3 qui † alienauerat contra prohibitionem testatoris, vt recuperãdo impediat acquiri ius vocato a testatore in casu alienationis, & allegat Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua. vers.
4 Nonagesimo nono. n. 119. dũ vult † quod emphyteuta Ecclesiæ, qui alienauit, recuperando rem euitet caducitatẽ: Hoc etiam tenet Alber. de statut. par. 1. q. 87. allegãs ad hoc Guidonẽ de Suzzaria, Idem Alber. in l. quidam testamẽ-
* to. n. 2. dicens * communem. ff. de fideicommiss. libert. Et hanc opinionẽ tanquam æquio-

rem sequendam esse post multa concludit Be-
ro.in c.potuit.nu.164. & 165. de locat. Maxi-
mè quando deuolutio prætenditur ab Eccle-
sia, vt omnes supradicti ponderant, & in specie
Rimin.Iun.cons.285.n.116.& pluribus sequen.
lib.3.Cassan.super consuetud.Burgun. tit. de
retract.§.10.in verb.(au Seigneur feodal)n.8.
fol. mihi 362. col.4. Vbi infert ex hoc, quòd
5 in materia retractus † consanguineus alienãs,
si preueniat in reciperando, tollit ius quæsitũ
ex iure retractus alteri consanguineo; quod
etiam tradit Tiraquel.de retract.conuen. §.1.
glos.7.sub n.23. sicut etiam videmus in cadu-
6 citate † ob non solutionem canonis, quæ antè
declarationẽ Domini soluendo purgatur Dec.
cons.146.n.4.& cons.452. sub n.20. circa me-
dium vers. sed posteaquam. Cefal. cons. 55.
nu.6.

Sed istis non obstantibus contrarium est re-
* soluendum ex illa * communi conclusione,
7 quæ habet, quòd ius † quæsitum alicui facto
alterius, auferri nõ potest facto eiusdem, cuius
opera fuit quæsitum. l. fin. ff. de pact. Aym.
cons.106.n.14.cum alijs per Tiraquell. de re-
tract. lign. §. 1. glos. 18. n.56. Nam sicut qui
8 semel † appellauit non potest penitere, & re-
nunciare appellationi in præiudicium appel-
lati, quominus appellatione interposita vti pos
9 sit.c. 1. de appellat. in 6. Eodem modo † hæ-
res, qui semel contrauenit non potest penitere,
neque a contractu discedere in præiudicium
Ecclesiæ, cui ius fuit quæsitum ex dicto con-
tractu, vt probat d.l.vltima de pact.& l.si con-
stante .§.exceptis. C.de donat. ante nupt. vbi
10 Bald.in fine notat, quod † quando ex contra-
ctu, vel occasione contractus est ius quæsitum
alicui tertio, re vel spe, non potest ab illo con-
tractu recedi in eius præiudicium, quod etiam
tradunt Glos.& Doct.in l.certi condictio. §.si
nummos. ff. si cert. pet. & latè Ias. cons.213.
col.4.vers.confirmantur prædicta. lib.2.

Et istud procedit etiam, vbi fit alius actus
11 retrosimilis; quia † quando per contrauentio-
nem est alteri ius quæsitum, non possunt dein-
dè partes contrauenientes in præiudicium il-
lius, cui est ius quæsitum penitere, etiam per
alium actum retrosimilem. Bart. & Paul. de
Castr.in l.1.§.si rem.ff.deposit.& post Cin. tra
dit. Alberic.in l.fin.col.pen.vbi etiam Ias.pau-
lò ante n.136. vers.tenendo hanc opinionem,
* quæ est * communior. C.de iur.emphyt.& tra
dunt Anchar. & Imol.in c. potuit. de locat.

Imò, nec etiam ipsemet disponens, qui pro-
12 hibuit † alienationem sub certa pœna appli-
canda alicui alteri potest penitere, & reuocare
suam dispositionem penalem, quando per cõ-
trauentionem est commissa pœna, cum auctor
contractus sit auctor distractus ante commis-
sam pœnam, non autem post. Bald.per illum
tex.in l.2. n.10. C. de seru.export. ven. Ias.in
d. l. fin. sub nu. 10 ff. de pact. Quod sine ali-
quo dubio locum habet, quando pœna ipso
iure committitur, veluti si in testamento sint

posita verba, cadat a iure suo; Glos. in d. l.
vlt. in verbo cadat, vbi Salicet. col. pen. C.de
iure emphyteot.Alex.cons.6. col.pen.vers.hoc
13 etiam latè, lib. 3. Nam †. quando pœna ipso
iure, vel facto fuit commissa, non est locus pœ-
nitentiæ. Glos. in clem. 1. §. quia verò, super
* verbo, ipso facto, de stat. Monach.de * com-
muni Alex. in l. si insulam. col.10. nu. 33. de
verbor. obligat. cum alijs adductis per Tira-
quel. in l. si vnquam. n. 307. C. de reuocan.
donat.

14 Et ideò alienante † emphyteuta irrequisito
Domino, & postea redimente, quòd caducitas
incurratur, nec sit locus penitentiæ tenent
communiter Doctores, vt per Alex. in d. l. si
* insulam. col.pen.n.40.& de * communi Ias. in
d.l. vltim. nu.135. in fine. C. de iure emphyt.
Dec. cons.160. n. 6. post Imol. idem attestan-
tem in d. c. potuit, de locat. Et licèt tali casu
15 requiratur † declaratio, seu acceptatio Domi-
16 ni, tamen istud fallit † in Ecclesia, quando ca-
ducitas non solùm respicit eius fauorem, sed
etiam fauorem voluntatis testatoris, cui Ec-
clesia renunciare non potest, sicut videmus in
17 simili exemptum † non posse renunciare suæ
exemptioni in præiudicium superioris Abb.in
cap. 1. n. 9. de re iudic. & in c. graue. n.3.de
offic.ordin.Et ideò contraueniens cadit etiam
quòd bona Ecclesię non sint quæsita, quando
18 testator priuat, & applicat, quia priuatio
non fit fauore Ecclesiæ, sed in pœnam contra-
uentionis, & intuitu voluntatis testatoris, &
illius adimplementum, & ita fuit per Rotam
resolutum in allegata Regien. bonorum. 13.
Maij 1585.

Non obstat cons. Angel.169. & Specul. in
* tit. de locat. quia contra ipsos est * commu-
nis opinio, vt ex supradictis patet. Et eo ma-
gis, quia fundamentum. Angel. & Speculat.
consistit in c. si quis presbyterum, de reb. Ec-
cles.non alien.in illis verbis(celeri restitutio-
ne sibi prospexerint.) & tamen verba illa
19 interpretantur, † quòd possint penitere ante
factam alienationem, & sic antè perfectum
contractum, secus quandò cõtractus inducens
contrauentionem fuit omnino perfectus; &
contra Speculat. vltra supracitatos tenent Ia-
cob. de sancto Georgio in inuestit. feud. in
verb. & cum pacto de non alienando &c. pau-
lò ante nu.7. & Castren. in d.l.1. §. si rem.
20 ff. deposit. vbi inquit, quòd traditione † facta
etiam per solum constitutum non est locus pe-
nitentiæ ad euitandam penam per alium actũ
retrosimilem.

Nihil etiam refert, quòd Alberic.attestetur
de communi in contrarium, tum quia est so-
lus, tum quia tempore suo vltra 200. annos
poterat esse talis opinio * communis, cuius
contrarium hodie legitur: Et quamuis Doct.
ex aduerso allegati dicant contrariam opi-
21 nionem magis æquam, nihilominus † cùm ri-
gor sit scriptus, vt constat ex iam deductis,
præfertur æquitati non scriptæ. l. placuit,
vbi

vbi glos. in verb. in omnibus, in fine, & ibi Bald.
Paul. Alex. & Ias. C. de Iudic. Et quantum ad
Tiraquell. loquitur, quando fuit appositum
in eodem contractu pactum de redimendo, se-
cus vbi non est apposita aliqua reseruatio, vel
resolutio in ipso contractu, sed alienatio fuit
facta simpliciter: Et nihilominus idem Tira-
quel. in eod. §. 1. glos. 7. post disputationem
sub n. 37. decidit casum nostrum in fortiori-
22 bus terminis: Vbi quærit † quid si post con-
tractum statim, vel ex interuallo contrahen-
tes vellent prorogare tempus illius pacti de
redimendo? Et pro ratione dubitandi facit
plura argumenta, & deinde in d. n. 37. reso-
luit, quod non possint, quia statim atque
fuit celebratus contractus, fuit quæsitum ius
consanguineo; Et ideò prorogatio ei nocere
non debet, sed tantum prorogantibus, & fa-
ciunt etiam tradita per eundem in eadem
glos. 7. sub n. 24. vers. Nam si iam primum
tempus effluxerit.

Carbonianum Edictum, an competat filio legitimato petenti se immitti in possessionem hæreditatis patris. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Edictum carbonianum competit ei, cui competit bonorum possessio contra tabulas.*
2 *Possessio bonorum contra tabulas competit filijs legitimatis.*
3 *Edictum Carbonianum ei competit, qui si filius esset, hæres esset ab intestato, & ideo non datur exhæredato.*
4 *Filius legitimatus succedit Patri ab intestato.*
5 *Lex fin. C. de Carbon. requirens filium esse natum ex indubitato matrimonio, quomodo intelligenda.*
6 *Filiationis probatio maior requiritur in nato in vita patris, quàm post eius obitum.*
7 *Edictum Carbonianum datur etiam filio adoptiuo.*
8 *Filius adoptiuus per fictionem censetur natus ex matrimonio*
9 *Dispositio facta in casu vero trahitur etiam ad casum fictum quando est eadem ratio.*
10 *Edictum Carbonianum, quando filio legitimato non detur.*
11 *Non datur, nisi filijs existentibus in potestate.*
12 *Infans per legitimationem non redigitur in potestatem patris.*
13 *Bonorum possessio contra tabulas filio legitimato non competit aduersus patris testamentum, quando adest statutum, quod legitimatus non possit succedere in bonis patris, nisi secundum voluntatem legitimantis.*
14 *Possessio ex Carboniano Edicto non datur, nisi illis, quibus bonorum possessio contra tabulas competit, si essent præteriti.*

REGVLA iuris est
pro filio legitimato,
vt ei competat Edictū
Carbonianum, quā-
do petit se immitti
in possessionem hære-
ditatis patris: Siqui-
dē generaliter consti-
1 tutū est, vt † quibus
competit bonorum
possessio contra tabulas, competat etiam Car-
2 bonianum. l. 1. §. 1. de Carbon. Edict. Sed filijs
legitimatis † competit contra tabulas, Dec.
* cons. 42. in princ. & 365. n. 7. vbi de * communi
Curt. Sen. cons. 13. n. 14. Paris. cōs. 55. n. 2. lib. 3.
Ergo eis competit Carbonianum.
3 Rursus alia est regula, quòd ei † competit
Carbonianum, qui si filius esset, hæres esset ab
intestato, & ideò non datur exhæredato, l. qui
de inofficioso, de inoff. testam. Cum ergo filius
4 legitimatus † succedat Patri ab intestato, An-
char. cons. 290. n. 3. in fine. Ias. post Bart. in l. ex
facto. n. 16. de vulgar. Sequitur, quod ei com-
petat Carbonianum, & hanc opinionem tenuit
Rota in vna Perusina hæreditatis 16. Februa-
rij 1587. coram Orano, post Riminal. in l. fin.
C. de Carbon. Edict. Et videtur fuisse de men-
te Parisij cons. 11. n. 34. lib. 2. vbi conatur ex-
cludere filium legitimatum ab isto remedio,
non quia ei non competat, sed quia potest
probari contrarium, quòd non sit filius adul-
teri, sed mariti.
Non obstat d. l. fin. C. de Carbon. requi-
rens filium esse natum ex indubitato matri-
monio, quæ verba ad legitimatos nullo modo
extendi posse videntur, Socin. cons. 63. n. 18.
lib. 3, Alex. cons. 172. n. 2. lib. 7. Aym. cons. 699.
sub n. 2. Cefal. cons. 111. sub n. 6. & 14. Quia
5 lex † illa loquitur in nato post obitum patris,
vt ibi aduertit Ias. n. 1. Et ratio est secundùm
6 Salicet. ibi. n. 1. in fine, quia minorem † proba-
tionem filiationis habet natus post obitum
patris, quàm natus in vita patris, & ideò re-
quiritur maior probatio, & quod mater per-
mittat custodiri partum, aliàs præiudicat filio,
vt ibi per Doctores.
Secundò, licèt tex. ibi requirat, quòd sit na-
tus ex indubitato matrimonio, tamen hoc non
solùm intelligitur de vero matrimonio, sed per
7 fictionem, & ideò datur † etiam filio adopti-
uo, l. si impubes, in princ. de Carbon. qui per
8 fictionem † censetur natus ex matrimonio,
quia agnoscitur a consanguineis patris. l. qui
in adoptione, de adoption. Simile est etiam in
filio legitimato, qui perinde habetur, ac si na-
tus esset ex legitimo matrimonio; Et nō est du
9 bium, quòd dispositio † facta in casu verò tra-
hitur etiā ad casum fictum, quādo est eadē ra-
tio, Dec. in l. gallus, §. ille casus, de lib. & posth.
In legitimato autē militat eadē ratio, quia, vt
supra dixi, ei competit contra tabulas, & succe
dit patri ab intestato: militat etiā ratio cōspi-
rationis Agnatorum aduersus impuberem,

qui semper conantur eum priuare successione,
vt per Ias. in rubrica. C. de Carbon. sub n. 1.

Fallit autem supradicta regula præcipuè
10 in duobus casibus; Primus † est, quando le-
gitimatus tempore legitimationis, & tempo-
re mortis Patris erat infans, tunc enim sibi
non competit Carbonianum, quod non da-
11 tur, † nisi filijs existentibus in potestate. l. 1.
§. rectè, si tabul. testam. nul. extab. Et in-
12 fans † per legitimationem non redigitur in
potestatem patris, Put. decis. 204. in vna Bono-
nien. lib. 3.

Secundus est casus, si adsit statutum, quòd
legitimatus non possit succedere in bonis pa-
tris, nisi secundùm voluntatem legitimantis,
quod statutum viget in Ciuitate Perusij sub
rubr. de successión. ab intest. tunc enim cum
filius legitimatus possit tantum succedere se-
cundum voluntatem legitimantis, ei non
13 competit † bonorum possessio contra tabulas
aduersus patris testamentum, quia esset con-
tra voluntatem ipsius patris, vt declarat post
alios Ias. in rubr. de lib. & posthum. n. 14.
Alex. cons. 30. n. 4. lib. 4. Et per consequens
non competit petitio immissionis possessionis
14 ex carboniano Edicto, quæ † non datur, nisi il-
lis, quibus bonorum possessio contra tabulas
competit si essent præteriti, vt est tex. in d. l. p.
§. & generaliter de Carbon. Edict. Glos. in l. 1.
in verbo (patris) C. eod. tit. Ias. in rubr. C. eod.
tit. sub n. 2. ad finem.

Pecunia quando dicatur depositata ad effectum vt competat actio depositi: Item ad quem spectet periculum ipsius depositi, an ad debitorem, vel potius ad creditorem. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 Pecunia posita penes mercatorem in dubio præsumitur depositata.

2 Amplia, etiam si non afferatur ad banchum a principali, sed ab alio eius nomine.

3 Exacta per banchum de mandato Domini, & posita in eius creditum, non dicitur depositata, nec ad illam datur actio depositi, sed tantùm mandati.

4 Accessorium non habetur in consideratione.

5 Quando vnus exegit, & alij dat in custodiã cõpetit actio mandati contra eum, qui exegit, & depositi contra eum, qui recepit in custodiam.

6 Depositi periculum pertinet ad creditorem, quãdo ipse fuit in mora adimplendi pro parte sua, etiam si depositum sit conditionale, conditione tamen potestatiua respectu ipsius creditoris.

7 Fallit si creditor ex iusta causa recusauerit depositum recipere.

8 Res domino perire debet.

9 Per depositum purum, quando nec creditor, nec debitor est in culpa, debitor liberatur; secus si sit conditionale, etiam conditione intrinseca.

10 Tex in l. si soluturus, de solution. declaratur.

11 Mora operatur, vt periculum rei in alium transferatur.

APVD omnes est re-
ceptum, quod pecu-
niç positç penes mer-
1 catorem † in dubio
præsumuntur depo-
sitatç. Glos. in l. spon
saliorũ. ff. depositi.
Bald. in l. incẽdium.
n. 2. & Salicet. n. 13.
si cert. pet. etiam
2 quod † non afferantur ad banchum ab ipso-
met principali, sed ab alio eius nomine. l. lu-
cius, la prima, deposit. Fulgos. in l. 1. §. si te
3 rogauero. ff. eod. Secus si fuerint † exactæ
per banchum de mandato Domini, & positæ
in eius creditum iuxta stylum mercatorum,
quia tunc non possunt dici depositatæ, cùm
fuerint ibi positæ ab ipsomet mercatore, qui
illas exegit; & ratio est, quia debet esse dif-
ferentia inter deponentem, & depositarium:
Ideoque Domino pecuniarum hoc casu non
competit actio depositi, itaut in defectione
rationis bancharię sit priuilegiatus, & præ-
feratur alijs creditoribus, sed tantùm com-
petit actio mandati, vt in terminis decidit
tex. in d. l. 1. §. quod si rem, & in dicto §. si te
rogauero. ff. depositi; Vbi si quis dat manda-
tum ad exigendum pecunias, & procurator
exigit, & custodit penes se, datur Domino
actio mandati tantùm, non autem depositi:
Nàm contractus mandati, vti principalis at-
tendi debet, & custodia venit vti accessorium,
4 quod non † habetur in consideratione, prout
notant ibi Doct. Nisi interuenissent plures
5 personæ, puta quia †, vnus exegisset, & alij
dedisset in custodiam, quia tunc competeret
actio mandati contra eum, qui exegit, & de-
positi contra eum, qui recepit in custodiam.
d. §. si te rogauero.

Sed hoc in loco nõ incongruè dubitari contingit: An periculum pecuniæ depositatæ spectet ad debitorem, vel potius ad creditorem? In hac quæstione, vt dilucidior resolutio habeatur duo casus sunt distinguendi.

Primus casus est, quando fuit factum depo-
6 situm per debitorem, & tunc † si creditor fuit
in mora adimplẽdi pro parte sua, etiam si de-
positum sit conditionale, conditione tamen po
testatiua respectu creditoris, periculum ipsius
depositi pertinet ad creditorem l. qui decem,
cum ibi notatis per Bart. & Paul. de Castr. nu.
3. ff. de solut. Cagnol. in l. 2. nu. 111. C. de
pact. inter empt. & vendit. cum alijs allegatis
per Tiraquell. de retract. conuent. §. 4. glos. 6.
nu. 34. Neque in hoc casu consideratur, an do-
minium depositi remanserit penes debitorem,
sed consideratur culpa ipsius creditoris, & an
absque

absque iusta causa recusauerit depositum recipere : Si autem † ex iusta causa recusauerit,
7 periculū est debitoris, in cuius dominio erat depositū l.acceptā C.de vsur.& ratio est,quia
8 res † Domino perit. l. pignus C. de pignor. act. Et sic Doct. nō considerant,an dominium depositi remanserit penes debitorem, sed potius considerant culpam ipsius creditoris non recipientis depositum, vt benè aduertit Cagnol.d. nu. 111. & post alios declarat. Neguzan.de pignor. 2. par. 3. memb. 5. part. princip. nu. 16. vers. septimò requiritur.
9 Alius casus est, quādo † neuter fuit in culpa,& tunc si depositum fuit purum absque aliqua conditione,debitor liberatur;quia habuit animum abdicandi a se dominium : Si verò depositum fuit conditionale,etiam conditione intrinseca, tunc periculum est debitoris, quia per depositum conditionale non habuit animum abdicandi a se dominium, & in istis terminis loquitur decisio facta in causa Bononiē. damnorum, & interesse 16. Iunij 1578. coram Cantuccio, necnon alia decisio coram bo.me. Cardinale Blanchetto 27. Maij, & 19. Iunij 1579. & ita etiam procedit distinctio Bart. in l.si soluturus n.5. & ibi Paul.de Castr.nu.4.ff. de solut. Bald. in dicta l. acceptam,nu.14. C. de vsur. & ibi Castren. nu.12.

Nec obstat tex.in d. l. si soluturus, vbi Angel.in Summario, quia dum dicit, quòd periculum est debitoris, quando non fuit in potestate libera creditoris recipere depositum,de-
10 bet † intelligi, quando fuit apposita conditio extrinseca, non autem quando apposita est conditio, cuius adimplementum erat in potestate creditoris, vt fuit tentum per Rotam in vna Bononien. bonorum de Gambarinis 14. Iunij 1585. coram Orano.

Ex quibus in quadam controuersia, in qua creditor iniustè recusauerat recipere depositum precij, & retrouendere fundum, prout ipse erat obligatus,dicebam, periculum ammissionis depositi ad ipsum pertinere,& cōsequenter prædium fuisse retrouendendum, seu eius
11 possessionem restituēdam; siquidem † effectus moræ est,vt periculum rei in alium transferatur, l. mora, de vsur. Dec. cons.668. in fine Angel. in l. Paulus de solut.

Nec referre dicebā,quod in d.l. qui decem, & in d.l.si soluturus,differentia esset inter debitorem, & creditorem : In eo autem casu is, qui prædium sibi retrouendi petebat, precium adhuc soluere non teneretur : Quia respondebam, quòd non poterat petere retrouenditionem,nisi oblato prçcio, & sic erat debitor saltem causatiuè, & quia prçcium,quod debebat fuerat depositatum, erat in potestate creditoris illud recipere,& sic nulla prorsus ratio differentiæ afferri poterat inter eum casum,& casus d.l.qui decem, & l. si soluturus, & ita loquitur Cagnol.vbi supra nu.111. quæst. 18. & Dec. cons.541. nu.21. & cum ad effectum periculi non consideretur vtrum debitor fuerit liberatus, vel a se dominium abdicauerit, vel animo abdicandi deposuerit,sed solum,an creditor sine iusta causa pecuniam depositatam accipere recusauerit, non videbatur dubitandum,quin eo casu periculum pertineret ad creditorem, & ipse damnum pecuniæ ammissæ sustinere deberet.

Confessio facta à marito constante matrimonio de dote recepta, an, & quando probet numerationem in præiudicium tertij. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Confessio mariti de dote recepta constante matrimonio facta regulariter tertio non praiudicat.*
2 *Præsumitur facta in fraudē donationis, & n. 4.*
3 *Amplia,etiam si lapsum sit biennium.*
5 *Non valet, etiam si sit iurata, & nu.7.*
6 *Donatio inter virum, & vxorem firmatur iuramento.*
8 *Confessio de dote recepta facta a viro extraneæ personæ tenet quoad omnes.*
9 *Probat veram numerationem,non solum contrà maritum,sed etiam contrà tertios,quādo coniectura, & adminicula concurrunt.*
10 *Confessio inter personas probibitas probat,cōcurrentibus adminiculis, & præsumptionibus.*
11 *Matrimonium sine dote regulariter non contrahitur.*
12 *Confessio mariti de dote recepta constante matrimonio facta adminiculatur ex alimentorum præstatione.*
13 *Probat veram numerationem, quando præcessit promissio ipsius dotis.*
14 *Item,si solutio aliquarum partitarum in confessione enunciatarum, probetur.*
15 *Scriptura in parte vera, in totum vera præsumitur.*
16 *Solutiones particulares,licèt non exprimant nomen dotis, tamen censentur facta in causam dotis debita, si aliam non exprimant.*
17 *Confessio mariti de dote recepta constāte matrimonio facta probat numerationem, quando lapsum est tempus opponendi exceptionem non numerata dotis.*
18 *Amplia procedere,etiam contra Fiscum.*
19 *Declara,vt post dictum tempus non possit opponi de dicta exceptione,non autem,quod non possit opponi de donatione.*
20 *Rursus declara, vt lapsus temporis non operetur contra creditores, qui intra tempus cōtraxerunt cum marito, & ignorabant confessionem ab eo factam.*
21 *Renunciatio exceptionis non numerata dotis idē operatur, ac si lapsum esset tempus opponendi de non numerata dote.*

QVO-

QVOTIDIE vsu venit, quòd mariti cōfiteantur ab vxoribus dotes recepisse, quamuis non cōstet de illarum numeratione; Vnde pro regula
* traditur * communiter a Doctoribus, quòd talis con-
1 fessio † constante matrimonio facta non probat ipsam numerationem in præiudicium tertij glos. in l. assiduis C. qui pot. in pign. habean.
2 Ratio est, quia † præsumitur facta in fraudem donationis. Ioann. Andr. in addit. ad speculat. in rubr. de donat. inter virum, & vxor. Cald. cons. 3. eod. tit. Paul. de Castr. cons 86. nu. 1. lib. 2. Alex. cons. 142. num. 3. lib. 5. Ias. cons. 32. post princ. lib. 3. Socin. cons. 66. nu. 7. lib. 1. Ruin. cons. 190. num. 5. lib. 1. Corad. cons. 28. nu. 22. Natta cons 148. nu. 4. Paleot. decis. 131. Mohed. decis. 2. nu. 1. de confess. Caputaquen. decis. 12. in manuscript. lib. 1. Crescen. decis. 2. de confess. & tenuit Rota in vna Romana Saluiani interdicti die 20. Iunij 1607. coram Ludouisio, In qua fuit dictum,
3 hoc procedere nō obstante lapsu† biennij, quia illud benè operatur, vt non possit dari de non numerata dote, non autem quòd non possit
4 opponi de donatione: Et in dubio, quando † cōfessio emanauit constante matrimonio, videtur facta non spe futuræ numerationis, sed animo donandi, Aret. cons. 86. sub nu. 1. vers. secundò ostenditur.

Præterea supradicta conclusio locum sibi
5 vendicat, quamuis † confessio sit iurata: Quia licet Doctores magis communiter teneant,
6 quòd donatio inter † virum, & vxorem firmetur iuramento, vt constat ex latè congestis per Gabr. in tit. de donat. conclus. 3. nu. 1. tamen hoc procedit in propria, & vera donatione, nō autem in confessione dotis receptæ, quia talis
7 † confessio non firmatur iuramento Bald. in l. cum quis decedens. §. Titia ff. de legat. 3. Socin. cons. 61. col. 3. lib. 1. vbi testatur de communi, Paris. cons. 46. n. 47. lib. 3. Gramat. decis. 89. Gabr. d. conclus. 3. nu. 2. in fine, vbi te-
* statur de * magis communi.

Fallit tamen supradicta regula, quotiescun-
8 que † confessio non est facta à viro vxori; sed extraneæ personæ, quia tunc talis confessio tenet quo ad omnes, cum maritus extraneo donare non prohibeatur Gabr. cons. 163. nu. 10. lib. 2. & tenuit Rota in vna Camerinen. prætensæ dotis 12. Nouembris 1599. coram Litta.
9 Secundò fallit, quando † concurrunt coniecturę, & adminicula, quia tunc confessio mariti probat veram numerationem etiam contra tertios, Bald. in l. 1. sub nu. 4. vers. vnde quæritur, C. de priuileg. dot. Socin. cons. 122. post nu. 7. lib. 3. Dec. cons. 136. post nu. 10. Purpurat. cons. 461. nu. 11. Curt. Sen. cons. 70. n. 4. Bero. cons. 60. nu. 43. lib. 2. Mohed. decis. 2. n. 2.
10 de confess. Et est generale, quòd confessio † inter personas prohibitas probet, concurrētibus adminiculis, & præsumptionibus, vt latè per Alex. cons. 18. nu. 2. & 3. lib. 3. & fuit pluries decisum.

Igitur in primis afferri solet generalis illa præsumptio, quæ ex eo oritur, quòd regulari-
11 ter matrimonia † sine dote non contrahūtur, Purpurat. d cons. 461. sub num. 10. Socin. Iun. cons. 8. nu. 12. lib. 2. Aym. d. cons. 40. nu. 1. in fine, & nu. sequen. quam non neglexit Rota in illa Vrbeuetana legati 13. Octobris 1581. coram Cantuccio.

Secundò pro coniectura huiusmodi confes-
12 sionis adducitur † exhibitio alimentorum, Bald. in d. l. 1. sub nu. 4. Aret. in §. fuerat sub nu. 45. Instit. de action. Socin. cons. 82. num. 3. lib. 3. Purpurat. d. cons. 461. nu. 11. Dec. in allegato cons. 563. post nu. 10. & fuit habita in consideratione a Rota in eadem Vrbeuetana.

Tertiò in hac materia habetur pro potissi-
13 mo adminiculo promissio † dotis præcedens l. in contractibus §. sed quoniam, vbi Cyn. in 2. quæst. & alij C. de non numer. pecun. Ioan. Andr. in addit. ad specul. in rubr de donat. inter. vir. & vxo. circa finem vers. hoc verū, Paul. de Castr. in l. 1. sub nu. 8. versic. quartus est. ff. solut. matr. Aret. in d. §. fuerat sub nu. 36. vers. nec etiam obstat opinio communis. Roman. cons. 445. sub nu. 15. vers. Vnde si conferetur, Ruin. cons. 183. nu. 4. lib. 1. Guid. Pap. cons. 204. nu. 1. Rub. cons. 78. sub nu. 10. vers. tertio respondeo. Afflict. decis. 402. sub n. 9. vers. sed in contrarium, Aym. d. cons. 40. post nu. 1. Alciat. cons 332. nu. 1. Quam coniecturam approbauit Rota pluries, & signanter in causa Romana dotis, seu pecuniaria 17. Iunij 1602. coram Ludouisio.
14 Quarta, & vrgens est coniectura † probatio solutionis aliquarum partitarum in confessione enunciatarum, vt fuit tentum in eadem Romana dotis, per Dec. d. cons. 563. num. 10. Socin. d. cons. 82. nu. 2. in fine Aym. cons. 158. nu. 6. in fine Natt. cons. 547. nu. 26. Quando
15 enim † scriptura in parte probatur vera, in totum vera præsumitur, Paul. de Castr. cons. 301. sub nu. 4. par. 1. Paris. cons. 90. nu. 4. & 5. lib. 1.
16 Quod procedit † etiam si solutiones illæ particulares non exprimant nomen dotis, quia sufficit quòd aliam non exprimant, ad hoc vt censeantur factæ in causa dotis debitæ l. si cū dotem §. si pater ff. solut. matrim. Brun. de stat. femin. excluden. art. 6. nu. 243. præsertim, vbi de alia causa non appareat, Aym. consil. 158. num. 13.

Quinta, & quidem maxima præsumptio est,
17 quando † constāte matrimonio lapsum est tempus opponendi exceptionē non numeratæ dotis, de quo habetur in l. fin. iuncta authen. C. de dot. cau. non numer. hoc enim casu tantum operatur confessio mariti de dote recepta, quantum ipsa numeratio, Aret d. cons 86.
* vbi testatur de * communi, Anchar. cons. 307.

Castren.

Castren. in d. l. 1. in fine, & in l. si marito in
18 princ. ff. solut. matrim. Afflict. qui loquitur † etiam contra Fiscum d. decis. 401. nu. 10. & 11. Aym. cons. 40. nu. 5. Caputaquen. decis. 190. par. 1. & fuit resolutum in vna Romana supplementi legitimæ coram Cardinale Arigono 8. Nouembris 1593.

19 Intellige tamen † ad effectum, vt post dictũ tempus non possit opponi exceptio non numeratæ dotis, non autem, quòd non possit opponi de donatione, vt suprà diximus.

20 Secundò intellige, vt lapsus † temporis operetur quidem respectu creditorum, qui postea habuerunt causam a marito, non autem eorũ, qui intra tempora contraxerunt, & ignorabãt confessionem à marito factam, quia tunc illis datur restitutio ex capite iustæ ignorantiæ, Aym. d. cons. 40. ante nu. 7. Socin. in l. 1. n. 90. vers. illud autem expeditum ff. solut. matrim.

21 Sed aduertendum est, quòd si † fuerit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, talis renunciatio respectu mariti, & suorum hæredum idem operatur, ac si lapsa essent tempora opponendi exceptionem: Caputaq. decis. 196. Afflict. d. decis. 402. nu. 11. & 12. vbi probat isto casu dotem cõfessatam habere omnia priuilegia, quæ habet dos numerata secũdum Bald. in l. Deo nobis num. 4. vers. Non obstat ista littera, C. de Episc. & Cleric.

Statutum excludens fęminas a successione intestati propter masculos, quomodo intelligendum. Cap. IX.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum excludens fæminas à successione intestati propter masculos non habet locum inter forenses de successione contendentes, etiam si bona sita sint in territorio statuentium, & is, de cuius hæreditate agitur, fuerit statuto subditus.*

2 *Onera qui non subeunt, nec beneficijs statutorum gaudent.*

3 *Filiæ Domini Castri, seu Ciuitatis non subijciuntur statutis ab Vniuersitate conditis, etiam à Domino confirmatis. & nu. 5.*

4 *Inferior non habet potestatem in suum Principem, & Superiorem.*

6 *Confirmatio addit robur statuto confirmato, quo ad ius, tum quo ad actũ, vt cõprehendantur personæ, quæ antea non comprehendebantur.*

7 *In confirmatione statutorum mens confirmatis potissimum attenditur.*

8 *Filiæ Domini Ciuitatis, vel Castri non dicuntur de Castro, seu Ciuitate.*

6 *Statutum excludens fæminas à successione bonorum intestati propter masculos, non ligat Ciues, quoad bona sita extra territorium.*

10 *Ampliatur siue statutum loquatur in rem, siue in personam, reiecta distinctione Bartoli.*

11 *Item ampliatur, licèt maior pars bonorum sit in districtu.*

12 *Opinio Ioannis de Anan. Bolognini, & Gozadini, quòd attendenda sint statuta loci, vbi bona sunt sita pro maiori parte declaratur procedere ad effectũ additionis hæreditatis, non ad autem effectum exclusionis ab hæreditate.*

13 *Statutum exclusiuum fæminarum a successione intestati propter masculos comprehendit etiam pecunias, seu nomina debitorũ, quorum solutio est destinata in loco, vbi viget statutum, licèt alibi contractus fuerit celebratus.*

14 *Actio an connumeretur inter res mobiles, remissiuè.*

15 *Actio censetur esse de patrimonio eius loci, in quo est destinata solutio secundum veriorem, & receptiorem sententiam, quàm Rota obseruat.*

16 *Locus contractus in decisiuis, quãdo attendatur.*

17 *De actione iudicatur prout de re, ad quam competit.*

18 *Actio competens ad quantitatem in genere, nec vllo loco circumscripta, non computatur inter mobilia, sed facit tertiam speciem.*

19 *Bonorum existentium in certo loco appellatione, non veniunt iura, & actiones.*

20 *Dominus succedit vassallo in nominibus creditorum, quæ sunt extrà suum territorium.*

21 *Testandi facultas de bonis sitis in Vrbe, & extrà per decem milliaria, non comprehendit iura, & actiones.*

LEGE municipali sæpissimè statutum est, vt fęminæ à successione bonorum intestati propter masculos excludantur. Vnde pro illius declaratione de tribus dubitari contingit: Primò, an hoc statutum locum habeat si inter forenses contẽdatur de successione in bonis sitis in Territorio statuentium? Secundò, an liget Ciues, & ipsos subditos quoad bona extrà territoriũ sita? Tertiò, an comprehendat pecunias, seu nomina debitorum, quorum exactio in loco, vbi viget statutum, est destinata?

1 Quòd attinet ad primam difficultatem, respondendum est negatiuè, etiam † si is de cuius hæreditate agitur fuerit Ciuis, & statuto subditur, per cons. Alex. 44. nu. 15. lib. 5. Ruin. cons. 48. nũ. 4. & cons. 49. nu. 5. lib. 3. Brun. in tit. quod stant. mascul. art. 6. nu. 3. Paris. cons. 12. num. 26. lib. 3. Et ratio colligitur ex præsumpta voluntate statuentium, qui Ciuibus dumtaxat suis, & illorum agnationibus prospicere voluerunt, non autem exteris, naturalem scilicet rationẽ sequuti, vt qui onera † nõ
2 subeunt, nec beneficijs gaudeant statutorum, Bald. cons. 460. nu. 2. in princ. Ang. cons. 73. nu. 2. Castren. cons. 156. nu. 2. in princ. Et ita sæpius tenuit Rota, vt in Terracinen. hæreditatis 16. Martij 1576. coram Cardinale Blanchetto, & in Romana supplementi legitimæ

21. Octo-

21. Octobris 1580. coram Episcopo Laureta-
no, & rursus coram Cardinale Pamphilio in
vna Camerinẽ. hæreditatis 29. Ianuarij 1588.
3 Hinc est, quòd huiusmodi statutum † non li
gat filias Domini Ciuitatis, seu Castri, vbi bo
na sunt posita, quominus succedant secũdum
iuris dispositionem, dummodo ab Vniuersita-
te conditum fuerit, & non ab ipso Domino,
4 quia inferior † non habet potestatem in suos
Principes, & superiores, c. cum inferior, & ibi
Felin, n. 2. de maior. & obedien. Card. cons. 2.
Brun. in d. tit. quod stant. mascul. art. 6. q. 7.
nu. 67. Felin. in c. 1. nu. 30. de constit. Quod lo
5 cum sibi vendicat, etiam † si statutum fuerit a
Domino confirmatum, quia natura confirma-
tionis est addere robur statuto cõfirmato quo
6 ad ius, non autem † quoad actum, vt compre-
hendat filias Dominorum, quæ antea nõ com-
prehendebantur l. Aurelius. §. testamẽto. ff. de
lib. agnoscen. Bald. in l. nominationes, in fine.
C. de appellat. Alex. cõs. 123. n. 20. lib. 4. Ruin.
cons. 158. n. 16. lib. 1. & cons. 111. nu. 38. lib. 3.
Et istud præsertim obtinet, vbi in confirma-
tione sit dictum, quòd statuta obseruentur ab
omnibus de Ciuitate, seu Castro, quia tunc ex
7 mente confirmantis, quæ in hac † materia po-
tissimum attenditur, l. omnium. C. de testam.
Bald. in l. ex placito nu. 7. C. de rer. permut.
Alex. cons. 123. nu. 18. lib. 4. Paris. cons. 19. nu.
50. lib. 1. Rolan. cons. 86. nu. 70. lib. 1. compre-
henduntur tantũ subditi, & vassalli, quibus ver
ba adaptantur, non autem filiæ Dominorum,
8 quibus verba non conueniunt, cum non † di-
cantur de Castro, seu Ciuitate, ad not. in c. ex
parte, vbi Butr. in 3. not. de cler. ægrot. & con-
sequenter in eis non habet locum statuti dispo
sitio l. 4. §. toties, vbi Bart. ff. de dam. infect.
Paris. cons. 4. nu. 19. lib. 2. & ita fuit resolutum
per Rotam in vna Balneoregien. bonorum de
anno 1589. coram Orano, & coram Cardinale
Pamphilio in alia Balneoregien. quoad statu-
ta Poli Martis sub die 9. Martij 1591.
Circa secundam quæstionem, similiter sen-
tentia negatiua amplectenda est, propter defe
9 ctum potestatis statuentium, quæ † ad bona
extra eorum territorium sita non porrigitur,
iuxta doctr. Bart. in l. Cunctas populos, quæst.
7. nu. 33. vbi Bald. nu. 19. & cæteri. C. de sum-
ma Trin. & fid. Cathol. Alex. cons. 16. & cons.
228. nu. 1. lib. 1. Lap. allegat. 91. n. 11. Ias. cons.
263. lib. 2. & in l. re coniuncti nu. 213. ff. de leg.
3. Dec. cons. 276. col. pen. Gozadin. cons. 49. n.
8. Paris. cons. 68. nu. 9. lib. 2. & con. 49. nu. 5.
lib. 3. latè Brun. in tit. quod stant. mascul. art.
8. quæst. 25. nu. 119. Quam opinionem in casi-
bus, in quibus agebatur inter Ciues, Rota sæ-
pius sequuta fuit, vt per Put. decis. 351. lib. 1.
Ant. Aug. in Epit. de testam. nu. 37.
* Ampliatur hæc * cõmunis opinio, vt proce-
10 dat, siue statutũ loquatur † in rem, siue in perso
nã, quia quovis modo sit conceptũ, semper dici
tur disponere de bonis; vt reiecta distinctione
* Bart. tradunt Doctor magis * communiter in
d. l. cunctos populos post Cin. ibi col. fin. Alex.
qui testatur de communi in d. cons. 49. n. 7. cum
alijs per Tiraquel. de iure primogen. quæst.
46. nu. 2. Et fuit tentum per Rotam in allega-
ta Balneoregien. 11. Februarij 1594. coram
eodem Cardinale Pamphilio.
11 Secundò ampliatur, vt procedat † licèt ma-
ior pars bonorũ sit in districtu, quia non prop-
terea statutum operatur exclusionem fœmina-
rum quoad bona extra districtũ sita, vt in ea-
dem decisione proximè allegata dicitur. Et li-
12 cèt † Io. de Anan. in cons. 40. nu. 3. quem ibi
sequitur Bolognin. nu. 7. & Gozad. d. cons. 49.
nu. 12. dicat attendenda esse statuta loci, vbi
bona sita sunt, maximè si ibi adsit maior pars
bonorũ, non tamen concludit illa esse seruãda
quoad bona alibi sita, nec loquitur ad effectũ
exclusionis, sed ad effectum additionis hære-
ditatis, quam dicit esse faciendam iuxta statu-
tum illius loci, vbi est maior pars hæreditatis,
prout etiam loquitur Castren. in l. si fideicom-
missum nu. 3. cum sequen. C. de Iudic.
Remanet tertia difficultas, quæ affirmatiuè
13 est resoluenda † licèt alibi contractus fuerit
celebratus: Quia sufficit solutionem pecunia-
rum esse destinatam in loco, vbi viget dictum
statutum, puta Romæ ad effectum, vt actio sor
tiatur naturam patrimonij Vrbis, & cõsequen
ter, vt ab eius successione arceantur fœminæ,
sicut a successione aliorum bonorum: Nam
licèt non exigua sit inter Doctores controuer
14 sia, an † actiones connumerentur inter res mo
biles, vt latè differit Tiraquel. qui infinitos di-
ligentissimè cumulat de retract. ligu. §. 1. glos.
7. in princip. Et an censeantur esse in loco, in
quo contracta est obligatio, vel potius in loco,
in quo est destinata solutio, tamen verior, & re
* ceptior * opinio est, vt attendatur † locus, in
15 quo debet fieri exactio, prout ex sententia Pe-
tri, Bald. & Angel. in l. ex facto de hæred. in-
stit. & Aret. cons. 10. col. vlt. Castren. cons. 320.
lib. 1. Alex. cõs. 31. lib. 1. & con. 39. lib. 6. & alio-
rum, quos refert, tradit Tiraquel. de retract.
ligu. §. 36. glos. 3. nu. 15. cum seq. Et hanc opi-
nionem Rota fuit amplexa in vna Romana hæ
reditatis 24. Maij 1577. coram Oradino, in ca
su, in quo solutio census erat destinata in Vr-
be, per Aret. in allegato cons. 10.
Nec facit, quòd in decisiuis attendatur lo-
cus contractus, per l. si fundus de euict. Doct.
in l. 1. C. de summ. Trin. & fid. Cathol. cum alijs
16 similibus: Quia † hoc procedit, quando agi-
tur de quæstione aliqua exurgente circa sub-
stantiam contractus, non autem, quando agi-
tur de re ipsa in contractu contenta, & quæri-
tur, an in loco sit, & in quo, tunc enim locum
habet distinctio Doctorum, quam refert Tira-
quel. in prællegato. §. glos. 7. num. 15. & 17.
17 Videlicèt, quòd de actionibus † iudicatur, pro-
vt de re, ad quam competunt: Vnde si compe-
tat actio ad exigendum pecunias in loco, vbi
adest prædictum statutum, censetur huiusmo-
di actio esse de bonis in dicto loco sitis: Secus
si actio

18 si actio † daretur ad quantitatem in genere,
nec vllo loco esset circumscripta, quia tunc nō
computatur inter mobilia, sed facit tertiam
speciem secundū Lap.allegat. 92.incip.In pri-
mis videndum, quem sequitur Roman. cons.
509. nu.19.& Tiraquel.in d.§.36.glos.3.n.16.
& consequenter non comprehēditur sub dicto
statuto excludente fœminas a successione bo-
norum, maximè si loquatur explicitè de bonis
19 in territorio sitis: Nam quando fit † mentio
de bonis existentibus in certo loco, tunc non
veniunt iura, & actiones, l. Caius in princip.
de legat.2.& benè tradit Bald.in cons.101.lib.
1. num.4. quem etiam referunt, & sequuntur
Lap. & Roman. in locis suprà citatis, & latè
per Tiraq. in l.si vnquàm.in verbo,bona,n.13.
C.de reuocan. donat.

Non obstat Iacob.de S.Georgio in tract. de
nunc.non. oper.nu. 14. quia loquitur in diuer
sis terminis, nempe in illa quæstione, An Do-
minus succedat Vassallo in nominibus credi-
torum, quę sunt extrà suum territorium, & te-
20 net † quòd sic, & benè: Nam successio est ius
vniuersale, & actio adhęret ossibus Vassalli, cui
succedit; quæ ratio cessat in terminis dicti sta
tuti, vbi agitur de excludendo fœminas a suc-
cessione contrà iuris dispositionē: Vltrà quòd
Iacobin. ibi non negat, quòd si successio esset
limitata ad certum locum, quòd tunc non ve-
niant actiones: Imò hoc expressè fatetur, cum
alleget Bald. in l.1. de stat. homin. hoc volen-
tem; sed vtitur hoc argumento ad excluden-
dum argumentum eorum, qui volebant, quòd
actio illa esset de bonis in alio territorio sitis,
& ita in casu, vbi agebatur de intellectu Bul-
larum Summorum Pontificum Sixti, & Leonis,
in quibus concedebatur facultas testādi de bo
nis sitis in Vrbe, & extrà per decem milliaria,
21 quòd non † comprehenderentur iura, & actio-
nes, tenuit Rota in vna Romana cēsus 29.No-
uembris 1577. coram Cardinale Seraphino.

Legitima matris quanta sit in bonis filij dilucidè explicatum, & inibi plures opiniones Doctorum, & decisiones Rotæ conciliatæ. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Legitima matri relicta est tertia totius hereditatis, quando frater in testamento fuit præteritus, & instituta extranea persona non turpis.*

2 *Succedendi spes, & concursus cum matre dicitur sublatus, quando frater est præteritus in testamento fratris, nec instituta turpis persona.*

3 *Opin. Ias. & Rimin. Iun. quod ad minuendam legitimam matris sufficiat, vt frater præteritus faciat concursum ab intestato, reprobatur.*

4 *Exclusus debet haberi pro non excluso ad fauorem eius, cuius contemplatione excluditur, vt pars exclusi ei accrescat, quando tam exclusus, quàm non exclusus eodem iure aliàs admitterentur, secus si diuerso iure.*

5 *Sorores, si excludantur a statuto, pars exclusarum acquiritur masculis, quorum fauore sunt exclusi ex iure accrescendi.*

6 *Fratres, & sorores vtrinque coniuncti eodem iure admittuntur ad legitimā in bonis Patris.*

7 *Inter fratrem præteritum, & extraneum institutum non datur successio ex eodem iure.*

8 *Ius accrescendi prohibetur inter eos, qui succedunt ex diuerso iure.*

9 *Legitima matris, quando fratri, vel sorori fuit aliquid relictum, est tertia residui hereditatis deducto illo legato.*

10 *Non minuitur ex legato facto sorori, quæ decedente fratre ab intestato, fit a statuto exclusa.*

11 *Filia a patre recognita facit partem matri in diminutione legitimæ, licèt sit exclusa a statuto.*

12 *Dos succedit loco legitimæ, quando statutum excludit filiam dotatam.*

13 *Legitima matris est tertia totius hereditatis, quando per statutum mater ipsa excluditur ab hereditate filij, præterquàm a legitima, et sunt vocati fratres etiam cōsanguinei, dummodo non existant vtrinque coniuncti.*

14 *Legitima matris, succedentibus fratribus vtrinque coniunctis, est solum tertia eius, quod dempta parte, in qua fratres succedunt de iure communi, ipsa habitura fuisset ab intestato.*

15 *Legitima quid sit, explicatur.*

16 *Fratres, qui non sunt præteriti, sed succedunt, vel ex testamento, vel vigore statuti, faciunt partem matri in legitima, licèt ipsi nihil pro legitima consequantur.*

17 *Legitima parentum recipit augumentum, & diminutionem eodem modo, quo recipit legitima filiorum.*

18 *Statutum factum fauore masculorum non debet declarari, vt redundet in fauorem ascendentiū.*

19 *Regula, quòd qui non admittitur ad legitimam non facit partim in ipsa legitima, declaratur.*

20 *Triens, vel semis totius substantiæ, sicut est legitima filiorum, ita etiam ascendentium.*

21 *Oldrad. cons. 123. refellitur.*

IN hac quæstione, vt clara possit haberi resolutio, distinguendi sunt nonnulli casus, ex quibus opiniones Doctorum, & plures decisiones Rotæ, quę inuicem videntur pugnare conciliari possunt.

1 Primus est casus, quando frater fuit † præ-
teritus in testamento fratris, & instituta ex-
tranea persona non turpis, & matri fuit reli-
cta legitima, & tunc procedit opinio Butriga-
rij contrà Bart. in l.pater filium, de inoffic.te-
stam. quod legitima matris sit tertia totius hę
reditatis, non autem tertia portionis, quam
habitura esset ab intestato, & ratio est, quia
fratre

2 fratre † præterito, nec instituta turpi persona,
est sublata omnis spes succedendi, & omnis
concursus cum matre. l. fratres. C. de inoffic.
testam. Quo casu frater habetur perinde, ac si
non esset in rerum natura, & ob id non potest
facere partem matri ad diminuendam eius
legitimam, quam opinionem tenet Oldr. cons.
123. Bald. in Authen. nouissima. n. 10. & ibi Sa-
lic. q. 9. n. 8. C. de inoffic. testam. Gabr. qui cõ-
munem dicit, & plures alios allegat cons. 94.
n. 19. lib. 1. Tob. Nou. cons. 20. n. 15. Vincen. de
Franc. decis. 63. sub n. 10. & firmauit Rota in
causa Romana de Menichellis 23. Ianuarij
1578. coram Vicecomite.

Et quamuis Ias. cons. 61. n. 3. lib. 3. & Rimin.
Iun. cons. 405. sub n. 19. lib. 4. respondendo ra-
tioni Butrigarij dicant, sufficere, vt frater præ-
teritus faciat concursum ab intestato, quia
exclusio facta a Testatore censetur facta con-
templatioue instituti, & ideò respectu ipsius
instituti perindè est, ac si frater esset ad suc-
cessionem vniuersalem vocatus; Nihilominus
3 hæc † ratio non videtur bona, quia nulli du-
bium est, quòd præteritio fratris in testamen-
to non potest operari, vt ille censeatur voca-
tus, licèt aliàs succederet ab intestato, vt post
Bald. declarat Salicet. in d. Authen. nouissima
* in 9. quæstione, & omnes * concludunt, qui te-
nent contra Bart.

Et quod dicitur exclusum habendum esse
pro non excluso ad fauorem eius, cuius con-
templatione excluditur, vt pars exclusi ei ac-
4 crescat, procedit † quando omnes, videlicet
tàm exclusus, quàm non exclusus eodem iure
admitterentur; Veluti fratres, & sorores
vtriuque coniuncti, qui eodem iure admittun-
tur ad legitimam in bonis patris: Isto enim
5 casu si sorores † a statuto excludantur, pars
exclusarum acquiritur masculis, quorum fa-
uore sunt exclusæ, ex iure accrescendi, quia
6 omnes † succedunt eodem iure, & sic non ad-
est lex prohibitiua iuris accrescendi, vt per
Cefal. cons. 245. n. 35. & 36. & per Gabr. de le-
7 git. conclus. 2. nu. 2. & 6. Inter fratrem † verò
præteritum, & extraneum institutum non da-
tur successio ex eodem iure, quia ab intestato
extraneus non succederet, & frater ex testa-
mento reperitur exclusus: Vnde cum inter
8 eos, qui † diuerso iure succedunt ius accrescẽ-
di prohibeatur, vt post glos. declarant omnes
in l. 1. vbi Curt. Iun. sub nu. 8. & alijs sequen.
C. quando non peten. part. Si non potest in-
stitutus extraneus capere ex iure accrescendi,
quod ab intestato frater habiturus esset, sed
ex alio diuerso iure, videlicet testamenti,
corruit fundamentum. Ias. & Rimin. quòd re-
spectu instituti, cui accrescit portio fratris
præteriti, frater debeat haberi pro instituto,
& vocato.

Secundus casus est, quando fratri, vel soro-
ri fuit aliquid relictum in testamento, & tunc
procedit limitatio Bald. in d. Authen. nouissi-
ma, in fine. C. de inoffic. testam. vt respectu
9 eius † quod fratri, vel sorori relictum est fa-
ciat partem matri, etiam quòd diuerso iure
accipiant. l. huiusmodi. §. si Titio. de leg. 1. hoc
pacto videlicet, quòd tanto minus dicatur esse
in hæreditate, quantum importat legatum re-
lictum fratri, vel sorori, adeout deducto illo
legato legitima matris sit tertia residui hære-
ditatis: Hoc enim casu, quando fratri, vel so-
rori testator aliquid reliquit, cessant omnes
rationes, quæ pro opinione Butrigarij addu-
cuntur, & præsertim illa, quòd frater præteri-
tus habeatur perinde, ac si non esset in rerum
natura, quia quatenus fuit honoratus non po-
test haberi pro mortuo, & ex quo habet ali-
quid, necesse est, vt matri faciat partem, & il-
lam impediat, ne tertiam omnium bonorum
consequatur, sicut impedit quando succedit
ab intestato, vt infra deducemus; quam limi-
tationem tenet etiam Alex. cons. 197. num. 6.
lib. 6. cum alijs per Bursat. cons. 114. & sequen.
secundum opinionem Bald. in d. authen. nouis-
sima, quàm licet Bald. ibi non firmet, tamen
eam firmat Socin. cons. 75. n. 7, lib. 3. Corn. cons.
* 197. lib. 1. Gabr. qui communem * dicit d. cõs.
94. n. 20. cum seq. lib. 1. vbi etiam respondet
ad cons. Oldrad. & Fulgosij, qui contrarium
tenuerunt, & in his terminis procedit decisio
facta in eadem Romana de Menichellis corã
Vicecomite in secunda positione.
10 Tertius est casus, quando decedente † fratre
ab intestato soror est exclusa a statuto, & vo-
catus frater; tunc enim si fuerit factum testa-
mentum, & aliquid fuerit relictum sorori, le-
gatum factum sorori non venit detrahendum
de legitima matris, nec ex toto patrimonio,
sed venit soluendum ab hæredibus postquam
legitima fuerit detracta, quia hoc casu, cum
soror sit exclusa a statuto, habetur pro extra-
nea, & consequenter legatum ei factum non
minuit legitimam matris, vt fuit resolutum
per Rotam in vna Romana legitimæ de Vrsi-
nis 21. Iunij 1585. coram Cardinale Blan-
chetto.
11 Nec obstat, quod filia † a patre recognita
faciat partem in diminutione legitimæ, quam-
uis sit exclusa a statuto. Alex. cons. 131. in
princ. lib. 1. Ias. cons. 105. n. 11. & 12. lib. 4.
Berò. cons. 138. nu. 18. lib. 2. quia in hoc ca-
su recognitio fratris nihil operatur in sorore,
& ex tali recognitione soror nõ facit partem;
cum non arguatur a filia agnita, quæ reinte-
gratur in suitate, quamuis sit exclusa, ad soro-
rem, quæ non habet ius de proximo, & nul-
lam spem in successione fratris non institura
turpi persona. l. fratres. C. de inoffic. & benè
12 aduertit Socin. cons. 75. n. 7. lib. 1. Et ex hoc
tollitur cons. Corn. 197. nu. 8. lib. 1. quia
non loquitur in legato facto sorori ex sola li-
beralitate fratris, sed quando statutum vult,
quod aliquid filiæ dotatæ detur, vt exclada-
tur a successione. Nam cum in casu Corn.
statutum excludat filiam dotatam, intrat com
munis theorica distinctionis Paul. de Castr.
in

in l. Titio centum. §. Titio genero, de condit. & demonstrat. sæpius per Rotam canonizata, quòd vbi statutum excludit † filiam dotatam, dos illa succedit loco legitimæ, & tunc apparet, quod filia facit partem in legitima, quia admittitur ad partem; Sed in sorore legataria secus est, quia cum sit exclusa per statutum, non admittitur ad successionem mediante legato ei facto, Et ideò impossibile est, quòd faciat partem in bonis fratris, licèt aliud sit vbi agitur de legitima in bonis patris, quia tunc benè facit partem, & impinguat legitimam fratrum, vt fuit resolutum in causa Romana de Lante 17. Maij 1585. coram fel. record. Clemente Papa VIII. tunc Rotæ Auditore.

12

13 Quartus casus est, quando per † statutum mater est exclusa ab hæreditate filij præterquam a legitima, & sunt vocati fratres etiam consanguinei tantum, tunc enim si non extent vtrinque coniuncti, quia de iure communi mater sola succedit, & fratres consanguinei non concurrunt cum matre in successione, vt in Authen. defuncto. C. ad Tertulian. legitima matris erit tertia totius hæreditatis, quia non habet aliquem, qui concurrat cum ea in successione, Et ita loquitur alia decisio facta in eadem causa Romana de Vrsinis, coram eodem Cardinale Blanchetto, sub die 20. Aprilis 1584. in qua Dominus Raymundus instituerat hæredes Dominum Valerium Vrsinum eius fratrem consanguineum, & nepotes ex Domino Ludouico altero fratre consanguineo relicta matri legitima, & fuit resolutum hoc casu legitimam matris esse tertiam totius hæreditatis.

Vltimus casus est, quando fratres vtrinque coniuncti succedunt, aut ex dispositione fratris testatoris, vel ex dispositione statuti excludunt matrem præterquàm a legitima, & hic casus habet difficultatem, quia cum statutum excludat matrem reseruata legitima, videtur intelligendum de legitima, quæ matri debetur inspecta dispositione iuris communis, per cons. Alex. 197. nu. 6. lib. 6. & Socin. Iun. 67.n.65.lib.2. quo casu legitima matris videtur esse tertia totius hæreditatis, iuxta opinionem Butrigarij, & aliorum, quos supra citaui, per tex. in Authen. de trien. & semiss. §. 1. & in Authen. nouissima. C. de inoffic. testamen. Et quamuis præfati Doctores loquantur, quando fratres sunt præteriti, nihilominus eorum ratio videtur etiam concludere, quando fratres succedunt siue ex testamento, siue ab intestato, nam semper in supradictis casibus verum est, quòd fratres non faciunt concursum in legitima cum matre, nec possunt querelare testamentum fratris, nisi instituta turpi persona; Et ideò non videntur posse facere partem, nec diminuere legitimam matris per regulam, quòd qui non admittitur ad partem, non facit partem. l. si post mortem. §. liberi. ff. de contrat. tab. l. planè. §. si duobus. de leg. 1. & in terminis declarat Paul. de Castr. cons. 286. in 2. col. in 4. casu principali. lib. 1. Quam opinionem tenuit Oldrad. d. cons. 123. qui loquitur in casu, quo neptis ex sorore, quæ ab intestato cum matre succedebat hæres fuerat instituta, & concludit legitimam matris esse tertiam totius hæreditatis; Idem tenuit Alber. in l. omnimodo. n. 1. C. de inoffic. testamen. & latè Bertrand. cons. 315. in fine lib. 1. & videtur hoc etiã sentire Salice. in d. Authen. nouissima q. 9.

Sed istis non obstantibus contraria opinio * est verior, & magis * communis, quòd imò
14 succedentibus fratribus † vtrinque coniunctis legitima matris sit solùm tertia portionis sibi obuenientis si à statuto exclusa non fuisset, & sic tertia eius, quòd dempta parte, in qua fratres succedunt de iure communi ipsa habitura fuisset ab intestato, quam opinionem firmauit Bald. cons. 350. vers. sed dicendum est. lib. 4. Et in d. authen. nouissima in fine. C. de inoffic. testam. & in d. l. planè. §. si duobus. col. fin. vers. deinde firmatur, & ibi Angel. in fine, de leg. 1. Capra cons. 4. n. 5. Corn. cons. 197. n. 8. lib. 1. sequitur Franc. in c. si pater n. 22. vers. quartò quæritur, de testam. in 6. idẽ Corn. cons. 188. n. 13. lib. 2. Socin. cons. 75. n. 2. & 7. lib. 3. Gab. d. cons. 94. n. 20. & sequen. lib. 1.
* latè Beret. cons. 85. n. 3. qui testatur de * magis communi.

Potissimum fundamentum in eo consistit,
15 nam iura vbique describunt † legitimam esse portionem portionis debitę ab intestato. Quia licèt portio hæreditatis, quæ debet ex lege ab intestato legitima propriè vocetur; Nihilominus legitima, quã vulgo vocamus, & aliàs fuit quarta, est portio illius portionis, vt benè declarat Cuiacius in exposit. Nouell. 18. in princ. Et ita expressè vocatur in §. sed hoc ita, Instit. de inoffic. testam. vbi dicitur quarta legitimæ partis, & in l. Papinianus. §. quoniam autem. ff. eod. Vbi vocatur quarta debitę portionis, & in l. parẽtibus. C. eod. vbi vocatur quarta partis, quæ ad aliquem pertinet ab intestato: Et com-
* muniter * etiam Glossæ ita describunt legitimam, vt per glos. in d. Authen. nouissima, in ver. titulo. C. de inoffic. testam. & in Authen. de trien. & semiss. §. excipiantur, in verb. Curialibus, & in l. si arrogator, in ver. quartam par-
* tem, ff. de adopt. Et communis * etiã Doctorũ loquũtio ita se habet, vt patet ex congestis per Dec cõs. 6. n. 15. lib. 1. & per Ruin. cons. 27. n. 3. lib. 3. & expressè tradit Castren. cons. 286. n. 3. lib. 1. Et quamuis Iustinianus in Authen. de trien. & semiss. §. 1. auxerit legitimam, vt pro numero liberorum modo esset tertia, modo semis, tamen semper remansit hoc, quòd esset portio portionis, quã quis habiturus esset ab intestato, vt defendit Butr. cons. 39. in princip. quẽ sequitur latissimè idẽ comprobans, Ruin. d. cons. 27. n. 5. lib. 3. Qui in specie respondet ad tex. in d. §. 1. de trien. & semiss. quatenus

C signi-

significare videtur legitimam esse tertiam partem totius substantię: Nam respodet, & benè, eum tex. non loqui de legitima cuiusquè liberi, sed liberorum collectiuè, ideſt omnium simul, quia vult tertiã, vel semissem totius substantię diuidi inter liberos, prout sunt plures, vel pauciores, sed non hinc sequi, quin legitima cuiusq; adhuc sit portio eius, quòd is erat habiturus ab intestato.

Secundò hæc opinio probatur hac manifesta ratione, quia si per relictum factum fatri à testatore mater impeditur, ne possit habere tertiam omnium bonorum, cum illud relictum veniat detrahendum ab vniuerso patrimonio, vt supra in secundo casu probatum fuit, multò magis impediri debet, quando agitur de successione ab intestato, præsertim si mater nõ solum non excludat, sed excludatur vigore statuti præterquã a legitima, & fratres, qui concurrunt in successione sint vocati a statuto; Hoc enim casu opinio Butrigarij nõ procedit,
16 nam † quando fratres non sunt præteriti, sed succedunt vel ex testamento, vel vigore statuti non possunt haberi pro mortuis, & necesse est, vt faciant partem matri in legitima, tametsi ipsi fratres nihil pro legitima consequantur, quæ illis non debetur, vt benè declarat Bursat. consf. 125. n. 10.

Præterea si legitima matris esset tertia totius hæreditatis, etiam quando fratres concurrunt ab intestato, vel ex testamento, plura sequerentur absurda. Primum esset, quòd vix dari posset casus, in quo pro numero personarum legitima augeretur, vel minueretur, cum
17 tamen constet etiam legitimam † parentum recipere augumẽtum, & diminutionem, eo modo, quo recipit legitima filiorum, tex. expressus in authen. de trien. & semis. §. 1. in fine, vbi etiam glos. in verbo, hoc obseruandũ, Bart. in l. Pater filium, n. 6. ff. de inoffic. testam. Bald. n. 4. & alij omnes in d. Authen. nouissima, cum infinitis alijs cumulatis per Rolan. consil. 39. num. 4. vers. quibus, lib. 3.

Secundum absurdum esset, quòd si quis decederet relictis tribus, aut pluribus fratribus, plus haberet mater in sua legitima, quàm quilibet frater in successione vniuersali, quod maximè procederet stante statuto exclusiuo fœminarum pro conseruatione agnationis, quia hoc modo destrueretur ratio, & mens statentium, cum plus haberet mater de aliena familia, quàm frater masculus de agnatione; Et sta-
18 tutum † factum fauore masculorum non debet declarari, vt redundet in fauorem ascendentium, vt inquit, Corn. dict. consf. 197. n. 8. circa med. lib. 1. Alex. consf. 197. nu. 9. lib. 6.

Tertium absurdum sequeretur, quòd siquis instituerit tres fratres, & mãtrem pro æquali portione, & in portione matris apponeret fideicommissum, mater in restitutione fideicommissi plus consequeretur ratione suæ legitimę, quàm importaret portio, in qua fuit hæres instituta, & sic fideicommissum redderetur elusorium.

19 Non obstat illa † regula, quòd qui non admittitur ad legitimam non facit partem in ipsa legitima: Quia licet fratres non habeant partem in legitima, cum tamen admittantur ad partem successionis, & consequenter in legitima, faciunt partem in singula parte ipsius successionis, vt bene per Bald. d. consf. 350. num. 2. lib. 4. hoc etenim casu cum lex ipsa deferat successionem, ipsa est, quæ minuit dictam legitimam, quia tantò minus capit mater, quantum ei auferunt fratres, vel sorores: Et cum legitima sit portio portionis, quæ ex lege debetur, vt supra probatum est, & hoc casu matri non debeatur, nisi quantum fere potest ex concursu cum fratribus, vel sororibus, sufficit quod ad minuendam eius legitimam extent fratres, qui, vel ab intestato possint admitti, vel ex testamento non fuerint præteriti.

Non obstat, quòd vnica tantum sit legitima diuidenda inter illos, quibus legitima competere potest, iuxta tex. in authen. de trien. & semis. in princ. ex quo videtur colligi, quòd
20 sicut † triens, vel semis totius substantiæ est legitima filiorum, ita etiam ascendentium, quibus iure antiquo querela competebat l. nam etsi parentibus. ff. de inoffic. testam. Instit. eod. tit. in princ. quæ legitima non videtur possit minui per existentiam fratrum; quia respondetur hoc esse verum, vbicunque non datur concursus in successione vniuersali, prout contingit in filijs, cum quibus ascendentes non concurrunt, & similiter in ascendentibus, qui soli ad successionem vocantur, necnon in fratribus, quando eis solis debetur successio ab intestato, & reperiuntur exclusi turpi persona instituta, iuxta l. fratres. C. de inoffic. testam. Nam in his casibus tãtus est triens totius substantiæ, siue hæreditatis, quãtus est triens portionis debitæ ab intestato, vt declarat Bald. in l. 2. num. decimo, vers. vlterius. C. de inoffic. donat. Sed vbicunque datur concursus in successione, tunc necesse est, quòd sicut portio matris diminuitur, ita etiam eius legitima, vt supra deductum fuit.

Et ex his apparet non esse habendam rationem illorum, qui contrarium videtur asseruisse, & præcipuè † Oldr. d. consf. 123. quem se-
21 quitur Alber. in loco citato, quoniam omnes rationes deductæ per Oldr. ad hoc tendunt, vt illæ sorores præteritæ non faciant partem in legitima matris, & in hoc tantum laborat Oldr. sequendo opinionem Butrigarij: Sed quò ad personam neptis hæredis Institutæ, vt non faciat partem matri, nullam rationem adducit, vt bene aduertit Gabr. d. consil. 94. num. 21. & 22. vbi etiam respondet ad consf. Bertran. Et ideo de eorum auctoritate non est curandum.

Habens

Habens assistentiam, vel resistentiam iuris communis, quando in possessione manuteneri debeat, & quando non, ex his quæ in Rota decisa fuerunt diligentissimè explicatum, atque enarratum. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur habenti, intentionem fundatam de iure communi, etiam nulla probata possessione.*

2 *Episcopus de iure communi habet fundatam intentionem exercendi iurisdictionem quòad omnes subditos in tota sua Diœcesi. etiam in inuitos.*

3 *Episcopo dandum est mandatum de manutenendo, quòad exercitium iurisdictionis in tota Diœcesi, etiam si non probet quasi possessionem.*

4 *Ampliatur, siuè Episcopus sit in Ciuitate, vel alibi per Diœcesim, & siue per se, siue per Vicarios suos quouis modo solitus sit exercere iurisdictionem.*

5 *Manutentio conceditur habenti iuris communis assistentiam, etiam si contra eum exhibeatur priuilegium, seù titulus, donec de illius releuantia disputatur, dummodò producens titulum non sit in possessione.*

6 *Episcopus, siue sit in possessione subiectionis, siue non, potest vti sua iurisdictione contra inferiorem præscriptionem allegantem, quousque præscriptio probetur.*

7 *Decano, & Capitulo ex Concilio Tridētino præseruatur immemorabilis consuetudo cognoscēdi causas criminales, & matrimoniales.*

8 *Manutentio datur Episcopo propter iuris assistentiam in facultate exercendi iurisdictionem, donec contra eum per tres sententias conformes probetur immemorabilis, quæ Decano, & Capitulo ex dispositione Concilij Tridentini reseruatur.*

9 *Danda est etiam Ordinario inferiori nulla probata possessione, quando habet iurisdictionem fundatam in priuilegio, vel consuetudine, quæ sit ita notoria, vt negari non possit.*

10 *Notorium facti eundem habet effectum, quem habet notorium iuris, quòad iurisdictionis exercitium.*

11 *Manutentio ex iuris communis assistentia non datur, quando assistentia est turbida.*

12 *Parochus de iure communi habet fundatam intentionem in perceptione decimarum ex omnibus prædijs existentibus in sua Parochia.*

13 *Manutentio, an detur Parocho quòad possessionem exigendi decimas propter solam iuris communis assistentiam.*

14 *Parochus non tenetur probare, decimas sibi competere, sed onus huius probationis incumbit contrarium asserenti, & ius commune contra se habenti.*

15 *In iudicio retinendæ leuiores probationes sufficiunt.*

16 *Manutentio datur Episcopo, & Capitulo ex iuris assistentia quòad exactionem decimarum contra Monasterium respectu prædiorum, etiam de nouo emptorum, licet monasterium priuilegium alleget, & præscriptionem vellit probare.*

17 *Non datur Parocho, quando agitur de percipienda decima ex illis prædijs, quorum Domini degunt in alia Parochia, in qua recipiunt Sacramenta.*

18 *Non datur habenti iuris assistentiam, quando contra eum allegatur priuilegium vna cum præscriptione, sed datur ei, qui priuilegium allegat, dummodo priuilegium, & possessio percutiat casum, de quo agitur.*

19 *Item non datur, quando alter existit in possessione, sed possidens manuteneri debet, quàmuis ius commune ipsi resistat.*

20 *Datur existenti in quasi possessione pascendi in alieno prædio.*

21 *Item datur inferiori exiſtēti in possessione exercendi iurisdictionem contra Episcopum, seu Superiorem, etiam quòad causas matrimoniales, & criminales.*

22 *Possessione sua non debet quis priuari lite pendente.*

23 *Manutentio datur inferiori existenti in possessione exercendi iurisdictionem contra Episcopum, quando vltra possessionem producitur etiam titulus talis, qui præbeat causam præscribendi.*

24 *Possessio non coadiuuata titulo saltem colorato, non sufficit pro manutentione, contra eum, qui habet iuris communis assistentiam.*

25 *Possessio sola vniuersalis sufficit pro manutentione, quando ius commune assistit possidenti.*

26 *Parochus existens in possessione recipiendi decimas aliquorum fructuum, debet manuteneri in possessione iuris decimandi respectu totius agri.*

27 *Si probet possessionem, seu quasi iuris decimandi respectu certorum prædiorum, ei manutentio conceditur etiam quòad alia prædia intra Parochiam existentia.*

28 *Manutentio non datur ex sola possessione vniuersali alio existente in possessione.*

29 *Item non datur quando possidenti ius commune resistit.*

30 *Item non datur, existenti in possessione percipiendi decimam in aliena Parochia de vna specie fructuum respectu alterius speciei.*

31 *Datur ex possessione vniuersali, licet ius commune resistat, si probetur titulus, seu priuilegium.*

32 *Probans possessionem ex priuilegio decimandi in toto aliquo territorio respectu fructuum, qui in eo aliàs nascebantur, iuuatur, vt manuteneri debeat, etiam respectu noualium ex post repertorum in eodem territorio.*

33 *Possessio vniuersalis manutenibilis acquiritur*

etiam per vnicum actum singularem, quandò causa, vel priuilegium est vniuersale.

34 *Habens concessionem à Superiore exercendi iurisdictionem, si vtatur iurisdictione in vno actu, retinet iurisdictionem in omnibus.*

35 *Manutentio datur sine titulo, etiam in beneficialibus ex possessione particulari, si ius commune non resistat, si autem ius commune resistit adhibenda est distinctio ex sententia Rotæ.*

36 *Pro manutentione sola possessio non sufficit, sed requiritur titulus saltem præsumptus, quando is, cui ius commune resistit agit contrà Superiorem.*

37 *Declaratur, quando de iuribus ad Superiorem iure communi pertinentibus agitur, secus si ageretur de iuribus ad eum non spectantibus de iure communi.*

38 *Manutentio non datur sine titulo, quando possidenti resistit vehemens iuris præsumptio.*

39 *Vt detur Clerico possidenti decimas in aliena Parochia, titulus est necessarius, vel possessio immemorabilis.*

40 *Nō datur sine titulo possidenti cui resistit valdè vehemens iuris communis præsumptio, non solum de iure Canonico, sed nec etiam de iure ciuili.*

41 *Item quamuis vehemens iuris præsumptio actoris intentionem non fundet.*

42 *Mala fides præsumitur, quando ius commune est contrà possidentem.*

43 *Manutentio datur possidenti, etiam quòd solo instatur possessorio, quando ei resistit tantum ius commune, sed non aduersatur vehementissima præsumptio.*

44 *In interdicto recuperandæ Rota non solet restitutionem concedere absque titulo colorato.*

45 *Manutentio datur possidenti seruitutem in alieno fundo, etiam si possidens titulum non ostendat.*

46 *Datur sine titulo possidenti aduersus præsumptionem iuris, dummodo non prohibeatur eiusdem iuris quasi possessio, secus si ius prohibeat etiam quasi possessionem.*

47 *Non conceditur absque titulo, quando inter duos contenditur de possessione discendi agitam, & vterque prætendit se habere ius ex concessione Principis.*

48 *Interdictum de corriualibus non est merè possessorium, sed habet admixtam causam proprietatis.*

49 *Pro manutentione obtinenda nō est necessarium docere de titulo, quando agitur inter communiter possidentes.*

50 *Possessio vnius prodest alteri eiusdem iuris consorti, & communiter possidente, nec præsumitur quis priuatiuè eo iure vti velle respectu alterius.*

51 *Manutentio non datur possidenti seruitutem in alieno prædio absque titulo, quando agitur contrà proprietarium prædij seruientis, de cuius proprietate, & dominio apparet.*

52 *Datur sine probatione tituli, quando constat de iusto initio possessionis, vel quasi.*

53 *Item si quis probauerit longeuam suam possessionem.*

54 *Ampliatur, etiam si aduersetur vehemens iuris præsumptio.*

55 *Possessio releuat, & suos parit effectus nedùm quando est contra præsumptionem iuris, sed etiam quando est contrà ius, si sit alicuius temporis considerabilis, hoc est decennalis.*

56 *Titulus præsumptus ex possessione decennali inducitur.*

57 *Possessio longeua sufficit pro manutentione absque titulo, quando est pacifica, & iustificatur ex patientia illius, contra quem possidetur.*

58 *Non sufficit pro manutentione sine titulo, quando agitur contrà superiorem.*

59 *Titulus validus ex possessione longeua non præsumitur, quando apparet de inualido.*

60 *Idem si præscriptio sit prohibitia.*

61 *Immemorabilis non operatur præsumptionem tituli, sed est necessaria fama priuilegij.*

COMMVNIS, & trita est iuris cōclusio, quòd habens fundatam intentionem suam de iure communi debet ma-
1 nuteneri † etiam nulla probata possessione, per tex. in c. cum personæ, in fine, & ibi notant omnes * de priuileg. lib. 6. Qui generaliter allegari consueuit, licèt loquatur de Episcopo, qui habet de iure communi fundatam intentionem
2 exercendi † iurisdictionem quòad omnes subditos in tota sua Diœcesi, & in qualibet eius parte, etiam in inuitos, c. cùm quærente, de offic. ordin. c. cùm Episcopus eod. tit. lib. 6. c. omnes basilicæ. 16. quæst. 7. Vndè Episcopo
3 per † hanc solam rationem asistentiæ dandum est mandatum de manutenendo, etiam si non probet quasi possessionem, vt disponitur in illo textu, Et tenuit Rota apud Caputaquen. decis. 203. par. 2. in impressis, Et in vna Bononien. sancti Petronij, 28. Aprilis 1595. coram Cardinale Mantica, & in vna Veronen. Iurisdictionis 18. Martij 1596. coram Cardinale Pamphilio, & aliàs sæpè.

4 Amplia, vt Episcopo sit danda ista manutentio siue sit in Ciuitate †, vel alibi per Diœcesim, & siue per se, siue per Vicarios suos quomis modo solitus sit exercere iurisdictionem, quia adhuc mediante asistentia iuris communis, dicitur ei acquisita quasi possessio indifferenter quòad omnes, quæ manuteneri debet, vt tradit idem Caputaquen. decis. 306. par. 1. vbi allegat Ant. de Butr. in c. fin. n. 46. de cau. possess. & propriet. & Milenm in repert.

repert. in verbo, possessio, vel quasi.
Secundò amplia, vt d. conclusio locũ habeat,
5 etiam si † contra habentem iuris communis as-
sistentiam exhibeatur priuilegium, seu titulus,
quia donec de illius releuantia disputatur, ei da
tur manutentio, dummodò producens titulum
non sit in possessione, vt in d.c. cum personæ, §.
pen. & ibi Lap. Abb. n. 4. Et ita fuit resolutũ per
Rotam in vna Cartaginen. decimarũ. 27. Iunij
1590. coram Gypso, & in vna Valentina deci-
marum 20. Febr. 1598. corã Camillo Peregrino.
Tertiò amplia, vt locum habeat, quamuis in-
6 ferior † alleget præscriptionem: Quia Ordina-
rius, siue sit in possessione subiectionis; siue non
potest vti sua iurisdictione contra eũ, quousq;
præscriptionẽ probauerit, vt dicit Lap. in d.c. cũ
personæ. n. 4. vers. secundò casu, per illum text. in
fi. subdens hoc esse propter odium præscriptio-
nis, & propter iuris cõmunis fauorem, Et Lapum
sequitur ibi Anch. n. 6. in 12. not. Gem. in §. si ve
rò vers. 2. casu, Franc. in 2. not. Soc. in c. recepi-
mus, n. 71. de priuil. li. 6. & fuit tentũ per Rotam
in vna Salamantina Iurisdictionis 18. Aprilis
1581. corã Cantuccio, vt in decis. diuersorũ 145.
p. 1. & in allegata Veronen. Iurisdictionis coram
Cardinale Pamphilio, in qua Episcopus agebat
7 contra Decanum, & Capitulũ, quibus † ex Con-
cilio Trid. sess. 24. c. 2. de refor. præseruatur im-
memorabilis cõsuetudo cognoscendi causas cri
minales, & matrimoniales, & fuit dictum, quòd
8 Episcopus solus debebat manuteneri † propter
iuris assistentiam in facultate exercendi dictam
iurisdictionem, donec contra eum per tres con-
formes immemorabilis probaretur.
9 Quartò amplia, vt procedat etiam † in Ordi-
nario inferiore; Nam huic quoq; danda est ma-
nutentio nulla probata possessione, quando ha-
bet iurisdictionem fundatam ex priuilegio, vel
consuetudine, quæ sit ita notoria, vt negari non
possit, secundum Ioa. Andr. in d.c. cum personæ,
in princip. vbi ita extendit illum text. & eum se-
quuntur ibi Gemin. nu. 4. Franc. nu. 2. & Ancha.
10 in 1. not. qui rationem reddit, quia † notorium
facti eundem habet effectum, quem habet noto
rium iuris, quò ad iurisdictionis exercitium.
Limitatur econtra supradicta conclusio; Pri-
11 mò, vt non procedat, quando † assistentia iuris
cõmunis est turbida, & obscura, quia tũc nõ re
leuat, nec ex ea datur manutẽtio, sed Rota solet
omisso iudicio possessorio aggredi merita cau-
sæ, & discutere petitorium, vt fuit obseruatum
in pluribus causis, & signanter in vna Lucen. seu
Nullius iurisdictionis 4. Maij 1598. coram Car-
dinale Serafino, & in vna Montis Regalis 4. No-
uembris de eodem anno, coram Penia.
Secundò limitatur, vt non habeat locũ in Par
rocho, quo ad possessionẽ exigendi decimas: Nã
12 licèt Parrochus † de iure cõmuni habeat funda
tã intẽtionẽ in perceptione decimarũ ex omni-
bus prædijs existẽtibus in sua Parrochia, c. cum
in tua, de decim. c. si de parroch. c. ad decimas,
de resti. spol. in 6. & vtrobique Doct. Io. Andr. in
d.c cum in tua, n. 3. & ibi Butr. etiam nu. 3. Abb.
in d.c. conquærente, n. 2. vers. 12. & nu. 6. vers. in
glosa, in verb. quartum, de offic. ordin. Rebuf. de
decim. q. 7. n. 3. & 4. Attamen istud solum funda
13 mẽtũ † assistẽtiæ iuris cõmunis ad effectũ manu
tentionis non est tutum, nec ei prodesse videtur
iuxta decis. factam in causa Reatina Decimarũ
4. Decemb. 1606. coram Iusto, in qua fuit dictum,
quòd sæpè fuit reuocatum in dubium, an ista so
la assistentia sufficeret. Et licèt coram Cardin.
Seraphino in vna Taurinen. decimarũ 30. April.
1604 contrarium fuerit resolutum, tamen causa
deinde sepius proposita coram Penia, dicta de-
cisio magnam visa fuit habere difficultatem; &
propterea sub die 30. Iun. 1606. omisso articulo
possessorio, ad petitorium fuit deuentum.
Ego tamen saluo meliori iudicio non facilè
ab ea recedendũ putarem; Quia si assistentia iu
ris cõmunis sufficit parrocho in petitorio, vt nõ
14 † teneatur aliter probare decimas sibi cõpete-
re, sed onus huius probationis incumbit cõtra-
rium asserenti, & ius cõmune contra se habenti,
vt per Rebuf. de congrua portione, n. 10. cũ seq.
Quòd & tenuit Rotã in vna Taurinen. decima-
rum 22. April. 1605. corã Manzanedo, multò ma
gis ei debet sufficere in Iudicio retinendæ sum-
15 marijssimo, in † quo leuiores probationes suf-
ficiunt. Alex. cons. 103. n. 3. li. 7. Put. decis. 61. in
fi. lib. 3. Rota diuers. decis. 8. nu. 1. p. 1. Ideo Rota
in vna Seguntina decimarum 30. Octobris 1600.
coram Card. Serafino, non denegauit mãdatum
16 de † manutenendo Episcopo, & Capitulo ex iu-
ris assistentia, quo ad exactionẽ decimarum con
tra Monasterium raspectu prædiorum, etiam de
nouo emptorũ, licet Monasterium priuilegium
allegaret, & præscriptorum vellet probare. Fa-
teor tamen, quòd de facili esset recedendum ab
hoc fundamento assistentiæ in materia decima-
rum, qualitercumque assistentia redderetur tur
bida, vt in casu allegatæ decisionis in causa Rea
tina, vbi agebatur de percipienda decima ex il-
lis prædijs, quorum Domini degebant in aliena
parrochia, in qua recipiebant Sacramenta; Et
17 enim hoc in casu † iuris assistentia nihil opera-
tur, quia tunc non attenditur fundamentum iu-
ris, sed consuetudo Abb. in c. cum sint homines,
n. 5. & 6. de decim. & fuit dictum in vna Calagu-
ritana Decimarum 16. Iunij 1606. coram Litta.
Idem esset si ageretur de quarta decimarum,
quã de consuetudine, nõ autem de iure cõmuni
ad episcopum pertinere, quidam existimauerũt
cum glos. in c. conquerente, in verbo, decimatio-
num, & ibid. Innoc n. 4. de offic. ord. Nam opinio
* ista, quãuis * communiter sit reprobata, vt fa-
tentur Gemin. & Præposit. in c. de his, 10. q. 1. Ni
hilominus facit, vt Episcopus non habeat tantã
assistentiã iuris cõmunis nec tam certã, vt ex ea
solum manuteneri debeat, vt fuit decisum in d.
Taurinen. decimarum in prima positione die 1.
Iulij 1602. coram eodem Cardinale Seraphino.
Tertiò limitatur, vt non procedat, quãdo con
18 tra habẽtẽ † iuris cõmunis assistẽtiã allegatur
priuilegium simul cum præscriptione, quia tunc
manutenendus est ille, qui priuilegium allegat:

Et ratio est, quia possessio non est adeò infecta, neque habet tantam resistentiam iuris, neq; talem præsumptionē contra se, cum iustificetur ex titulo, vt non sit habēda in consideratione, quēadmodum si sola præscriptione niteretur, & ita habet tex. in d. cap. cum personæ, & distinguunt omnes Doct. ibi post Lap. Ancha. in 12. not. Gemin. in §. fi. nu. 3. & Franc. num. 2. Et fuit resolutum in vna Salamantina Iurisdictionis 17. Decembris 1582. coram Cardinale Serafino.

Declaratur hæc limitatio, vt locum habeat dumtaxat quando priuilegium, & possessio strictè percurrunt casum, de quo agitur, aliàs secus, vt tentū fuit in allegata Seguntina Decimarum 30. Octobr. 1600. coram eodem Cardinale Serafino, in qua Episcopus, & Capitulum manutentionem petebant exigendi decimas propter iuris assistentiam aduersus Monasterium, quo ad prædia de nouo empta, & fuit dictum, quòd Monasterium nō poterat eam euitare, etiam si doceret de priuilegio exemptionis, ac præscriptionem probare vellet, ea scilicet ratione, quia priuilegium, & possessio non percurrebant empta post Concilium, in quibus diuersum ius statuitur ab ijs, quæ antea possidebantur.

Quartò dicta conclusio limitatur, vt nō pro-
19 cedat, quādo † alter existit in possessione: Nam
is manuteneri debet, quamuis ei ius commune
resistat. Abb. in c. 1. n. 8. vt lit. pend. post Innoc. in
c. cum venissent de restit. spol. Capic. decis. 189.
qui testatur in Consilio Neapolitano diffinitum
20 fuisse, eum † debuisse manuteneri, qui erat in
quasi possessione pascēdi in alieno prædio, quod
iure communi liberum præsumitur ab hac seruitute: Hos sequutus est Conar. pract. q. cap. 17. nu. 6. Ruin. cons. 28. n. 12. lib. 4. Addit. ad Mathes. notab. 28. nu. 3. Menoch. in vlt. remed. retinen. n. 21. & 22. vbi confutat glos. in l. si priusquā, de oper. nou. nunc. dum inquit, maiorem esse vim præsumptionis, q̄ libera res sit, ea præsumptione quæ a quasi possessione seruitutis proficiscitur.

Hinc est, quod licet Episcopo ius commune
assistat in exercenda iurisdictione in subditos,
21 vt dixi, tamen stante † quasi possessione inferio-
ris, talis assistentia iuris communis ei prodesse non potest, neque illius vigore ei danda est manutentio, sed debet dari inferiori; Ita fuit decisum in allegata Salamantina iurisdictionis, 27. Iunij 1582. coram Cardinale Serafino, non obstante decreto sacri Concil. Trident. d. sess. 24. c. 20. §. ad hæc. Quòd causæ matrimoniales, & criminales Episcopi tantum iurisdictioni relinquantur: Quia illud decretum fuit interpretatum a sacra Congregatione Concilij in vna Palentina Archidiaconatus 10. Martij 1575. vt nō tollat inferioribus immemorabilem; Vnde cum
possit doceri in progressu litis de ipsa immemo-
22 rabili, non est interim † possessor sua possessione
priuandus: Hoc idem fuit resolutum in causa Aprutina iurisdictionis 9. Iunij 1606. & 19. Martij 1607. & in vna Aquilana iurisdictionis 30. Martij eiusdem anni, coram Pamphilio.

Sublimitatur, seu potius declaratur hæc quarta limitatio, vt locum sibi vendicet ita demum,
23 si vltra † quasi possessionem producatur etiam
titulus, licet per se non sit sufficiens, dummodò
sit talis, qui præbeat causam præscribendi, quia
24 sola possessio † non coadiuuata aliquo titulo
saltem colorato, non sufficit pro manutentione contra eum, qui habet iuris communis assistentiam, vt probat text. in d. c. cum personæ. §. pen. & ibi notant omnes, nempè Io. Andr. nu. 6. Gemi. nu. 4. vers. nota, quòd pendente lite, Franc. nu. 2. Anchar. num. 5. vers. Vndecimò nota, Couar. in loco supra citato, num. 6. vers. Quæ quidem interpretatio; Et quamuis decisio in allegata causa Aquilana iurisdictionis videatur innuere, quòd sola possessio sufficiat, dum inquit, quòd ex productione priuilegij facilius datur manutentio, & hoc teneant Innoc. & Abb. supra allegati, & Lancellor. de attent. lit. pend. par. 2. c. 4. declarat. 4. nu. 6. & 10. Nihilominus hoc videtur repugnare textui in d. cap. cum personæ, in quo satis ostenditur non sufficere possessionem absque probatione tituli vtcumque ad præscriptionem idonei, quoties præsumptio iuris communis obstat possidenti.

Idcircò pro concordia duo casus sunt distinguendi. Primus casus est, quando versamur in possessione, quam vniuersalem vocant: Et tunc
est sub distinguendum; Nam aut ius commune
25 assistit possidenti, & sola possessio † vniuersalis
suffragatur pro manutentione, vt in Parocho,
qui probata possessione recipiendi decimas ali-
26 quorum fructuum, debet manuteneri † in pos-
sessione iuris decimandi respectu totius agri, Ant. de Butr. in c. fi. n. 40. vers. idem si Rector, de caus. possess. & propriet. Abb. cons. 71. nu. 2. in fi.
27 lib. 1. Sic etiam probata † possessione, seu quasi
iuris decimandi respectu certorum prædiorum, ei manutentio datur, quoad alia prædia intra Parochiam existentia, Bald. in l. 1. C. de eman. liber. nu. 24. vers. & tu dic, Abb. cons. 54. num. 3. in princ. lib. 1. Alex. cons. 68. num. 21. lib. 2. Rota de præscr. decis. 2. nu. 3. in nouis, Et fuit tentum in vna Corduben. redecimarum, coram Cardinale Serafino 25. Octobris 1593. & coram eodem in vna Valentina decimarum 23. Octobr. 1598. & in allegata Reatina decimarum 14. Decemb. 1607. coram Iusto, & alias sæpe.

Quod intellige verum, nisi probaretur alium
28 esse in possessione, si quidem in † concursu par-
ticularis probationis, vniuersalis possessionis probatio non operatur, ex latè congestis per Gabr. de præscript. conclus. 2. num. 24. & seq. & fuit resolutum coram eodem Serafino in vna Hispalen. iuris decimandi 11. April. 1567. & in allegata Valentina decimarum.

Aut possidenti ius commune resistit, & tunc
29 ex sola possessione † vniuersali non datur ma-
nutentio; Veluti quando res ad alium spectat ex iuris dispositione, vt post Abb. & alios tradit Gabr. d. conclus. 2. numero 24. Vnde si aliquis probaret possessionem percipiendi decimam in alia Parochia de vna specie fructuum,
30 ei † non daretur manutentio respectu alterius

speciei,

speciei, cum ius resistat huic possessioni, sicuti post Archid. scribit Butr. in d.c. fin. n.44. vers. per hoc dicit, de caus. possess. & propriet. Mile. in repert. in verbo, possessio, seu quasi iuris decimandi.

31 Limita, nisi † probaretur titulus, seu priuilegium, nam eo concurrente benè datur manutētio ex possessione vniuersali, licet ius cōmune resistat, vt fuit decisum in allegata Valentina Decimarum 20. Februarij 1598. coram Camillo Peregrino: In qua agebatur de iure decimandi Archiepiscopo, & Capitulo competente ex priuilegio in tota Diœcesi, quod est contra ius commune, vt in d.c.1. de præscript. in 6. & in c. ad decimas, de restit. spol. eod. lib. Idem fuit tentum in dicta Hispalen. decimarū coram Card. Serafino, vbi fuit firmatum, quòd

32 probans † possessionē ex priuilegio decimandi in toto aliquo territorio respectu fructuū, qui in eo aliàs nascebantur, iuuatur etiam respectu noualium ex post repertorum in eodē territorio, per c. commissum, & c. contingat de decim. Couar. pract. quæst. cap. 37. n.5. Et ratio huius rei est, quia probato priuilegio cessat iuris assistentia, cùm possessio iustificetur ex titulo, & consequenter permittitur extensio ipsius possessionis, quæ erat prohibita: Nam, vt inquit Bald. in l.1. n.24. vers. tu dic. C. de emancipat. liber. magis est cōsideranda causa, quàm

33 exercitium ipsius actus: Vndè etiam † per vnicum actum singularem, si tamen causa, seu priuilegium sit vniuersale, acquiritur vniuersalis possessio manutenibilis; Quod etiam voluit Bart. in l.1 §. si quis hoc interdicto. ff. de itin.

34 actuq. priuat, dum inquit, quòd † habens concessionem à Superiore exercendi iurisdictionem, si vtatur iurisdictione in vno actu, retinet possessionem in omnibus: Hoc idem tradit Felin. in c. auditis. n.19. vers. 3. declaratio, de præscript. & post alios Gabr. d. conclus. 2. n.2.

35 Secundus casus est, quādò versamur in possessione particulari, & tūc † si ius cōmune nō resistit nemini quidem dubiū est, quin manutētio sine titulo etiā in beneficialibus conceedatur; Rota diuers. decis. 595. n.8. par.1. & fuit resolutū in vna Sorana Beneficiorum, 22. Maij 1587. corā Orano, & in Anconitana pensionis, 15. Iunij de eodē anno coram Cardin. Platto. Verùm difficultas est, quando ius cōmune resistit, quo casu est distinguendū secundum Rotā in supracitata Corduben. re decimarū 25. Oct.

36 1593. coram Card. Serafino; Quod † ant is, cui ius cōmune resistit agit contrà superiorem, & procedit id, quod habetur in d.c. cum personę, de priuil. in 6. vt scilicèt sola possessio nō sufficiat pro manutētione, sed requiratur titulus saltem præsumptus, & ità quoque Rota aliàs tenuit, vt per Acchil. decis. 5. de rest. spol.

37 Et dū loquor de Superiore intelligo, vbi † de iuribus ad eum iure communi pertinentibus agitur, & quoties pro superiore præsumptio iuris est: Quia aduersus eum non datur manutētio ex solà possessione, nisi saltem summariè probetur titulus aliquis, qui possit elidere præsumptionē iuris communis, vt declarat Couar. pract. q.c. 17. n.6. vers. Primum, vbi de iuribus; qui huius sententiæ recēset quoque Rebuff. in Comment. ad regias constit. Galliæ, tomo 3. tit. de materijs possess. art. 2. glos. 2. n.26. Secus si ageretur contrà Superiorem de iuribus ad eum iure communi non pertinentibus; Quia tunc titulus nō requiritur, veluti si ageretur contra Episcopum de iuribus non Episcopalibus, in quibus non fundat Episcopus intentionem suā de iure communi in Ecclesijs sitis in sua Diœcesi, vt tradit Lap. Abb. in c.1. n.1. de præscript. in 6. per illum tex. & per c. cum venerabili, in fine, de exception.

Aut agitur contrà alios, non contrà superiorem; Et tunc quoquè est distinguendum;

38 Nam aut † possidenti resistit valdè vehemens iuris cōmunis præsumptio, & manutentio non datur sinè titulo, sicuti post Couar. declarat. Menoch. in vlt. remed. retinen. n.24. Exemplum potest dari in laico possidente decimas iure communi resistente c. prohibemus, de decimis:

39 Vel etiam in Clerico † similiter possidēte decimas in aliena Parochia: Ius etenim Canonicum non simpliciter præsumit decimas ad Ecclesiam parochialem eiusq. ministros spectare, verùm vrgenter prohibet eas ab extraneis Clericis percipi, cum sint institutæ, vt soluantur à plebe in alimenta, congruamq. sustentationem Clericorum eidem plebi Sacramenta ministrantium, vt statuitur in c. ad decimas

40 de restit. spol. lib. 6. Ideo tunc † proculdubiò necessarius est titulus, nec sufficit sola possessio, nisi sit immemorabilis, per tex. & glos. commune in c.1. de præscript. eod. lib. 6. Dyn. in regul. possessor. n.27. Card. Zabarel. cons. 26. n.5. Balb. de præscrip. 2. par. 3. par. princip. q.6.

Ampliatur hæc conclusio, vt procedat non solù de iure Canonico, sed etiam de iure ciuili, vt tenet Abb. in c. peruenit col. 2. de empt. & in c. de quarta n.14. & 26. de præscr. Felin. in c. si diligenti n.7. eod. tit. Nec enim est vlla differentia in materia tituli inter ius Canonicū, & ciuile, quemadmodum Balb. resoluit d.q.6. & 2. part. 4. part. princ. q.2. col. 3. Quò fit falsum esse quod Paul. de Castr. scribit in l. seruitutes, in princ. n.9. ff. de seruit. dicens. tex. in d. c.1. de præscrip. in 6. non esse intelligendum in rebus profanis, vel sæcularibus, quòd, & senserat Dyn. in d. reg. possessor, n.27.

41 Rursus ampliatur, vt procedat † etiā si vehemens hæc iuris præsumptio actoris intentionē non fundet; nam sufficit, quòd ipsi possidenti aduersetur, vt voluit Abb. in d.c. si diligenti n. 35. vers. Ego dico & post eū Felin. n.7. de præscript. Idem tenet Franc. in d.c.1. nu.7. eod. tit. lib. 6. Et quamuis contrarium teneat glos. in d. c.1. in glos. magna circa finem, & in c. ad decimas, in vers. eūdem clericum, de rest. spol. in 6. tamen Io. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. eiusdem tit. videtur illam glos. reuocasse, dum inquit, non referre an ius cōmune sit pro agente,

te, dummodo posſidenti ſit contrarium; Pro qua opinione facit tex. in d.c. ad decimas, vbi præſumitur iniuſta poſſeſsio illius, qui in aliena Parochia decimas percipit; Nec in ratione decidendi ponderatur, quod Parochia eſſet agentis, ſed ſolum, quòd aliena à poſſidente: Ad idem eſt tex. in d.c. 1. in medio, & in fine, de præſcript. lib. 6. dum generaliter diſponit, quòd vbi ius commune eſt contrà poſſidentem, vel habetur præſumptio contra ipſum, ſola poſſeſſio non ſufficit, ſed requiritur titulus, qui poſſeſſori tribuat cauſã præſcribendi. Præterea id etiam conuincitur ra-

41 tione, quia quando † ius commune eſt contrà poſſidentem, mala fides præſumitur e. qui contrà, de reg. iur. in 6. cum quilibet præſumatur ſcire iura, l. leges ſacratiſſimæ, C. de legib. Ergò iſtud ſibi vendicat locum, etiam ſi ius commune agentis intentionem non fundet. Et ita quoque hanc opinionem côtrà gloſ. poſt Bart. in l. Celſus nu. 17. de vſucap. tenuit Balb. ibid. nu. 108. Alex. conſ. 73. nu. 48. lib. quarto, Pariſ. in d.c. ſi diligenti, nu. 18. de præſcript. vbi affert exemplum, cum quis eſt poſſeſſionis incapax, nam is, nec poſſidere, nec præſcribere poteſt, Felin. in c. accedentes col. 4. verſ. quinto fallit, de præſcript. & poſt alios Menoch. de recuperan. remed. 13. nu. 72.

42 Aut poſſidenti tantùm † ius commune reſiſtit, & non aduerſatur vehementiſſima præſumptio, & tunc in hoc iudicio retinendæ manutenendus eſt poſſeſſor, etiam quòd ſolo initatur poſſeſſorio, vt fuit tentum per Rotam in allegata cauſa Corduben. redecimarum 25. Octobris 1593. coram Cardinale Seraphino, per deciſionem Achill. 5. de reſtit. ſpoliat. quę loquitur in fortiori caſu; Videlicet, quando

44 agitur interdicto recuperandæ, in quo † Rota non ſolet reſtitutionem concedere abſque titulo colorato, vt per Caſſad. deciſ. 1. eod. tit. Ideò coram Ludouiſio in vna Nucerina, ſeu nullius beneficij 28. Maij 1608. fuit dictum, quòd Abbati exiſtenti in poſſeſſione deputandi Capellanum ad eius nutum amouibilem in Eccleſia tanquàm monaſterio vnita, erat danda manutentio, licet præſumptio iuris ſit, Eccleſias eſſe liberas. Aliud exemplum poteſt po

45 ni in eo, qui † poſsidet ſeruitutem in fundo alieno, puta ſeruitutē iuris paſcendi, iuxtà deciſ. Capic. 189. Nam licet huic aduerſetur iuris communis præſumptio, ex qua res aliena libera cenſetur, l. altius C. de ſeruit. & not. Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, nu. 12. ff. de itin. actuq; priuat. & in l. ſi prius, nu. 14. ff. de oper. non. nunc. Nihilominus, ex quo non aduerſatur vehemens præſumptio, quia habere talem ſeruitutem non eſt contrà ius commune, ſed tantum contrà quandam præſumptionem na-

46 turalis libertatis; Ideo tunc † titulus neceſſarius non eſt, ſed ſola poſſeſsio ſufficit ad obtinendam manutentionem, Couar. in d. cap. 17. n. 6. verſ. tertio quoties: Et probatur in l. ſi quis diuturno. ff. de ſeruit. vendic. Idem tradit. Felin. in d.c. ſi diligenti, nu. 7. verſ. modo reſtringitur, de præſcriptio. dicens; Ideò titulum non requiri, quia præſumptio libertatis verſatur in modica, leuiquè læſione, quòd & voluit Anchar. in regul. ſine poſſeſſione, col. 9. verſ. ex prædictis, Imol. in d.c. ſi diligenti, nu. 15. & in cap. vlt. nu. 10. de præſcrip. Balb. d. q. 6.

Sed hanc rationem ego nô probo, ſiquidem ius ſeruitutis in prædio alieno, ita maximum præiudicium inferre poteſt, vt eam læſionem inter grauiſsima incommoda prædij ſeruientis numeremus. Quapropter oportet perpendere, quod ſupra dixi: Aliud eſſe poſſidere iure communi reſiſtente, & prohibente quaſi poſſeſſionem: Aliud poſsidere ius aliquod aduerſus quandam præſumptionem iuris, quod non vetat eiuſdem iuris quaſi poſſeſsionem, nec vehementer ei reſiſtit: Priori enim caſu accipiendum eſt, quod ſtatuitur in d.c. 1. de præſcript. in 6. & in d. c. ad decimas, vt ſcilicet titulus requiratur: Poſteriori verò aſſumendum eſt, quod dicitur in d. l. ſi quis diuturno, vt titulus neceſſarius non ſit, ſicuti rem hanc optimè explicuit Couar. lib. 1. var. reſol. c. 17. n. 7. Quod, & tradidit Coraſius in l. ſeruitutes. ff. de ſeruit. n. 35. licèt Paul. de Caſtr. ibid. col. pen. ab hac ratione diſceſſerit.

Limita ſecundò, vt per Ruin. conſ. 230. n. 12.

47 lib. 1. quando † inter duos contēditur de poſſeſsione ducendi aquam, & vterque prætendit habere ius ex conceſsione Principis, quia tunc ſecundum cum datur interdictum de corriua-

48 libus, quod † non eſt merè poſſeſſorium, ſed habet admixtam cauſam proprietatis, de quo habetur in l. 1. §. ait prætor, ff. de aqua quot. & æſtiua. Et ideo actor non poteſt obtinere, niſi doceat de titulo.

Verum iſtud dictum Ruini declaratur, vt locum non habeat, quando vterquè communiter

49 poſsidet, quia tunc ad effectum † manutētionis, non eſt neceſſarium docere de titulo, vt in fortioribus terminis fuit reſolutū per Rotam in vna Gerunden. fontis 20. Decembris. . . . . coram Cardinale Seraphino, vbi agebatur ſpolio inter Epiſcopum, & Capitulum, quibus ius aquæ ducēdę ex conceſsione Regia æqualiter ſpectabat, & Epiſcopus petebat ſe reſtitui, & quia erant conſortes eiuſdem iuris, & cōmuniter poſsidebant, fuit dictū, quod Epiſcopus nô tenebatur docere de titulo aduerſus Ca-

50 pitulū, cū hoc † caſu poſſeſſio vnius proſit alteri, nec præſumitur quis priuatiuè eo iure vti velle reſpectu alterius, vt in materia iurispatronatus pluries reſolutum fuit per doctrinam Abb. in conſ. 54. num. 3. verſ. pro hoc etiam facit, lib. 1. quem refert, & ſequitur Lambert. de iure patron. art. 16. 3. quæſt. princip. par. prima lib. 2. nu. 16. & 17.

51 Tertiò limita, vt non procedat, quādo † agitur contrà proprietarium prędij ſeruientis, de cuius proprietate, & dominio conſtat: Nam licèt vbi de proprietate non apparet, poſsidēs tuendus ſit in poſſeſsione abſque tituli produ-
ctione,

ctione, cum simplex illa iuris communis præsumptio, ex qua res libera censetur, sit leuis, nec sufficere debeat ad impediendã hanc quasi possessionem, vt suprà dixi, & tradit Franc. in d.c.1.nu.8. vers. Tertio limita, de præscript. lib.6. Nihilominus secus est, vbi de proprietate prædij seruientis constat: Nam hoc casu necessium est posidenti probare, quo iure, & causa eam quasi possessionem seruitutis acquisiuerit, nec ipsa quasi possessio pro obtinenda manutentione sufficit: Nam probato dominio talis possessio præsumitur præcaria, ad not. per Bald. in l.2.C.de seruit. & aqua. & sic cessat possessionis uis, & præsumptio, qua cessante dominiũ remanet in suo libero statu sine aliqua contraria præsumptione, sicuti declarat Menoch. in 5. remed. retinen. num.42. Et in his terminis intelligi debet decisio suprà allegata in causa Gerũden. fontis in vltima parte, dum dicit, contrà proprietarium aquæ oportere probare titulum.

52 Declarantur prædicta, vt locum † sibi non vendicent, quando constat de iusto initio possessionis, vel quasi, quia tunc ad effectum manutentionis non est opus probatione tituli, vt declarat Faber. in §. retinendæ nu.33. vers. his enim casibus, Instit. de interdict. & tenuit Rota diuers. decis. 4. nu.6. par.2.

Secundò declarantur non procedere, quando † quis probauerit longæuam suam possessionem, cum tituli locum longæuus vsus obtineat, vt not. Abb. in c. cum venissent, nu. 8. de constit. & in c.1.nu.8. vt lit pend. Franc. in cap. ad decimas nu.8. vers. quarto limita, de rest. spoliat. lib.6. Couar. pract. quest.17. nu.6. vers. vndecimo est animaduertendũ, & est tex. in d. l. si quis diuturno, ff. de seruit. vend. & in l. apparet, §. si quis. ff. de itin. actuqnè priuat. & in l. hoc iure, §. ductus aquę ff. de aqua quotid. & æstiua: Et istam esse magis receptã,* & veram Doctorum sententiam attestatur Menoch. in d. remed.5. retinen. nu.43. quam tenuit Rota in causa Bononien. Iurisdictionis 1. Februarij 1574. coram Cardinale Lancellotto, quæ habetur in decis. diuers. 595. n.4. & 5.

54 par.1. Vbi hoc ampliatur † procedere, etiam si aduersetur vehemens illa iuris præsumptio, de qua loquuti sumus: Nam ea quoq; cessat propter antiquitatem possessionis, vt inquit ibi Rota n.7. & declarat. Couar. in d.c. 17. n.6. vers. quarto non sic. Hoc idem tenuit Rota decis. 534. par.1. n.7. Vbi, quod possessio releuat, & suos parit effectus, nedum quando est contra

55 præsumptionem iuris, sed † etiam quando est contra ius, si sit alicuius temporis considerabilis: Quod de decennio intelligendum est, iuxta decis. Cassad. secundam de causa possess.

56 & propriet. quę vult, quòd † ex possessione decennali inducatur titulus præsumptus: Idem tenuit Rota in d. decis.4. nu.7. & 8. par.2. In qua fuit dictum, quòd ex possessione decennali portionarij erant manutenendi in quasi possessione interueniendi, & votandi in actis capitularibus, licet de iure communi hoc solum ad Canonicos spectaret.

Sublimita, & intellige hanc declarationem
57 primo modo, vt procedat, quotiescunque † possessio est pacifica, & iustificatur ex patiẽtia illius, contra quẽ posidetur, vt declarat Frãc. in d.c. ad decimas n.8. & Felin. i d.c. si diligẽti, n. 7. circa finẽ, vers. secũda restrictio, de præscrip.

58 Secundò sublimita respectu † superioris, quia quo ad illum nullo tempore ius acquirit possessor, vt titulum non ostendat, vt tradit Innoc. in c. cum contingit col. 7. vers. quæro nun quid titulus Ecclesiæ, de dol. & contum. quem refert, & sequitur Menoch. de recuper. possess. remed. 15. nu.461. Quibus addo glos. in c.1. in verb obtineri, vers. dici potest, de reg. iur. lib.6. Abb. in c. licet Heli n.22. de simon. & ibi Alex. de neuo in vlt. addit. vers. In secundo vero casu, vbi latè hanc materiam explicat.

59 Tertiò sublimita, nisi † appareat de titulo inualido, quia tunc ex cursu temporis validus non præsumitur, Paris. consl. 27. n.119. lib. 1. Aym. cons. 134. n.44. Bello. cons. 20. col.9. vers. tertium fundamentum, & tenuit Rota in causa Elnen. mineriorum, 16. Decembris 1588. coram Orano.

Quartò sublimita, vt procedat duntaxat,
60 quãdo † ius resistit possessioni, non tamen est prohibita præscriptio, vt in d. c. 1. de præscrip. in 6. Secus si etiam præscriptio sit prohibita, vt in laico posidente decimas, cuius possessioni nedum ius expressè resistit, c. prohibemus de decim. sed etiam omnem præscriptionem vetat, c. cum causam, de præscript. c. dudum de decim. Hoc sanè casu per lapsum temporis titulus non præsumitur, vt tenuit Rota in vna Placentina decimarum 31. Ianuarij 1586. coram Bubalo; Ratio est, quia sicut in dictis iuribus sublata est vis inductiua præscriptionis ex cursu temporis, ita etiam censetur sublata vis inducendi præsumptionem tituli: Aliàs si ex lapsu temporis titulus præsumeretur, frustatoria redderetur dispositio, d. cap. cum causam, quæ verbis, & non rebus imposita esset, contra l.1. & 2. C. com. de legat. Et propterea videmus, quòd immemorabilis, quæ facit, vt
61 præsumatur melior titulus de mundo, non † potest hunc effectum operari, quia est necessaria fama priuilegij, vt volunt magis * cõmuniter Doctores in c. cum Apostolica, de his, quæ fiũt a prælat, sine consen. cap. Gabr. de præscrip. conclus. 1. num. 22. & fuit decisum per Rotam in multis causis, & signanter in vna Toletana decimarum 27. Aprilis 1584. coram Cardinale Blanchetto.

Identitas rei à quo sit probanda, & qualiter probetur. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Identitas rei ab eo probanda est, qui se fundat in illa.*

2 Plu-

2 Pluralitas rerum præsumitur contra illum, qui probare tenetur identitatem.

3 Conductor equi non releuatur, si probet simpliciter equum mortuum, quem ipse equitabat, nisi probet illummet equum fuisse mortuum, quem ipse conduxerat à tali.

4 Dominus agens ad rem feudalem probare debet esse illammet, quam ipse concessit in feudū, etiam quòd sit posita intra fines feudi, seu Castri, & siue possideatur à tertio, siue ab ipso inuestito de feudo.

5 Bona in dubio præsumuntur libera, & sic allodialia, & non feudalia, vel seruituti obnoxia.

6 Ampliatur secundum opinionem Rotæ, etiam si bona in territorio Castri contineantur, siue intra fines feudi, & siue possideantur à tertio, siue ab ipso inuestito.

7 Fideicommissarius, siue hæres defuncti volens succedere debet probare identitatem bonorum hæreditariorum, & quòd ea à defuncto possiderentur.

8 Ampliatur, vt procedat in omnibus casibus in quibus aliena hæreditas est nobis deuoluta.

9 Item ampliatur, quàmuis hæres grauatus non confecerit inuentarium, quo tamen casu leuiores probationes sufficiunt.

10 Item ampliatur, licèt agatur contra habentem causam ab hærede grauato.

11 Fideicommissario sufficit probare identitatem rei, & quod illa esset in bonis testatoris tempore eius mortis, licèt non probet dominium, etiam si agatur contra habentem causam ab hærede grauato mediatè, non immediatè.

12 Possessio testatoris tempore eius mortis præsumptiuè probatur, quando extrema ipsa probantur, videlicet emptio testatoris, & possessio eius hæredis.

13 Fideicommissarius tenetur probare identitatem bonorum fideicommissa subiectorum, etiam si agatur contra filium testatoris seu defuncti, qui dicta bona possideat.

14 Fallit, vbi concurrunt adminicula, ex quibus inferri possit bona prouenisse à Patre.

15 Præsumptio, quòd bona possessa per filium præsumantur paterna, in quibus casibus non habeat locum.

16 Quando in instrumento diuisionis quædam bona enunciantur libera, alia præsumuntur fideicommisso subiecta.

17 Identitas rei non est probanda, quando dispositio in vna tantum re potest verificari.

18 Declaratur procedere, quandò euidenter constat dispositionem in alia re locum habere non posse, secus si non constat de hac negatiua, nam is ad quem spectat onus probandi identitatem, debet probare ipsam negatiuam.

19 Identitas rei mobilis quomodo probetur.

20 Identitas rei immobilis probatur verificando locum, in quo res existit cum duobus confinibus.

21 Ampliat, etiam si ex tribus confinibus expressis tertium sit falsum.

22 Limità, quandò agitur de pœna euitanda.

23 Idētitas rei, vt probetur, sufficit quòd duo cōfinia sint vera, licèt plura alia expressa nō cōueniāt.

24 Declaratur dūmodò demonstrationes, quæ nō conueniunt rei de qua agitur, nō etiam alteri adaptari possint, secus si conueniāt alijs etiā bonis.

25 Possidentis cōditio in pari concursu est melior.

26 Demonstrationes plures, vbi ex parte actoris in probanda identitate concurrunt, quàm ex parte rei, tunc illæ præponderant, præsertim si sint fortiores.

27 Identitas rei immobilis per duo confinia probatur licèt qualitas ipsius rei sit mutata.

28 Idem, licet sit diuersitas circa numerum petiarum & corporum, quia hoc non impedit probationem, vbi confinia conueniunt.

29 Pater familias ad libitum suum potest iungere, & diuidere terras, nec fideicommissarius tenetur de tali actu quoquo modo docere.

30 Identitas rei probatur per duo cōfinia quāuis denominatio facta per nomē propriū nō cōueniat.

31 Demonstratio, quæ fit per confines magis attenditur, quàm ea, quæ fit per nomen proprium, nisi demonstratio confinium sit falsa, & demonstratio nominis vera.

32 Identitas non probatur per demonstrationes, quibus res ipsa designatur, quādo possunt etiam in alia re verificari.

33 Ad identitatem probandam non sufficit generica demonstratio, sed necesse est, quòd deducantur aliqua particularia confinia.

34 Identitas non probatur, quandò ex duabus demonstrationibus vna conuenit vni rei, & alia alteri.

35 Probatur quandò veritas concordat cum substantia rei, licet confines non verificentur.

36 Item probatur, quando constat de corpore ratione possessionis, tametsi confines cum antiquis non conueniant.

37 Idem, quando res per nomen proprium sufficienter demonstratur, vt cum exprimitur aliquod signum rei demonstratiuum vltrà nomen proprium, vel cum ipsum nomen proprium est singulare, quamuis confines falsi existant.

38 Identitas rei probatur per vnicam etiam qualitatem, & talis probatio tantum valet, quantum facta per confines, nisi à statuto probatio per confines requiratur.

39 Item probatur præsumptionibus in antiquis.

40 Fama sola sufficit, ac plene probat fideicommissum in antiquis,

41 Identitas rei in antiquis probatur ex enunciatiua diuersorum notariorum.

42 Ampliatur, etiam si instrumenta sint inter alios confecta.

43 Ad identitatem probandam sufficiunt coniecturæ, quæ colliguntur ex nominum conformitate, identitate Curiarum, & Parochiæ, vbi bona existunt, si in dictis locis non ostendantur aliæ res sub eisdem nominibus.

44 Pluralitas rerum de facili non præsumitur.

45 In materia confinium sufficit verificare locum, in quo res existit, etiam cum vno confine, si aliud fieri non potest.

46 Ex æstimo testatoris in materia confinij oritur conie-

obiecturæ sufficit,quod res fuerit in eius bonis.

47 *Identitas rei immobilis probatur aduersus hæredem grauatum,& eius descendentes ex instrumentis acquisitionum defuncti, locationibus ab eo factis,nec non ex libro introituum eiusdem.*

48 *Item probatur ex inuentario bonorum, quod hæres grauatus tenetur facere postulante fideicommissario.*

49 *Item probatur, si bona per hæredem grauatum, & descendentes hæredis possessa reperiuntur in loco, in quo appareat similiter testatorem bona possedisse, & nõ cõstet de aliqua acquisitione hæredũ, vel quòd ea bona discordẽt in aliqua notabili qualitate à bonis in testamẽto descriptis.*

50 *Declaratur procedere, quando cum continuatione possessionis facta per descendẽtes, aliqua particularis, & specialis demonstratio concurrit.*

51 *Identitas probatur ex confessione partis in supplicatione.*

52 *Item ex confessione, facta in diuisione seu transactione ab hæredibus grauatis, quòd bona sunt fideicommisso subiecta, quæ probat nedùm inter ipsos diuidentes, seu transigentes, sed etiam contra eorum successores, siue vniuersales, siue singulares.*

53 *Ampliatur etiam, si in diuisione, seu transactione non habeatur mentio,quòd bona sint supposita fideicommisso,dummodo diuidentes,seu trãsigentes tanquam fideicommissary, & vocati fecerint diuisionem, secus si verba à notario proferantur ratione demonstrationis.*

54 *Verbum hæres, in dubio, stat demonstratiuè.*

55 *Actus ab aliquo factus, quandò potest sustineri alio titulo,quàm ab hærede, nunquàm censetur factus tanquàm ab hærede.*

56 *Confessio facta ab hærede grauato in instrumento diuisionis, probat contra singularem successorem, quando emanauit ante translationem, secus si emanauit postea.*

57 *Confessio auctoris nocet singulari successori, siue successor habeat ius ex causa lucratiua, siue ex causa onerosa.*

58 *Dolus auctoris, quando noceat successori.*

59 *Confessio voluntaria tutoris non probat contra pupillum.*

EST adeò freqnens forensia tractãtibus disputatio de rerum identitate, vt non prorsus inutile sit aliqua hac de re, quæ sæpius in cognitionem incidunt explicare. Prius itaque videndum est, cui incumbat onus probandi identitatem: Deinde verò, quot modis hæc probatio fiat.

1 Identitas igitur † rei ab eo probanda est, qui se fundat in illa, l. si in rem, in fine. ff. de rei vẽdic. l. 1. §. si quis argentum. ff. depositi, & scribunt Bart. & Imol. in l. is, qui reus. ff. de public. iudic. Felin. in c. cum Ioannes, num. 6. de fid. in-
strum. Alex. conf. 104. num. 3. lib. 2. Corn. conf.
144. col. 4. in fine lib. 4. Ruin. conf. 141. num. 4.
lib. 5. Alciat. conf. 403. num. 2. Aym. conf. 198.
num. 4. Etenim in materia probationum, quæ
debet necessariò concludere, præsumimus
2 † pluralitatem contrà illam, qui probare tene-
tur, Bart. & alij per Ruin. conf. 46. nu. 16. lib. 4.
Rota diuers. decis. 441. nu. 2. par. 1.
Vndè Io. Andr. in c. auditis, de præscript. in-
3 quit, non releuari † eum, qui æquum conduxe-
rit, si probet simpliciter æqnum mortuum,
quem ipsæ æquitabat, nisi probet illummet
æquum fuisse mortuum, quem ipse conduxe-
rat à tali, & sequuntur ibi Butr. Abb. & cæte-
ri: Hoc idem voluit Alex. conf. 118. num. 4. &
conf. 119. sub num. 3. lib. 1. vbi inquit, quòd is,
cui consignatæ fuerunt octo petiæ panni, non
satisfacit probando se obtulisse octo petias
panni in genere, sed necesse est, vt concluden-
ter probet, quòd ea sinet obtulerit, quæ sibi
consignatæ fuerunt.
4 Hinc etiam est, quòd Dominus † agens ad
rem fæudalem probare debet esse illammet,
quam ipse concessit in fæudum, etiam quòd
sit posita intra fines fæudi, seu Castri, & siue
possideatur à tertio, siue ab ipso inuestito de
fæudo, cum præsumptio sit contrà eum, quòd
5 libera † & sic allodialia, & non fæudalia, vel
seruituti obnoxia præsumãtur bona, Io. Andr.
& alij in c. nimis, de iure iuran. Alex. conf. 129.
in princ. lib. 1. cum alijs per Rolan. conf. 2. nu.
11. lib. 3. Et licèt aliqui teneant hoc procede-
re, quòad bona, quæ intra fines fæudi, seu Ca-
stri possidentur à tertio, secus quòad ea, quæ
possidentur per ipsum inuestitum de fæudo,
Dec. conf. 517. nu. 9. Menoch. lib. 3. præsumpt.
101. num. 5. vers. hic casus. Natta conf. 406. nu.
6 22. Attamen † Rota hanc declarationem non
approbat, sed indistincte tenet, quòd bona in
territorio Castri contenta, siue intrà fines fæu
di compræhensa libera præsumantur, nisi fæu-
dalia doceantur, Et hoc siue illa possideantur
à tertio, siue ab ipso inuestito, Ità tentum in
vna Leodien. hæreditatis 14. Nouembr. 1603.
coram Cardinale Seraphino.
7 Simili quoquè modo, is, qui † vult defuncto
succedere debet probare identitatem bonorũ
hæreditariorũ, & quòd ea à defuncto possIde-
rentur, cum hoc sit fundamentum suæ inten-
tionis, Alex. conf. 51. n. 15. lib. 6. & conf. 139. n.
8. & sequen. eod. lib. Galiaul. in l. centurio nu.
59. circa finem, vers. ad quod ostendendum. ff.
de vulgar. Aym. conf. 61. nu. 6.
8 Extenditur hoc exemplum, vt procedat † in
omnibus casibus, in quibus aliena hæreditas
est nobis deuoluta, vt latè per singula reme-
dia discurrendo probat Simon de Præt. de in-
terpretat. vlt. volunt. nu. 280. & multis sequen.
fol. mihi 551. & in fideicommisso, cuius fre-
quens est petitio, ponit idem Alex. conf. 87.
col. 2. lib. 2. Rolan. conf. 28. num. 2. lib. 1. & conf.
31. num. 15. lib. 2. Petr. de fideicom. quæst. 12.
num. 7. & sequen.

Rursus

9 Rursus extenditur, tametsi † hæres grauatus non confecerit inuentarium, quia fideicommissarius adhuc tenetur probare identitatem bonorum hæreditariorum, quamuis hoc casu leniores probationes sufficiat, Gabr.cōs. 121.num.53. lib.1.& post Alex. tradit Peregr. de fideicom.art.44.nu.25.

10 Tertiò extenditur, vt procedat, licèt † agatur contra habentem causam ab hærede grauato, nam contra eum datur remedium, l.fin. C.de Edict.Diui Adr.tollen.non obstante alienatione grauati, glos.fin. in l. pen. vbi Bart. & alij, C.ad Trebellian. Gabr.conf.44.n.6.lib.2. & tenuit Rota in causa Montis Falisci fideicommissi, 12. Maij 1602. coram Cardinale Pamphilio, vbi aliæ decisiones allegantur: Et ad hùc effectum fideicommissarius debet probare identitatem rei, & quòd illa esset in bonis testatoris tempore eius mortis, quod veri-

11 ficatur † etiam in sola possessione absque probatione dominij, per tex. in l.rem in bonis, ff. de acqui.rer. domin. & in l.bonorum, §.in bonis, ff. de verb.signif. & in l. stipulatio ista §. habere. ff. de verb. obligat. per quæ iura ità voluit Alex.conf.171. n.6.lib. 6. & tradit Cæfal.conf.386.n.35.Rimin.Iun.conf.190.nu.35. Gabr.d.conf.44.nu. 30. Peregr.de fideicom.d. art.44.n.6.& 16. & art.48. nu.55.& aliàs fuit resolutum per Rotam in causa Bononien. de S.Petro 4. Iunij 1588. coram Cardinale Platto, & in causa Viterbien.fideicommissi 8. Martij 1602.coram Litta, & in dicta Montis Falisci coram Pamphilio, In qua fuit dictum istud procedere etiam contra illum, qui habet causam ab hærede grauato mediatè, non immediatè: Idem tenuit Rota in vna Esina fideicommissi, 29.Martij 1604. coram Coccino, & in vna Bononien. fideicommissi de Mauris 24. Nouembris 1606. coram Horatio Cardinale Lancellotto, & iterum in eadem causa 16. Ianuarij 1609.coram eodem, vbi etiam dicitur,

12 quod † probatis extremis, emptione videlicet testatoris, & possessione hæredis, eiusdem testatoris possessio tempore mortis præsumptiuè probatur, tanquàm media inter hæc duo, c.quia sunt culpæ, & ibi glos.24. distin. cum alijs congestis per Euerard. in loco ab extremis, vers. secundum argumentum, & tradit Natta conf.235.nu.17.in fine.

13 Quartò extenditur, vt procedat † etiam quando agitur contra possessorem filium, nam coniectura, quòd bona, quæ penes filium reperiuntur præsumantur prouenisse à Patre fideicommittente, in qua se fundat Marzar. in Epitome de fideicommissis quæst. 58. & conf. 19. & post alios Menoch. conf. 208. num. 12. non releuat fideicommissarium ab hoc onere probandi, Bald.in auth.ex testamento, num.7. in 11.cap.C.de collat. Vbi dicit, quòd agens contra filium tenetur probare bona prouenisse à Patre, & idem voluerūt Abb.Salicet.Corn. Crot. Ruin. & alij allegati per Rol. de Valle conf.90.n.9.lib.2.& hanc opinionem latè tuetur, & comprobat Surd.decis.339.nu.7.& 9. & Pereg.d.art. 44. num. 21. Quamuis aliud forsan

14 dicendum sit, vbi † concurrunt adminicula, ex quibus inferri possit bona prouenisse à Patre, puta si modicum intercesserit tempus à morte patris, & filius sit minor, qui careat industria, vt verisimiliter non potuerit tàm breui tempore de proprijs redditibus acquirere, vt tradit idem Surd.decis.15.sub num.10.

Et hoc quidem omni caret dubitatione,

15 † quandò pro filio extant coniecturæ, vt in casu decisionis factæ in vna Romana fideicommissi de Saluiatis 13.Februarij 1604. coram Penia, vbi concurrebant duæ præcipuè præsumptiones; Prima erat, quia diuisio non erat facta statim post obitum testatoris, sed post 14. deindè annos, quo temporis interuallo potuerunt filij diuidentes bona propria acquirere ex redditibus, vel solerti industria, Peregr.d. art.44.n.21. Ideoq. non valet consequentia, quod habet filius paternum est Alex.cōf.171. num.5. lib. 6. & in terminis diuisionis tenet Alciat.conf.206.nu.5.lib.9. latè idem Peregr. præcit.loco.

Altera erat coniectura, quæ multum mouit Rotam, quòd bona contenta in diuisione non erant descripta in inuentario confecto à matre tutrice de bonis testatoris, ex quo insurgebat magna præsūptio, quòd nō extabāt alia bona, quàm in eo descripta, l. tutor, qui repertoriū.ff.de administr.tut.vel saltèm inde insurgebat talis præsumptio, vt onus probandi contrarium incumberet aduersario, glos.in l.cum de lege.ff.de probat. Nam ex dicta non descriptione inducitur præsumpta probatio negatiua, quòd cum non reperiantur descripta in inuentario non sint testatoris, Bart. in l.fin.C.de reb.credit.Rolan.conf.1.n.72.lib.1. & in tract.de inuentario par.4.§.hæres cum inuentario,num.2.

Limitatur supradicta conclusio, quæ habet, quòd identitas ab eo probari debet, qui se fun-

16 dat in illa, vt non procedat, quandò † in instrumento diuisionis quædam bona enunciantur libera, nam alia censebuntur fideicommissaria, & per consequens eorum identitas non erit probanda, Decian. conf. 76. nu.9. & sequen.lib.3.

Secundò limitatur, vt non procedat, quan-

17 do † dispositio in vna tantùm re potest verificari, quia tunc illa res habetur pro certa, nec eius identitas probari debet, argumen. l.2. ff. de lib.& posthum.& l.fundus, qui locatus.ff.de fund. instruct. & facit Ias. in l. si quis in fundi vocabulo n.41.in fin. vers. quid tenendum. ff. de legat.1. Vbi inquit, quòd licèt testator nihil censeatur legare, quando dicit lego arratorium prædium, quod habeo iuxtà Titium, si eo in loco habebat pratum secundum glos. Angel.Imol. Cuman. & Alex. ibi, tamen si eo loci illum dumtaxat habebat fundum, sustinetur legatum, quod etiam tradit Mandel. de Alba.conf.10. num.7.

Verùm istud intelligitur secundùm Crauet.
18 conf.112.n.5.quando † euidenter cõstat dispo
sitionem in alia re locũ habere non posse;Nam
in d.l.2.de liber.& posthum.presupponitur pro
indubitato,quòd testator solũ haberet vnicum
filium,ideo dicendo, filius ex hæres esto,perin
dè est,ac si nominatim fuisset exhæredatus: si-
militer in d.l.fundus , qui locatus,testator lo-
cans fundum cum instrumento intelligitur lo-
care instrumentũ coloni,quando constat,quòd
testator nullum in fundo instrumentum habe-
ret; secus si non constet de hac negatiua, nam
is ad quem spectat onus probandi idẽtitatem
debet probare ipsam negatiuã, vt per Crauet.
in loco supracitato,n.6.ex not.à Bart.& Doct.
in l.in illa, ff.de verb.obligat.

Restat nunc discutiendum secundum pro-
positæ materiæ caput ; Videlicèt quomodò
identitas rei probetur;Qua in re sic est distin-
19 guendũ:Nã si res mobilis sit probatur † certis
signis,Bart.in tract.de teste,n.38.in verbo,hãc
eandẽ,Peregr.de fideicom.art.44.n.47.Veluti
si æqui cõductor vult probare æquũ in itinere
mortuum esse illũmet sibi locatum,nã hoc po-
test probare signis, Videlicèt æquũ mortuum
fuisse albi,vel nigri pili,& in frõte stellatũ sicu
ti signa hæc habebat ęquus locatus,Quo circa
si locator vult contẽdere alios reperiri æquos
eiusdẽ pili,& signi,ipse probare debet plurali-
tatem, ita intelligitur Abb. in c. auditis n. 2.
de pręscr. & Ias. in l.nõ hoc . n.11. C.vnde le-
gitimi.

20 Rei autem † immobilis , puta fundi identi-
tas probari potest multis modis.Et primò ge-
neraliter est receptum , vt sufficiat verificare
locum,in quo res existit cũ duobus cõfinibus,
iuxta tex.in l.forma,& ibi glos.in §. vicinos.ff.
de censib.Bart.in l.demonstratio falsa,in prin.
7.quęst.n.14.ff.de condit.& demonstr.& in l.si
quis in fundi vocabulo,vbi Alex.& alij de leg.
1.Ias.in §.omnium autem,n.164.Instit.de act.
Alex.conf.73.n.4.lib.3.Soc.conf.89.n.9.lib.1.
Cæsal.conf.98.n.21.Surd.conf.44.n.20.qui lo-
quitur de fideicommissario actore,& cõs.235.
sub n.11.& in emptio re idem voluit Alex.cõs.
80.n.6.lib.6.Aym.conf.198. nu.1.& Mand. de
* Alba.conf.10.n.5.qui testatur * de communi,
& tenuit Rota diuers. decis.281. par.1. & in
vna Bononien. fideicommissi de Rubeis , 15.
Decembr.1592.corã Horatio Cardin. Lancel-
lotto.

Ampliatur hæc conclusio ; Primò, vt proce-
21 dat, licèt † ex tribus confinibus expreſsis duo
conueniant,& tertiũ sit falsum,secũdum Bart.
in d.l.demonstratio falsa,n.14.& Castr.n.6.Nã
frustra additur tertia demonstratio , quando
res sufficiẽter per duas designatur, l.1,in fine,
ff.de dot. prælegat. Idem tenet Alex.in l.si in
nomine,n.2.vers.potes sic respõdere, C.de te-
stam.& conf.73.n.7.in fine, lib.3.& conf.38.n.
4.lib.5.Roland.conf.67.n.18.lib.2. Surd.conf.
168.n.45.Petr.de fideic.q.12.n.1371.Menoch.
de arbit.iudic.casu 105.n.11. qui alios allegat.
22 Limita hanc ampliationem, nisi † ageretur
de pœna euitanda,quia tunc sufficeret , quòd
vnum ex confinibus discordaret , licèt omnes
alij conueuirent,vt tradit Alex conf.35. num.
2.lib.5.Rimin. sen.conf.429. nu.14.lib.3. Me-
noch.de præsum.lib.6.præsum.15. n.31.Simon
de Præt. de interpret. vlt.volunt. lib.5. inter-
pret.2.dub.4. nu.323. Cæsal.conf.443. nu.38.
lib.3. vbi hoc modo declarat tex. in l.in testa-
mento, ff.de condit.& demonstrat.

Secundò ampliatur eadem conclusio, vt lo-
23 cum habeat, quamuis † plura alia confinia
expressa non conueniant , quia , vt rei identi-
tas probetur,adhuc sufficit, quòd duo sint ve-
ra , Bart. in d.l.demonstratio falsa , num. 14.
Ias.in d. l. si quis in fundi vocabulo , num.34.
Paul.Castr.in d.l.si in nomine,in fine,C.de te-
stam. Socin.in d.l.in testamento , §. 1. num.2.
de condit. & demonstrat. Felin.in c.cum cau-
sam, col.fin. vers. Quintò scias,de probation.
Alex.conf.35.num.3. lib.5.Dec.conf.13. nu.9.
Aym.conf.198. num.2. vers. Neque obstat , &
in responso pro genero,n.326.Ruin.conf.143.
num.2.lib.1.latè Cæsal. conf.443. num.35. &
38.Peregr.de fideicom.d.art.44. n.51.Hier.de
monte in tract.fin.regund.cap.87.n.4. Et licèt
Alex.conf.138 nu.5.lib.5. contrarium teneat,
* tamen hanc esse communem * opinionem te-
statur Decian. respons.17.nu.9. & 21.lib.3. &
Rol.conf.67.num.18.lib.2. quam paſsim Rota
sequitur,& signanter ita fuit resolutum in vna
Bononien. fideicommissi de Rubeis , 15. De-
cembris 1597.coram Horatio Cardinale Lan-
cellotto, in qua fuit dictum, quòd etiam alias
Rota noluit attendere dictum consil. Ale-
xandri .

24 Verum hæc ampliatio declaratur, vt † pro-
cedat quando demonstrationes, quæ non con-
ueniunt rei de qua agitur , non etiam alte-
ri adaptati poſsunt , secus si conueniant alijs
etiam bonis, quia tunc res ipsa incerta rema-
net, nec probata dicitur illius identitas, l.pa-
tronus,§.1.ff.de legat.3. per quem tex.sic vo-
luit Angel.in d.l.si in nomine,C.de testam. se-
quitur Socin. in d.l. si quis in fundi vocabulo,
de legat.1.Alex.cõs.73.n.8.vers.plus dicit,lib.
3.& conf.38.n.6.lib.5. & in d.l.si in nomine,n.
2.circa fi.Ruin.conf.115.n.4.lib.5. Paris.conf.
58.n.22.& 24.lib.3.Rolan.conf.67.n.19.lib.2.
Hieron.de Monte d.cap.87.num.8.

Quod intellige verum, quando demonstra-
tiones,quæ alteri prædio conueniunt sunt plu-
res , quàm duæ , vel saltem pares existunt , vt
cum ex quatuor confinibus expreſsis duo con
ueniunt vni prædio, & alia duo alteri , si qui-
dem tunc non magis istæ demonstrationes ,
quàm illæ præualere debent,sed vna probatio
elidit aliam,Doct.in l.admonẽdi ff.de iur.iur.
sicut vna præsumptio aliã tollit, ideò ille suc-
cumbit,ad quem spectat onus probãdi,cũ pari
25 † in cõcursu rei poſsidẽtis conditio sit melior,
c.in pari,de reg.iur.lib.6.Surd.cõs.235. n. 19.
26 lib.3. Secus tamen est , vbi † ex parte actoris
plures demonstrationes concurrunt,quia tunc
illæ præponderant, & sunt attendendæ , Alex

conf. 38. n.6.lib.5.præsertim si fortiores sint,
quia illæ semper attenduntur,quæ sunt fortio-
res,vt tradit idem Alex.conf.8.n.4.lib.4. benè
Iaf.in d.l.si quis in fundi vocabulo, num.32. &
Rip.ibidem nu.21.ff.de legat.1.

Tertiò ampliatur eadem conclusio, vt pro-
27 cedat † licèt qualitas rei sit mutata, vtputa si
fundus ex arratorio factus sit siluosus, nā ad-
huc sufficit,quod duo confinia concurrāt,Soc.
conf.89.col.5.vers.sed circa lib.1.Rolan.conf.
67.n.16.& sequ.lib.2. & fuit tentum per Rotā
in vna Bonon.de Māgiolis,20.Iunij 1603.corā
Coccino.Idē est licèt † sit diuersitas circa nu-
28 merum periarum,& corporū,quia hoc non im
pedit probationem,vbi confinia conueniūt;po
29 test enim † pater familias simul ad libitū suū
inngere,& diuidere terras,nec fideicommissa-
rius tenetur de tali actu quoquo modo docere
Cæsal.conf.98.n.22.& 25.lib.1.& fuit tentum
in allegata Bonon.fideicom.de Mauris, 16.Ia-
nuarij 1609.coram Horatio Card. Lancell. &
tradit Surd.conf.168. n.45.Simon de Præt. de
interpr.vlt.volunt.lib.5.dub.4.n.330.fol. mihi
554.& Petra de fideicom.q.12. n. 1371.

30 Quartò ampliatur, vt procedat † quamuis
denominatio facta per nomē propriū non con
ueniat rei de qua agitur,sed alteri, si quidem
31 magis attenditur † demonstratio, quæ fit per
ipsos confines,quàm ea,quæ fit per nomē pro-
priū, secundum glos.in d.l.si quis in fundi vo-
cabulo de legat.1.& ibi Alex.n.10. Iaf. nu.32.
Ripa n.17.& alij,Bart.in l.demonstratio falsa,
n.18.de condit.& demonstr.Ruin.conf.315.n.
15.lib.5.Hier.de Monte in d.tract.fin.regund.
c.84.in prin.Simon de Præt.d.dub.4.n.330. Et
licèt videatur obstare tex.in l.patronus,§.1.de
legat.3.vbi magis attenditur denominatio fa-
cta per nomē propriū,quàm per cōfinia,tamē
hoc ideò est, quia ibi demonstratio confinium
erat falsa,& demōstratio nominis vera,cū qua
concurrebat alia vera qualitas,quia prædium
in fines Cappadociæ erat sub cura Villici.

Excipiuntur tamen duo casus, in quibus
supradicta conclusio non procedit.Primus est,
32 quandò † demōstrationes,quibus res ipsa de-
signatur,possunt etiam in alia verificari, quia
tūc res præsumitur diuersa,l.duo sunt Titij,ff.
de testam.tut.Bart. in d.l.demonstratio falsa ,
in prin.n.15.in fi.& Castr.ibid.n.6.ff.de cōdit.
& demonstr.Ruin.cōf.115.n.3.& 14.lib.5. Af-
flic.decis.23.n.1. Debet enim de idētitate per
legitimas probationes constare , l.si creditor.
C.de pign.act.c.auditis,& ibi Felin.de prescr.
33 Vndè non † sufficit generica demonstratio, vt
per eundē Ruin.cōf.30.lib.1.& Rolan.cōf.98.
n.24.lib.3.sed necesse est,quòd deducātur ali-
qua particularia cōfinia,vel demonstrationes,
quæ rei de qua agitur solū adaptentur : Nam
si possunt alijs bonis conuenire, probatio tan-
quàm æquiuoca non releuat, l.nā hoc,C.vnde
legit.c. in præsentia de probat. cum vulgar. &
tenuit Rota in causa Ciuitatis Castelli bono-
rum,16.Iunij 1595.coram Card. Seraphino,&
in vna Bononien.fideicommissi de Rubeis,28.
Maij 1607.coram Horatio Card. Lancellotto.

34 Secundus casus est,quando † ex duabus de-
monstrationibus vna conuenit vni rei , & alia
alteri : Nam adhuc res in ambiguo ponitur ,
nec probatio valet,ita Iaf.in d.l.si quis in fun-
di vocabulo,n.34.ff.de leg.1.& Castr. in d.l.si
in nomine,n.4. & ibi Alex.C. de testam. Alba
conf.10.n.22.Surd.conf.235.n.17.lib.3.

Declarantur casus supradicti, vt non proce-
35 dant, quando † veritas concordat cū substan-
tia rei,ivt cū testator legat fundū suum positū
in tali Villa, vel prædiū suum arratoriū, & fi-
nes adiecit non veros, quia tūc præualet veri-
tas in rei substantia, licèt confines non verifi-
cētur glos.in d.l.si quis in fundi vocabulo*cō-
muniter approbata de lega.1.& Iaf.ibid.n.22.
36 Secūdò declarantur nō procedere† vbicūq;
cōstat de corpore ratione possessionis,tametsi
fines noui cū antiquis non conueniant,vt cum
nō duo cellaria,sed vnū tantum in certo loco,
quis possederit, & nunc etiam possideat,Paris.
conf.114.n.25.lib.1.Alex.conf.69.in princ.lib.
2.Affl.decis.23.nu.2.vers.Item quia,per tex.in
l.Pomponius ait si frumentū,§.fin.ff.de rei vē-
dic.& in l.in testamēto,ff.de cōdit.& demōstr.
37 Tertiò declarantur non habere locum,quā-
do res per nomen proprium sufficienter de-
monstratur, vt cū exprimitur aliquod signum
rei demonstratiuum vltrà nomen proprium ex
traditis per Natt.conf.235.n.4.lib.2. Vel cum
ipsum nomen propriū est singulare, quòd suf-
ficit ad probandam identitatem,Aret.in d.l.si
quis in fundi vocabulo n.4.de legat.1.vbi latè,
& Ruin. ibidem n.12. Soc.conf.27.n.29.lib.3.
Nat.d.conf.235.nu.13. Decian. conf.17.lib.3.
tunc enim denominatio facta per nomen pro-
prium sufficit,licèt confines falsi existāt, Bart.
in d.l.demonstratio falsa,nu.15.per tex.in d.l.
patronus,§.libertis de legat.3.& in l.qui die-
bus,§.qui dotalem de condit.& demonstr. se-
quitur Paul. de Castr.conf.117.lib.2.

38 Secundò † identitas rei probatur per vnicā
etiam qualitatē, & talis probatio tantùm va-
let,quantum facta per duos confines, Ripa in
d.l.si quis in fundi vocabulo, n.21.de legat.1.
vbi post Castren. & Alex. inquit, quòd si in li-
bello criminali narretur homicidiū fuisse cō-
missum in Platea cambiorum,locus delicti di-
citur sufficienter designatus , quod etiam vo-
luit Angel. de malefic.in verbo, Platea com-
munis,& Feliu. in c.super eo , col.1. de testib.
cogen.vbi limitat,nisi à statuto pro forma re-
quiratur probatio per confines .

Tertiò † probatur identitas rei immobilis
præsumptionibus in antiquis, Bart.in l.4.§.vn
dè quæri potest.ff.de manumis.Bald.conf.267.
lib.2.Dec.conf.42.n.9.Ruin.conf.65. n.10.lib.
5.Paris.conf.104.n.94.lib.1.Natt. conf.235.n.
5.lib,2.Siluan.conf.57.n.9. Affl.decis.23.nu.3.
Decia. conf. 17.nu.6. lib. 3. Cæsal. conf. 170,
num.25. Surd. conf.414. num.68.& decis.55.
num. 12. & fuit tentum per Rotam in dicta
causa Bononiensis fideicommissi de Rubeis ,
28.Maij 1607. coram Horatio Cardinale
Lancel-

Lancellotto; Et quicquid dicat Corn.cōſ.24.
40 & conſ.130.lib.4. ſola fama† ſufficit, & plenè
probat in antiquis fideicōmiſſis,ſicuti reſpon-
derunt Bald.conſ.265.incip.verba laudi lib.2.
Alex. conſ.69. n.1.lib.2. & conſ.139. col pen.
verſ.capio aliam dubitationē lib.6.Ruin.conſ.
50.n.16.lib.1.Pariſ.conſ 27 n.19. & 25. lib.1.
Siluan.d.conſ.57.n.5. Natt.d.conſ.235.nu.15.
* Dec.conſ.428. per tot. vbi dicit * communem
opinionē eſſe cōtrà Corneū,idē tenet Dec.cōſ.
4.n.10.& cōſ.146.n.12. Roma.cōſ.109.Sociu.
conſ.187.n.6.lib.2.Caſal.conſ.311.n.19. lib.3.
41 Vndè ſequitur† ex enunciatiua diuerſorum
notariorū identitatem probari,cum talis enū-
ciatiua in antiquis habeat vim famæ, Bald.&
Salic.in l. cū aliquis, C.de iur.delib.Aret.in c.
cū cauſam,n.21.& Feli.n.4.de probat.Acchil.
42 deciſ.5.de iure patr.Quod habet locū,etiam ſi
inſtrumenta ſint inter alios cōfecta: Nam ſi in
eis enunciatiuè dicatur de dominio, aut poſ-
ſeſsione defuncti, puta quòd eſſet deſignatus
confinis cū fundo,de quo agitur, valida & eſſi
cax reſultat probatio, ſi plura exhibeantur in-
ſtrumēta,Alex.cōſ.89.col.4.verſ.nec etiā lib.5.
43 Hinc etiam eſt,quòd coniecturæ,† quæ col-
liguntur ex ipſa nominum conformitate,iden-
titate Curiarū,& Parochiæ,vbi bona exiſtunt,
ad identitatē probandam ſufficiunt:Maximè ſi
in dictis locis non oſtēdantur aliæ res ſub eiſ-
44 dē nominibus,cū pluralitas † rei de facili non
præſumatur,ſecundùm Bald.conſ 267. lib.2.&
cōſ.70.lib.4. Affl.d.deciſ.23,Dec.cōſ.109.Soc.
Iun.conſ.127.nu.19.lib.3.latè Aym. conſ.198.
ſub n.2.& fuit reſolutū per Rotam in cauſa Ci
uitatis Caſtelli bonorum,4.Maij 1590. coram
Pampbilio, vbi allegatur alia deciſio facta in
vna Romana Domus de Amatorijs de menſe
Octobris 1587.coram Cardinale Blanchetto.
45 Quinimò † in materia antiqua ſatis eſt,
quòd verificetur locus, in quo res exiſtit, etiā
cū vno confine,ſi aliud fieri non poſſit, Corn.
cōſ.280.n.5.lib.3.& fuit tentū in dicta cauſa
Bononien.de Rubeis 15.Decemb.1597.coram
Horatio Card.Lancell. in qua fuit allegatus,
Pariſ. de Put.de reintegr. feud. fol.166.col.3.
quod, & dixerat Rota in alia Bonon. de Mal-
uetijs 27. Iunij 1582. coram Cardinale Lan-
cellotto eius Patruo.
46 Similiter † ex æſtimo teſtatoris in materia
antiqua oritur coniectura ſufficiēs, quòd res
fuerit in eius bonis, Rom.cōſ.165.vbi ampliat
etiā ſi ſcriptura æſtimi non habeat diē neque
Conſulem,ad not.in c.ad audientiā,de præſcr.
Idē tenet Alex cōſ.92.n.5.lib.2.Alba cōſ.6.n.8.
Soc.Sen.cōſ.86.n.12.lib.1.ſequitur.Rol.cōſ.4.
n.17.lib.2.& Soc.iun.conſ.205.col.2.3.& 4.
47 Quartò † ex inſtrumentis acquiſitionū de-
functi,locationibus ab eo factis, necnon libro
introituum eiuſdem identitatem rei immobi-
lis probari aduerſus hæredem grauatū,& eius
deſcendentes, penes quos bona ipſa reperiun-
tur,voluit Bald.conſ.89.n.3.& 4.lib.1.per tex.
in l.quædā mulier.ff.de rei vendic. & in l.1.C.
de acquir.poſſeſſ.vbi gloſ.Bart. & alij notant,
quòd poſſidere quis præſumitur ex titulo præ
ambulo,quod etiā paſsim tradunt,Doct.nem-
pè Crauet.conſ.91. n.9.Boer deciſ.239. col.5.
verſ.occaſione cuius,Alciat.de præſumpt.reg.
2.præſump.24.Bec.conſ.6.n.6.Peregr.de fidei-
com.art.44.nn.4.Et regulare eſt,quòd ex poſ-
ſeſsione, & detentione defuncti præſumitur rē
fuiſſe in bonis illius,niſi contrariū probetur,vt
tradit Bald.conſ.352.ad fin. n.4.lib.1.per tex.
in l. edicto, & in l. 3. ff. ne vxor pro marito,
quem refert, Aym.conſ.61.n.6.lib.1.
48 Quinto † ex inuentario bonorū,quod hæres
grauatus tenetur facere poſtulante fideicom-
miſſario ad not.per Doct.in l.cum tale, §.Ti-
tius,ff.de condit.& demonſtr.vel iuxta formā
l.fin. C. de iur.delib.identitatem rei probari,
conſtat ex l.fin.C. de arbitr. tut.& ex l.tutor,
qui repertoriū.ff.de admi.tut. & ſcribūt Bart.
& alij in d.l.fi. C.de iure delib.Pariſ.cōſ.45.n.
20.lib.2.Decian.conſ.76.n.8.& n.29.lib.3.
Sextò identitas rei immobilis probatur, ſi
49 bona † per hæredē grauatum,& deſcendentes
hæredis poſſeſſa reperiantur in loco,in quo ap
pareat ſimiliter teſtatorē bona poſſediſſe,& nō
conſtet de aliqua acquiſitione hæredum, vel
quòd ea bona diſcordent in aliqua notabili
qualitate à bonis in teſtamento deſcriptis, vt
voluerunt Fulgoſ conſ.145.col.2.verſ.rurſum.
Natt.conſ.235. n.17. & alij allegati à Peregr.
cōſ.48.n.7.& 13.& in tract.de fideicom.d.art.
44.n.22.vbi latiſſimè id proſequitur, & dicit,
ſic frequenter in iudicijs practicaſſe, & obti-
nuiſſe.Attamen iſtorum ſententiā non ità ſim-
pliciter ipſe approbandam cenſeo: Et licèt Ro
ta in d.cauſa Bonon. fideicommiſsi de Rubeis
3.Martij 1603.coram Horatio Cardinale Lan
cellotto eam tenuerit,Nihilominus eo in caſu
alia concurrebant; Nam fideicommiſſum
erat antiquum,& agebatur contra Artemiſiā,
cuius aderat confeſſio, quòd ipſa poſsidebat
bona per Bartholomæum relicta,illa deſignan
do in locis, qui concordabant cum alijs in te-
ſtamento Mini,& Neſtoris expreſsis,quæ con-
feſsio licèt eſſet reuocata, & facta à procura-
tore non habente ſpeciale mandatum, ta-
men negari non poterat, quin aliquod fa-
ceret adminiculum, cum non eſſet veriſimi-
le procuratorem id confeſſum fuiſſe abſque
conſenſu principalis. Præterea ibi non pete-
bantur vniuerſa bona à Bartholomæo poſ-
ſeſſa, ſed ſolum corpora particularia, quæ
reperiebantur in locis in teſtamento ſpe-
cificatis, in quibus non ita de facili poterat
cadere præſumptio,quòd fuiſſent ab ipſo Bar-
tholomæo de ſuo acquiſita, quia opus fuiſſet
inducere plures præſumptiones;Quod ſcilicet,
ea, quæ ex fideicommiſſo in dictis locis obue-
niſſent, alienauerit, & quòd alia in eiſdem lo-
cis acquiſiuerit. Vnde Rota in eadem cauſa
ſub die 28. Maij 1607. coram eodem Lancel-
lotto,tenuit demonſtrationem ex ſola conti-
nuatione poſſeſsionis facta per deſcendentes,

vel genericam non sufficere ad probandam identitatem; sed ita demùm probationis gra-
50 dum constituere, si aliqua † particularis, & specialis demonstratio concurrat, cum ex pluribus simul iunctis resultet sufficiens probatio, præsertim in antiquis, glos. in l.2.in verb.legitimis,ff.de execut. tut.Dec.cons.146. n.14.vers.6.& vlt.Socin.cons.86.n.4.lib.1. Paris.cons.107.n.3.lib.1.Rota diuers. decis. 310. in fin.par.2.& faciunt tradit per Gabr.de probat.conclus.1.

51 Septimò, ac vltimò † identitas probatur ex confessione partis in supplicatione, vt fuit tẽtum in dicta causa Bononien.fideicommissi de Mauris 16.Iannarij 1609.coram Horatio Cardinale Lancellotto. Item ex confessione facta
52 in † diuisione, seu transactione ab hæredibus grauatis,quòd bona sunt fideicommisso subiecta,quæ probat nedùm inter ipsos diuidentes, seù transigentes.Alex. cons.152. n.1.lib.7. sed etiam contra eorum successores siuè vniuersales,siuè singulares,Aym.cons.29.nu.11.Cæs. de Grass.decis.20.n.9. de probat. Et in terminis fideicõmissi est cons.Ruin.128.n.16. lib. 2. Marzar.in Epit.de fideicom.q.59.& tenuit Rota coram Cardinale Seraphino in vna Fauentina fideicommissi de Nicolutijs 15. Ianuarij 1582. & in vna Bononien. fideicommissi de Mangiolis 20.Iunij 1603.coram Coccino, Et facit quod voluit Castr.in cons.94.in fin.lib.2. quòd sufficit bona fuisse possessa tanquam fideicommisso supposita.

Quinimò bona probantur fideicommissaria,
53 etiam si † in diuisione, seù transactione non habeatur mentio, quòd sint supposita fideicõmisso,dummodò diuidentes, seù transigentes ipsi tanquàm fideicommissarij, & vocati fecerint diuisionem,cum hoc in casu resultet tacita confessio, quæ æquipollet expressę,cum taciti & expressi eadem sit virtus.l.cum quid,ff. si cert.pet.l.qui ad certum.ff.locat. Et ita fuit resolutum in allegata Bononien.de Mangiolis coram Coccino.

Quod intelligitur verum, nisi verba proferantur à Notario ratione demonstrationis, vt in casu decisionis factæ in causaRomana fideicommissi de Saluiatis 13.Februarij 1604. coram Penia; Vbi in diuisione fratres diuidentes enunciabantur filij,& hæredes, Et fuit dictum, quòd talis ennunciatio non obstabat, eo quia erat demonstratiua personarum diuidentium expressa per Notarium,ex qua nõ poterat elici confessio ipsorum, quòd bona diuisa essent hæreditaria, licèt secus sit,quando fratres diuidentes confitentur bona esse hæreditaria, De-
54 cian.cons.76.n.9.& 10.& seq.lib.3.Et † in dubio verbũ(hæres)stare demonstratiuè probant cõgesti à Peregr.de fideicom.art.16.n.110. Et proprium videtur verbi appellatiui (hæredes) stare demonstratiuè.l.si communis seruus, vbi
55 glos.& Docto.ff.de stipulat.seru.Et quãdo † actus ab aliquo factus potest substineri alio titulo,quàm ab hærede,nunquàm censetur factus tanquàm ab hærede.l.Iuliannus.[illegible] acq. hæred.Bart.in l.geris.n.21.ff.eod.tit.Et est regulare, quòd ad probandum bona fuisse testatoris requiritur, quòd confessio in diuisione facta sit clara,& explicita,aliàs non nocet,nec confitenti: Fit enim interpretatio, vt quanto minus ipsi confitenti præiudicet,Ant.de Butr. in c.ex litteris,il primo,in fin.de sponsal.Alex. cons. 183. nu.7. lib.5. Dec.cons.278. n.6. latè Natt.cons.161.n.5.Rimin.Iun.cons.204, n.35. Pedem.decis.29.n.10.Mohed.decis 37.Put.decis.30.lib.3.Caputaquen.decis. 189.par.1.

56 Præterea,quod dictum † est confessionem factam in instrumento diuisionis ab hærede grauato probare etiam contra singularem suo cessorem; declaratur, vt procedat dumtaxat, quando confessio emanauit antè translationem;Ruin.cons.40.n.3.& 4.lib.4.& tenuit Rota in vnaBononien.Iurisdictionis 18.Maij 1576 coram Cardinale Lancellotto;secus si emanauit posteà,quia tunc confessio auctoris nõ nocet successori,in quem ius antea translatum erat;Cuman.cons.155. n.4.vers.ad id autem Ruin.cons.177.n.4.lib.1.Rolan.cons.85. n.6.& sequen.lib.2. Surd.decis.256. n.8.& fuit tentũ per Rotam in dicta Bononien.de Mãgiolis coram Coccino die 21. Iannarij 1604. vbi fuit
57 reiecta distinctio, † quæ fiebat,quòd quando singularis successor habet ius ex causa lucratiua confessio noceat,secus si ex causa onerosa:Et ad allegata in contrariũ fuit responsum, quòd non applicabantur. Nam tex. in l.apud Celsum. §. de auctoris, & §. auctores,& vtrobique glos.ff.de dol.mal.except. nõ tangit hãc
58 difficultatem,sed loquitur † quando dolus auctoris noceat successori. Corn. autem cons.17. n.20. lib.4. loquitur in confessione voluntaria
59 tutoris,quæ † non probat contra pupillũ.l.certum.ff.de confess.in §.sed an,& ipsos;& loquitur etiã in cõfessione facta ab aduersario,quæ sibi prodesse non debet,& alteri parti obesse.

Beneplacitum,seù cõfirmatio Apostolica, an ex lapsu tẽporis præsumatur in alienatione rerum Ecclesię;& quantum tẽpus ad dictam præsumptionem inducẽdam requiratur. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ in laicos infeudari non possunt post Concilium Lateranense.*

2 *Non possunt per laicos aliquo temporis cursu præscribi.*

3 *Confirmatio Apostolica non præsumitur per lapsum temporis in concessione decimarum laicis facta post Concilium Lateranense, data etiam obseruantia inuestituræ.*

4 *Ampliatur,etiam si concurrat immemorabilis, dummodo non probetur fama priuilegij, secus si probetur.*

5 *Præscribitur cõtra Ecclesiam regulariter spatio 40 annorum.*

6 Con-

6 *Confirmatio Apostolica valida non præsumitur ex cursu temporis in alienatione rerum Ecclesiæ, vbicunq. apparet de cōfirmatione inualida.*

7 *Coniecturis locus est in incertis tantùm, non in certis.*

8 *Confirmatio Papæ inualida producta ab eo qui alienationem res Ecclesiæ impugnat, non tollit præsumptionem alterius confirmationis validæ ex temporis diuturnitate prouenientem.*

9 *Beneplacitum, seu confirmatio Papæ ex cursu temporis præsumitur in alienatione rerum Ecclesiasticarum, quando non apparet de aliqua confirmatione inualida.*

10 *Ampliatur procedere, etiam si non probetur scientia Papæ.*

11 *Item ampliatur, quamuis beneplacitum non sit expressè reseruatum.*

12 *Confirmatio Apostolica in alienatione rerum Ecclesiæ non præsumitur, nisi spacio 100. annorum quando nulla concurrit obseruantia contractus, quando autem cum temporis lapsu concurrit etiam obseruantia, sufficiunt 10. anni, si agatur de leui præiudicio, secus si de graui, quia tunc simul cum obseruantia requiritur spacium 30. annorum.*

13 *Declaratur, dummodo obseruantia sit clara, secus si sit præsumptiua.*

14 *Præsumptio solemnitatis non potest fundari super actu præsumpto.*

15 *Obseruantia debet esse vniformis.*

16 *Initium 30. annorum, qui requiruntur ad præsumendam confirmationem Papæ in alienatione rerum Ecclesiasticorum non potest sumi ab inuestituris anterioribus, quando sunt diuersæ ab vltima.*

17 *Tempus vitæ Prælati non deducitur de tempore requisitio ad præsumendam solemnitatem, seu confirmationem Papæ in alienatione rerum Ecclesiæ, secus ad effectum præscriptionis.*

SCIO non semel apud Indicum tribunalia in controuersiam deduci, an beneplacitum, seu confirmatio Papæ ex lapsu temporis in alienatione rerum Ecclesiasticarum præsumatur, & quanto temporis spacio talis præsumptio inducatur: Idcircò pro resolutione primæ partis huius quæstionis distinguendi sunt duo casus.

Primus est, quandò sumus in alienatione
earum rerum, in quibus nedùm ius resistit,
sed etiā est prohibita præscriptio, vt in infæu-
2 datione decimarum in laicos, in qua ius † ne-
dùm expressè resistit infæudationi post Con-
cilium Lateranense, cap. prohibemus, de de-
cim. Sed etiam disponit, quòd possessio non suf
3 fragetur; nec possint decimæ per laicos † ali-
quo cursu temporis præscribi ratione spiritua-
litatis, c. cū causam, de præscr. c. dudū de de-
cim. Et hoc casu per lapsū tēporis † data etiā
obseruantia inuestituræ, non præsumitur con-
firmatio Apostolica post dictum Concilium,
vt fuit resolutum per Rotam in vna Placenti-
na decimarum, 3. Iannarij 1586. coram Bu-
balo: Et ratio est, quia sicut in dictis iuribus
sublata est vis inductiua præscriptionis ex cur
su temporis, ità etiam censetur sublata vis in-
ducendi præsumptionem cōfirmationis; Aliàs
si ex lapsu temporis præsumeretur confirma-
tio frustatoria redderetur dispositio d. c. cum
causam, quæ verbis, & non rebus imposita es-
set, contra l. primam & secundam, C. com. de
legat. Quid enim prodesset prohibere decimas
posse vllo vnquàm tempore præscribi à laico, si
laicus posset allegare præsumptionem conces-
sionis Apostolicæ? Et propterea videmus, quòd
immemorabilis, quæ probat possessionem etiā
antè Concilium Lateranense, & facit, vt præsu-
matur melior titulus de mundo, non potest
4 † hunc effectum operari, vt præsumatur con-
firmatio Apostolica, quia necessaria est proba-
* tio famæ priuilegij, vt volunt magis * commu-
niter Docto. in c. cùm Apostolica, de his, quæ
fiunt à Prælat. sine cons. capit. Gabr. de præ-
script. conclus. 1. nu. 22. Et fuit decisum coram
Cardinale Blanchetto in vna Toletana deci-
marum, 27. Aprilis 1584.

Secundus casus est, quando versamur in alie
natione earum rerum, in qua licèt ius resistat,
tamen non est prohibita præscriptio, cum re-
5 gulariter † præscribatur contra Ecclesiam spa
cio 40. annorum, c. de quarta, de præscrip. Et
tunc est distinguendum: Aut enim apparet de
6 confirmatione Apostolica inualida, & † ex cur-
su temporis valida non præsumitur, Paris. cons.
27. n. 119. lib. 1. Aym. cons. 134. n. 44. Bello. cōs.
20. col. 9. vers. tertium fundamentum, & tenuit
Rota in causa Elnen. Minoriorum, 16. Decem.
7 1585. corā Orano; Ratio est quia † in in certis
tantum est locus coniecturis, & non in certis,
l. continuus, §. cum ita. ff. de verb. oblig. Vndè
solemnitas non potest præsumi perfectè adhi-
bita, si appareat de illius ineptitudine, nisi cō-
firmatio esset producta ab eo, qui alienationē
8 impugnat, quia tunc † nō tollitur præsumptio
alterius confirmationis validæ ex diuturnita-
te temporis proueniens, Crescent. decis. 21. de
probat. Put. decis. 356. lib. 1. Cassad. decis. 3. n.
7. circa finem, de procurat. Et fuit dictum in
vna Cæsaraugustana Parochialis die 8. No-
uembris anno 1599. coram Card. Pamphilio.

Aut non apparet de aliqua confirmatione,
9 & tunc communis est conclusio † beneplacitū,
seu confirmationem Apostolicam ex lapsu tē-
poris præsumi glos. in c. peruenit, & ibi Io. de
Imol. n. 11. & 12. de empt. & vend. Alex. cons. 1.
n. 20. & cons. 17. n. 8. lib. 4. & cons. 50. n. 7. lib. 5.
* Gozad. cons. 73. n. 21. qui testatur * de cōmuni,
Curt. Iun. cōs. 100. n. 31. & cōs. 313. n. 97. lib. 3.
Ampliatur primò hæc conclusio, vt proce-
10 dat etiam si non probetur scientia Papæ secun
* dùm magis veram, & communem * opinionē,
Alex. cons. 27. n. 8. lib. 4. & in l. qui in aliena

nu.11.verf.& propterea.ff.de acquir. hæredit. Socin. conf. 254. nu.4. lib.2. Corn. conf.181. nu.21.lib.2. & de * communi Curt.Sen. conf. 76.nu.3.Dec.conf.36. nu.8. verf. vltimo non obftat.Gemin.conf.87. verf. fed, & quantum ad hoc, Franc.Marc.decif.473.n.3.Grammat. decif.79.nu.2.

11 Secundò ampliatur, quamuis † beneplacitum non fit expreſsè reſeruatum, nam licèt aliqui velint, quòd ad inducendam hanc ſolemnitatis præſumptionem ſit neceſſarium, quòd illud enuncietur, tamen * communis opinio eſt, quòd huiuſmodi enunciatio non requiratur, vt optimè tradit Felin. in c.Albericus.nu.4.verſ. ſi autem in inſtrumento, de teſtib. & ita ſæpius fuit in Rota deciſum, vt apud Put.deciſ.365.nu.3.& 7.lib.2. & in vna Caualicen. coram Io.Baptiſta de Rubeis, 10. Ianuarij 1575.& in vna Romana Caſalis Longhezzæ, 28.Iunij 1583.corã Card. Seraphino.

Circa ſecundam partem quæſtionis, videlicet, quantum tempus requiratur ad huiuſmodi confirmationem præſumendã, ſimiliter eſt
12 diſtinguendum. Nam aut nulla † concurrit obſeruantia contractus, ſed ſolum allegatur tẽporis diuturnitas, & requiruntur 100.anni, vt notatur in d.c. Albericus, & poſt alios tradit Gabr.conſ.36.n.52.lib.1. Aut cum temporis lapſu concurrit etiã obſeruantia, & tunc ſi de leui præiudicio agatur, ad præſumendã ſolemnitatem ſufficiunt 10.anni, l.ſi filius. C.de pet.hæred.Aym.de antiquit.tempor. par.3. in princ.Secus quando de graui præiudicio agitur, quia lapſus decem annorũ non ſufficit, ſed cum obſeruãtia requiritur ſpacium 30. annorũ, Imol.in d.c.peruenit n.10.verſ.nota ex prædictis, de empt.& vendit. Felin.in c.ſicut n.31. verſ. ſecundò aduerte de re indic. qui licet in fine relinquat cogitandũ, tamen hanc opinionem tenet in c.illud n.6.in fin.verſ.Secundò eſt aduertendũ, de præſumpt.& in d.c.Albericus, propè fin.verſ.quod limita, de teſtib. Idem tenet Socin.Iun.in l.ſciendum n.48.de verb.obl. Alex.conſ.1.n.20.vbi Apoſtil. & conſ.17.nu.8. lib.4.Curt Iun.conſ.200.num.31. & conſ.213. num.97.lib.3.Dec.conſ.442.n.33.

Et quod minus tempus 30. annorum non ſufficiat hoc in caſu etiam concurrente obſeruantia optimè, vt ſuprà diſtinguendo defendit Gabr.qui de veriori, & magis * communi teſtatur, in d.conſ.36.n.49.51.& 52.lib.1. & fuit reſolutũ per Rot. in vna Senen. Prædij die 8. Octobr.1584.coram Cardin. Pamphilio, & in Neapolitana fundaci relata in 2. par. diuerſ. deciſ.179.& in pluribus alijs cauſis.

13 Sed iſtud intelligitur, dummodò † obſeruantia ſit clara, & aperta, ſecus ſi ſit præſumptiua, nã ſuper actu præſumpto, nec plenè pro-
14 bato non poteſt † præſumptio ſolemnitatis fundari, ne ſcilicèt inducantur duæ præſumptiones, nẽpè actus geſti, & ſolẽnitatis contrà doctrinã Bald.& aliorum in l.1.C.de dot promiſſ.Bero.conſ.160.n.13.lib.2.optimè ad propoſitum Ruin.conſ.29.n.3. verſ.non obſtat, & n.59.lib.4.Alex conſ.50.n.7. Lib.5. Crot. conſ. 46.n.15.& ſequ.lib.1.Gabr.de præſumpt.concluſ.1.n.72.& tenuit Rota in d.Placentina decimarum, 3.Ianuar.1585.coram Bubalo, & in Elnen.Mineriorũ 16.Dece.1585.corã Orano.

Prætereà ſciendum eſt, quod non ſufficit ob-
15 ſeruantiam probare, niſi etiam illa † vniformis exiſtat, quia de diformi non eſt habenda ratio, l. nemo alieno, §. temporalis.ff.de reg. iur.Bart. in l.2 in princ. n.22.ff.ſolut.matrim. Dec.conſ.8.poſt n.4.verſ.nam quandoq. poteſtas, & cõſ.11.n.12.Cravet conſ.379.n.16. lib.
16 3. Hinc eſt, quod † initium 30. annorum non poteſt ſumi ab inueſtituris anterioribus, quando ſunt diuerſæ ab vltima, vt fuit reſolutum in vna Carpen. ſeu nullius bonorum 13. Maij 1602.coram Ludouiſio.

17 Item ſciendum, quod † in conſiderando tẽpore ad effectum præſumendi ſolemnitatem, ſeu confirmationem Papæ non eſt deducendũ tempus vitæ Prælati alienantis, licèt ſecus ſit ad effectum præſcriptionis, vt fuit tentum in cauſa Lunen.Sarzanen.terrarũ 20.Iunij 1575. corã Cotta, & in vna Romana Caſalis 21.Maij & 28. Iunij 1593.coram Cardin. Seraphino.

In alienatione rei Eccleſiæ poſt obtentum beneplacitum, an ſit locus pœnitentiæ. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiæ locus eſt in contractu alienationis rei Eccleſiæ antè beneplacitum Papæ, illo autem obtento partes non poſſunt amplius pœnitere, etiam antequam ſequatur ſententia per executores ferenda.*

2 *Conditio (ſi alienatio cedat in euidentem vtilitatem,) quæ apponitur in mandato de confirmando alienationem rei Eccleſiæ, non ſuſpendit gratiam nec facit beneplacitum conditionale quòad eius ſubſtantiam.*

3 *Clauſula, (quatenus idoneus reperiatur,) poſita in gratia in forma dignum, non reddit gratiam conditionalem quòad eius ſubſtantiam, ſed tantum reſpectu executionis, & prouiſionis faciendæ, quæ eſt dilata in tempus poſtquam idoneus fuerit repertus.*

4 *Conditio de præterito, vel præſenti non ſuſpendit.*

5 *Pœnitentiæ non eſt locus in alienatione rei Eccleſiæ poſt obtentum beneplacitum, etiam reſpectu ſucceſſoris, qui alienationi non conſenſit, dummodo beneplacitum fuerit impetratum in vita prædeceſſoris qui alienauit.*

6 *Nouus conſenſus ſucceſſoris in alienatione rei Eccleſiæ, an requiratur obtento beneplacito.*

7 *Requiritur matrimonio contracto in gradu prohibito, etiam poſt Papæ diſpenſationem, & num. 9.*

8 Alie-

8 *Alienatio rerũ Ecclesiæ absque beneplacito Apo-
stolico habet implicitum statum validitatis sal-
tem Ecclesia non reclamante.*
10 *Quando est cõfirmata, sed nulliter, est in electio
ne Ecclesiæ, an velit stare contractui, vel potius
ab eo recedere.*
11 *An possit reuocari post porrectam supplicatio-
nem ante tamen expeditum beneplacitum, si po-
stea fuit expeditum per verbum fiat, remissiuè
traditur.*

PVLCHRA est, & vti
lis admodum dubita-
tio, An in cõtractu alie
nationis rei Ecclesiæ
post obtentum benepla
citum sit locus pœniten
tiæ; In qua quæstione
concludendum est ne-
gatiuè, licet nondum
sit sequuta sententia cõfirmatoria vigore bre-
uis si in euidentem, dummodo beneplacitum
1 Apostolicum expeditũ fuerit; Nam † quamuis
ante beneplacitũ sit locus pœnitẽtiæ, in quibus
terminis loquitur Put. decis. 353. in vna Cæ-
saraugustana lib. 1. Accorãbon. decis. 9. Achil.
decis. 2. pact. Caputaquen. decis. 12. par. 3.
Rota diuers. decis. 573. n. 2. par. 1. Tamen post
obtentum beneplacitũ partes non possunt am-
plius pœnitere, neq; à contractu resilire, etiam
antequam sequatur sententia per exequutores
ferenda, Paris. cons. 1. n. 129. lib. 1. Cefal. cons.
91. n. 9. lib. 1. Bald. cons. 475. n. 7. lib. 1. & ita
pluries fuit resolutum per Rotam, vt in causa
Leodien. Domorum 10. Maij 1576. coram Io.
Baptista de Rubeis, & in vna Romana locatio-
nis 4. Iunij 1584. coram Cardinale Blanchet-
to, & in vna Nullius emphyteusis 15. Nouem
bris 1607. coram Horatio Cardinale Lancel-
lotto: Ratio differentiæ est, quia ante obten-
tum beneplacitũ, conditio super qua fuit con-
tractum non est purificata; Vnde licitum est
pœnitere, cum alienationi ius resistat c. si quis
presbyterorum, vbi Doctores, de reb. Eccles.
non alien. Sed illo obtento cessat iuris resisten
tia, & consequenter conditio suspensiua appo-
2 sita in contractu amplius non durat: Illa † ve-
ro, si alienatio cedat in euidentem vtilitatem,
quæ apponitur in mandato de confirmando,
cum respiciat tempus initi contractus, non su-
spendit gratiam, nec facit beneplacitum con-
ditionale quo ad eius substantiam; Quia li-
cet sit impedita executio beneplaciti Aposto-
lici, quæ est dilata in tempus, postquam de
euidenti vtilitate constiterit, nihilominus effe-
ctus Breuis statim ab initio operatur; Nam
quòd cedat, vel non cedat in euidentem Eccle
siæ vtilitatem, est omninò certum in rerum na
tura, licet nobis incognitum, & propterea il-
lius liquidatio non suspendit effectum benepla
citi, vt fuit dictum in allegata Leodien. & be-
ne facit quod aliàs voluit Rota in vna Burgen.
Canonicatus 28. Aprilis 1597. coram Cardi-
nale Pamphilio, vbi agebatur de clausula (qua-
tenus idoneus reperiatur, &c.) posita in gratia
in forma dignum, Et fuit dictum, quòd cum
3 hæc clausula † respiciat qualitatem idoneita-
tis, quæ de iure inest, & potius sonet in mo-
nitionem executoris, vt intelligat, qualis de-
beat esse ille, cui prouidetur, glos. in Clem. 1.
in verbo, reperiantur, de offic. deleg. Rota de-
cis. 4. n. 4. de filijs presbyt. in . . non reddit
gratiam conditionalem, quoad eius substan-
tiam, sed tantum respectu executionis, & pro-
uisionis faciendæ, quæ est dilata in tempus,
postquam idoneus fuerit repertus: Quamuis
enim ista conditio impediat executionem gra
tiæ, donec constiterit de idoneitate impetran-
tis, tamen non impedit acquisitionem, si in rei
veritate impetrans sit habilis, & sic ista suspẽ-
sio est circa executionem, non circa acquisi-
tionem, cum qualitas idoneitatis sit pura, &
certa in rerum natura, licet à nobis ignorata
4 ante examen, & † conditio de præterito, vel
de præsenti non suspendit, l. cum ad præsens.
ff. si cert. pet. l. institutio talis. ff. de condit.
institut.

Ampliatur supradicta conclusio, vt locum
5 habeat etiam † contra successorem, qui alie-
nationi non consensit, dummodo beneplaci-
tum fuerit impetratum in vita prædecessoris,
qui alienauit, siquidem stante Apostolico con-
sensu, si contractus est vtilis, Prælatus succe-
dens non potest pœnitere, nec tollere ius iam
alteri acquisitum, Alex. cons. 27. nu. 4. lib. 3.
& ita fuit tẽtum per Rotam in vna Bononien.
transactionis, quinta Decembris 1607. coram
6 Coccino, In qua ad obiectum, † quòd obtento
beneplacito esset necessarius nouus consensus,
iuxta tradita per Doct. & præsertim Abb. in
c. super eo, n. 8. de condit. apposit. fuit respon
7 sum, quòd Abbas loquitur † in matrimonio cõ-
tracto in gradu prohibito, quo casu deficiunt
consensus, & verba, quia personæ non sunt ha
biles ad contrahendum, & sic deficit materia,
& forma, propterea requiritur nouus consen-
sus post dispensationem, secus est in casu isto,
8 quia † alienatio rerum Ecclesiæ absque bene-
placito Apostolico habet implicitum statum
validitatis, saltem Ecclesia non reclamante,
Cassad. decis. prima, n. 2. de locat.

Aliam ipse rationem differentiæ assigno, vt
in alienatione rerum Ecclesiæ iste nouus con-
sensus non requiratur, quia intentio Papæ est
confirmare quod gestum fuit, secus quando
9 Papa † dispensat in gradu prohibito, nam eius
intentio est solum dare facultatem contrahen
di, non autem approbandi, & ratum haben-
di, quod illicitè gestum fuit; Vnde nil mirum
si nouus consensus sit necessarius, vt per Card.
in d. c. super eo, & ibi Præposit. n. 5. Aret. con-
sil. 142. Siluestrin. in verbo matrimonium col.
3. quæst. 9 Sot. super 4. distinct. 29. q. 2. art. 1.

Limitatur ècontra eadem conclusio, vt non
10 procedat, quando alienatio † esset confirma-
ta, sed nulliter, quia nõ posset peti, vt de nouo
con-

contraheretur, nec ad id Ecclesia cogi posset; sed eius esset electio, an vellet stare cõtractui, vel potius ab eo recedere, c. si qua. 12. q. 2. glos. in c. 1. vers. sed vacante, vbi omnes, ne sede vacan. Innoc. & alij in c. 1. de his quæ fiunt à Prælat. Cassan. in consuet. Burgun. rub. 4. §. 1. n. 26. & sequen. Pinell. in l. 1. par. 3. n. 32. C. de bon. mater. Put. decis. 310. lib. 2. & fuit tentum in causa Cortonen. bonorum 3. Iulij 1589. & 26. Ianuarij 1590. coram Cardinalo Platto.

11 An autem † liceat reuocare alienationem post porrectam supplicationem ante tamen expeditionem beneplaciti, si posteà fuit expeditum per verbum fiat, Vide Afflict. decis. 253. vbi multa ad materiam.

In emphyteusi Ecclesiastica, An appellatione filiorum legitimorum, & naturalium legitimati per rescriptum comprehendantur. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum legitimorum, & naturalium appellatione in emphyteusi Ecclesiastica continentur legitimati per rescriptum.*

2 *Filij naturales non succedunt in emphyteusi Ecclesiastica, nisi ab habente potestatem fuerit deleta talis macula.*

3 *Filiorum legitimorum appellatione in emphyteusi Ecclesiastica veniunt incestuosi, vel sacrilegi, dummodò sint legitimati ab habente potestatem.*

4 *Item veniunt nati ex Sacerdote, vel Moniali professa, vel ex vtroque simul.*

5 *Ampliatur, etiam si sint legitimati à Comite Palatino habente plenitudinem potestatis.*

6 *Comes Palatinus non potest ex simplici potestate legitimare eum, quem Papa ex ordinaria potestate non legitimasset, nisi ex Principis liberalitate habeat plenitudinem potestatis, quo casu potest etiam legitimare genitum ex Sacerdote, vel Moniali professa, non obstante defectu duplicis defectus, & impedimenti.*

7 *Comes Palatinus habens plenitudinem potestatis potest legitimare prolem susceptam ex vxorato, & moniali.*

8 *Legitimatio non impeditur ex cõcursu plurium defectuum, quando apparet Principem voluisse, ne talis concursus noceret.*

9 *In priuilegio Comitis Palatini sufficit expressè fuisse datam facultatem legitimandi in genere quoscũque spurios, incestuosos nefarios, vt quælibet species spuriorũ, incestuosorũ, & nefariorum dicatur verè comprehensa.*

10 *Filij Sacerdotum interdùm incestuosi, interdùm spurij nominantur.*

11 *Filij Monialium dicuntur nati ex incestu.*

12 *In priuilegio Comitis Palatini, in quo specialiter, & in indiuiduo derogatum fuit Auth. quib. mod. nat. effic. sui. §. fin. cõprehenduntur etiam nati ex sacrilegio, vel monachatu.*

* RECEPTA * est Doctorum opinio, quòd in emphyteusi Eccle-
1 siastica † appallatione filiorum legitimorum, & naturalium, continentur legitimati ab habente potestatem, ad tradita per Bero. in c. in præsentia. n. 331. de probat. quicquid dical Bald. in c. quę in Ecclesiarum. n. 34. de constit. Nam licèt repugnet menti Ecclesiæ, quæ est mater pudicitiæ, quòd naturales succedãt,
2 tamen † hoc cessat vbi ab eo, qui habet potestatem, fuit deleta hæc macula, vt per Bero. in locò præallegato. n. 337. & tenuit Rota in causa Bononien. de Bologninis 21. Martij 1568. coram Cerdinale Seraphino.

3 Quinimò etiam † si solùm legitimi sint vocati, adhuc veniunt incestuosi, vel sacrilegi, vt
4 puta nati † ex Sacerdote, vel Moniali professa, vel etiam ex vtroque simul, dummodò sint legitimati ab habẽte potestatem, veluti à Papa, qui potest delere talem maculam, ad glos. in c. in §. fin. in verb. participium. Auth. quib. mod. nat. effic. sui, Bald. in l. & si contra in fine, C. de nupt. Calder. cons. 3. in fine, qui fil. sint legit. Signorol. cons. 127. Socin. cons. 47.
* n. 19. lib. 4. de * cõmuni Rolan. cons. 12. nu. 34. lib. 4. quam opinionem Rota amplexa fuit etiam in filio Episcopi apud Caputaquen. decis. 146. par. 2. & de nato ex Moniali professa tradit Bald. in l. eam quam, n. 38. C. de fideicom & in Authen. si qua Illustris. n. 5. C. ad Orficianum, & in c. super his, col. 3. de rescript. Ias. cons. 11. n. 2. lib. 3. Dec. cons. 55. nu. 4. Bero. cons. 168. n. 4. lib. 2.

5 Idem est † si essent legitimati à Comite Palatino habente plenitudinem potestatis, quia
6 licèt Comes Palatinus † non valeat ex simplici potestate legitimare eum, quem Papa ex ordinaria potestate non legitimasset, vt pe Castr. cons. 180. sub nu. 1. lib. 1. Alex. cons. 67. num. 6. lib. 1. Secus tamen est, si Principis liberalitate habeat plenitudinẽ potestatis. Bald. cons. 372. n. 2. lib. 1. Alex. vbi suprà in fine, Paris. cons. 5. n. 3. & sequen. lib. 1. tunc enim potestas Comitis adequatur potestati Principis, Capra cons. 2. n. 3. Rolan. cons. 12. n. 32. lib. 4. Itaut posit etiam legitimare genitum ex Sacerdote, & Moniali professa, non obstante concursu duplicis defectus, & impedimenti, pront legiti-
7 mare † potest prolem susceptam ex Moniali, & vxorato, vt respondit Bald. cons. 306. lib. 2.
8 Siquidem concursus † defectuum in persona legitimanda consideratus ab Oldrad. cons. 247. num. 2. & ab Alex. cons. 129. lib. 1. & Dec. cons. 338. n. 6. ad impediendum effectum legitimationis non nocet, quandocunque apparet Principem voluisse, ne noceret, Bald. in d. l. eã quam nu. 36. C. de fideicom. Felin. in c. postulasti. n. 7. de rescript. Ruin. cons. 73. n. 13. lib. 3. Bero. cons. 127. n. 18. lib. 2.

Et ad

9 Et ad hunc effectum † sufficit in priuilegio
Comitis expresse fuisse datam facultatem le-
gitimandi in genere quoscunque spurios, ince
stuosos, nefarios, vt quælibet species spuriorũ,
incestuosorum, & nefariorũ dicatur verè com-
prehensa, ad l. siquidem earum. §. interemptũ
de legat. 3. Bald. in l. 2. n. 3. C. de iur. iurand.
Couar. de spons. par. 2. c. 8. §. 8. n. 8. & conse-
quenter includantur tàm filij Sacerdotum, à
10 qui † interdum incestuosi, interdum spurij no
minantur, vt per glos. in l. 2. in verbo, filij, &
ibi Doct. C. de Episc. & Cleric. Imol. in cap. vt
clericorum, n. 8. de vita, & honest. Cleric. Anan.
in cap. significauit, n. 4. de adulter. Hostien. in
summa eod. tit. in princ. Quàm filij monjaliũ,
11 qui † dicũtur nati ex incestu, ad tex. cum glos.
in c. impudicas, & in c. virginibus 27. quæst. 2.
Diaz in praxi, c. 71. Io. Royas in Epitom. de
succes. ab intestato. c. 1. n. 19. & de * communi Clar. in praxi crimin. §. incestus, Et nefariorum appellatione continentur, ad glos. in l. si quis posthumus §. si filium, in verb. ducere de liber, & posthum. vbi Ias. n. 36. Et multò ma-
12 gis † si in priuilegio specialiter, & in indiuiduo
derogatum fuit Athen. quib. mod. naturales
effic. sui. §. fin. vbi expresse mentio fit de omnibus natis ex complexibus aut nefarijs, aut incestuosis, aut damnatis, inter quos procul dubio comprehẽduntur nati ex sacrilegio, vel monachatu: Siquidem clausula non obstante d. §. fin. omnia supplet, vt in terminis, ait Bald. in d. authen. si quę Illustris, n. 5. C. ad Orfician. & sequitur Castren. cons. 41. lib. 2.

Aduersus præscriptionem quadragennariam, an detur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ, & qualis ignorantia requiratur. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum datur aduersus præscriptionem quadragennariam ex capite ignorãtiæ.*

2 *Declaratur dummodo ignorantia fuerit iusta, seu probabilis, & circa quam nulla interuenerit negligentia.*

3 *Restitutio in integrum, vt detur aduersus præscriptionem quadragennariam opus est, vt nedum quis ignoret alium rem suã possidere, sed ignoret rem illam ad se pertinere, vel in ea ius sibi competere.*

4 *Ignorantia probabilitas non præsumitur, nisi concurrentibus coniecturis.*

DISPVTANT Doctores nostri, An aduersus præscriptionẽ quadragẽnariam ex capite ignorantiæ restitutio in integrum detur? Quę disputatio non est leuis, vt colligitur ex traditis per Crauet. cons. 201. nu. 34. Tiraquel. de retract. ligñ. §.
35. & sequ. & Couar. in regula possessor in 3.
1 Receptior * tamen est † affirmatiua sententia, quàm tenuit glos. in l. qui filium. §. Sabinus ad Trebellian. Bart. in l. Aemilius, n. 5. ff. de minor. & in l. cum filius. §. in hac de verb. oblig. & in l. 2. C. si à die vend. pign. Curt. Sen. cons. 58. n. 1. Cozad. cons. 56. n. 10. Socin. Iun. cons. 70. n. 18. & sequen. lib. 1. & de communi * Mandel. cons. 634. n. 2. Et hanc vti veriorem Rota sæpius fuit amplexa in terminis præscriptionis statutariæ, vt in impressis diuers. decis. 39. nu. 9. par. 3. lib. 2. & apud Pereg. decis. 43. in vna Bononien. hęreditatis lib. 2. Chissan. decis. 153. Caputaquen. decis. 207. par. 3. & fuit resolutũ in vna Romana Domus de Morouibus 13. Nouembris 1579. coram Io. Baptista de Rubeis, & coram Vicecomite in causa Tiburtina affrancationis, 2. Ianuarij 1585.

Declara, vt hæc conclusio * communis pro-
2 cedat dummodo † ignorantia fuerit iusta, seu
probabilis, vt volunt Bald. in c. licet, col. 1. de supplen. neglig. Prælat. Roman. cons. 117. col. fin. & cons. 341. in fine. Aret. cons. 15. in fine, & est * communis opinio Doct. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell. & per Alex. cons. 3. n. 4. lib. 3. & cons. 71. lib. 1. Dec. cons. 262. in fine, & cons. 266. circa fin. cum relatis à Tiraquel. vbi supra. §. 35. glos. 4. nu. 33. Roland. cons. 59. n. 21. lib. 4. Bellon. cons. 46. n. 16. Ideo quælibet ignorantia nõ sufficit, sed ea tantum, quæ ex omni parte sit excusabilis, & circa quã nulla interueniat negligentia secundum Felin. in c. vigilanti, num. 4. de præscript. Albam. cons. 18. n. 1. post alios ab ipso relatos, quod non est, quando ex coniecturis arguitur scientia etiam si sint remotæ, vel quando habuit in genere notitiam, aut quando tenebatur inuestigare, vt fuit tentũ per Rotam in vna Romana Saluiani interdicti 28. Ianuarij 1602. coram Iusto, & in alia Romana deuolutionis tenimenti 27. Iulij 1576. coram Robusterio, Et rursus de eodem anno 14. Maij in vna Florentina iurispatronatus coram fel. record. Clemente Papa Octauo, tunc Auditore, in qua secundum opinionem multorum fuit etiam di-
3 ctum, quòd ad obtinendum † hanc restitutio-
nem in integrum, opus est, vt nedum quis ignoret alium possidere rem suam, sed etiam ignoret illam rem ad se pertinere, vel in ea ius sibi competere, vt per Felin. vbi supra sub num. 4. vers. secundo contra dictum Petri: Et talis
4 † probabilitas ignorantiæ non præsumitur, ni
si concurrant coniecturæ, ex quibus præsumi possit, vt per Bald. in l. prima, num. 2. C. ad Macedonianum.

Probatio famæ priuilegij an sit necessaria per spacium 40. annorum ante litem motam, vel minus tempus sufficiat ad effectum, vt immemorabilis in decimis laico suffragetur. Cap. XVII.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fama priuilegij requisita, vt immemorabilis laico in decimis suffragetur debet probari per tempus diuturnum.*

2 *Possessio sola immemorabilis nō suffragatur laico possidenti decimas Ecclesiæ, nisi concurrat vel fama priuilegij, vel recognitio feudalis.*

3 *Qualitas necessaria ad aliquem actum debet adesse, et consequenter probari de tempore, quo necessaria est ad dictum actum.*

4 *Recognitio feudalis, vt immemorabilis laico in decimis suffragetur, debet probari per totū tempus, quo probatur ipsa possessio, & n. 8.*

5 *Fama priuilegij ad effectum, vt immemorabilis laico suffragetur in materia decimarum, non est probanda per 40. annos, sed sufficit, vt probetur per aliquod tempus diuturnum, quod quantum sit remittitur arbitrio Iudicis, & num. 7.*

6 *In probanda vnione requiritur immemorabilis, et quòd beneficia fuerint possessa tanquā vnita.*

9 *Testes deponentes de fama diuturna operantur quod retro fuerit semper ipsa fama.*

10 *Probata possessione antiqua potest allegari titulus concessionis, nec requiritur probatio de tempore possessionis verè, sed præsumptiuè, quod probatur per famam.*

POSITVM est in ore omnium, quòd ad hoc, vt immemorabilis laico decimas spirituales possidenti suffragetur, fama priuilegij Apostolici probari debeat per aliquod tempus, & id quidem diuturnum,
1 † quoniam de hoc nat.emus inter alias doctrinam Felin. quam Rota agnoscit pro vera in c.causam n.3. de præscript. dum, ait, præsumptionem priuilegij induci ex probatione temporis immemorabilis cum diuturnitate famæ, & in c.cum contingat, n.4. in fine, de foro compet. vbi requirit famam continuam, & sic habentem tractum temporis: Et idem comprobari potest exemplo famæ necessariæ ad probationē immemorabilis, quæ secundum gloss. & Doct. in c.1. de præscript. in 6. probanda est esse, & semper fuisse. Nam quamuis aliqui existiment dictionem illam (semper) in praxi non recipi, tamen non negant, quin necessaria sit probatio non solum, quòd fama sit, sed etiam quòd fuerit.

Verum difficultas est, quomodo intelligenda sit ista diuturnitas, An de quadraginta annis, an etiam de minori tempore? Et dubium
2 facit, quia cum sola possessio† immemorabilis non suffragetur laico possidēti decimas Ecclesiæ, nisi concurrat vel fama priuilegij, vel recognitio feudalis, vt fuit tentum in illa Toletana decimarū 27. Aprilis 1584. coram Cardinale Blanchetto, & aliàs sæpe; vtique necesse videtur, quòd in probanda fama priuilegij, testes deponant de toto tēpore, quo probatur etiam ipsa possessio, & sic per 40. annos, per quos etiā ipsa possessio probanda est, iuxta not. in d. c. 1.
3 de præscript. lib. 6. Quia † qualitas necessaria ad aliquem actum debet adesse, & sic probari de tempore, quo necessaria est ad dictum actū, vt latè per Paris. cons. 62. n. 38. lib. 4. Aliàs si fama non probetur simul cum possessione, dabitur tempus, quo aderit possessio, & non aderit fama priuilegi, & sic remanebit detentatio, quæ non sufficit.

4 Accedit, quòd recognitio † feudalis, quam loco famæ priuilegij sufficere putāt, debet probari per totum tempus, quo probatur ipsa possessio Gemin. in c. 2. §. fanè, n. 6. de decim. Alex. cons. 169. n. 4. lib. 2. Dec. cons. 144. n. 4. & fuit resolutum per Rotam in eadem Toletana 7. Nouembris 1584. Ergo idem dicendum videtur de fama priuilegij, cum hæc duo parificentur per Rotam, nempè quòd vel probetur recognitio, vel fama priuilegij.

Sed istis non obstantibus opinio contraria est amplectenda tanquā verior, quòd imò suf-
5 ficiat † probare famam priuilegij cum diuturnitate, non autem spatio 40. annorum, quam sententiā tenuit Rota coram Orano 8. Februarij 1588. & fuit opinio Felin. in d. c. causā n. 3. de præscript. vbi dicit, quòd oritur præsumptio priuilegij probata diuturnitate famæ: Idem in effectu dicit in d. c. cum contingat, n. 4. in fine de foro compet. vbi inquit, quòd si enim possessione immemorabili cōcurrat fama priuilegij, tunc præsumitur pro priuilegio, & non dicit, quòd concurrat fama priuilegij spatio 40. annorum: Et quamuis alleget simile vnionis, tamen diuersi sunt termini, quia in † probāda
6 vnione requiritur immemorabilis, & quòd beneficia fuerint possessa tanquàm vnita, namq nō sufficit probare possessionem duorum beneficiorum, nisi etiam probetur fuisse possessa tanquam vnita, tunc enim fama inclusa in immemorabili ita continuata inducit probationem vnionis saltem præsumptiuè, & ita loquitur Io. Andr. in c. quæ contra, in fin. de reg. iur. Sed hic fama priuilegij non requiritur, quòd sit inclusa in probatione immemorabilis, sed sufficit, quòd separatim probetur per aliquod tem-
7 pus diuturnum, quod † quantum sit remittitur arbitrio Iudicis secundum subiectam materiam, Menoch. de arbitr. cas. 3.

Non obstat, quod dicitur de recognitione feudi ex doctrina Geminiani, & aliorum, quia loquuntur, quando quis vult se tueri, quia possedit decimas vti vassallus, tūc enim in proban-
8 da † immemorabili debet etiā includere, quod semper possedit vti vassallus, & Ecclesiam semper fuisse in possessione seruitiorum: Et hoc ideo est, quia illa possessio est qualificata, quòd vti Vassallus, secus est in probatione famæ priuilegij, quæ est quid separatum à possessione, & ideo cessat illa regula, quòd qualitas requisita ad aliquem actum, debet adesse, & pro-

& probari de tempore, quo est necessaria ad illum actum: Quia hic non sumus in qualitate possessionis, sed in probatione pænitus separata, quia aliud est probare famam priuilegij, aliud probare possessionem immemorabilem.

Illud vero argumentum, quod si fama non probetur simul cum possessione remanet detentatio, quæ non sufficit, non concludit, quia
9 † testes deponentes de fama diuturna operantur, quòd retrò fuerit semper ista fama Ruin. consil. 143. n. 20. in fin. cum sequen. lib. 5. Cesal. consil. 56. n. 25. Et facit quod dicitur in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æstiua.
10 quòd † probata possessione antiqua possum allegare titulum concessionis, & sic nò requiritur probatio de tempore continuatæ possessionis verè, sed præsumptiuè, quod probatur per famam, benè Rolan. consil. 66. n. 48. lib. 2. Bellon. consil. 1. num. 6.

Successor singularis quando teneatur stare locationi factæ à prædecessore. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Successor singularis non tenetur stare locationi facta à suo Prædecessore.*
2 *Limitatur in eo, qui non succedit iu plenum ius auctoris sui.*
3 *Item in eo, in quem fit necessaria translatio, veluti per sententiam Iudicis.*
4 *Ius tertij in translatione, quæ fit per per Iudicem, semper reseruatum censetur.*
5 *Successor beneficij tenetur stare locationi facta à Prædecessore nomine Ecclesiæ, secus si fuerit facta nomine proprio.*
6 *Ampliatur, quamuis Prædecessor successorem obligauerit.*
7 *Item quamis annus, quo Prædecessor decessit, sit primus locationis, & conductor anticipate affictum soluerit, dummodo terra nō fuissent satæ, & fructus pendentes colligendum.*
8 *Venditor redimens rem alienatam cum pacto de retrouendendo tenetur stare locationi facta ab emptore, quamuis fuerit facta per plures annos, & num. 11.*
8 *Mulier locationi fundi dotalis per maritum factæ matrimonio soluto stare debet.*
10 *Dominus rei tenetur stare locationi facta ab eo, qui habet plenam administrationem.*
12 *Successor singularis tenetur obseruare locationē Prædecessoris, quando in instrumento Conductor habet hypothecam, licèt non specialem, sed tantum generalem, & n. 14.*
13 *Iuramentum obligat præcisè ad obseruantiam.*
15 *Conductor ad continuādam locationem cogitur, in illis casibus, in quibus successor singularis illi stare tenetur.*
16 *Dispositum in vno ex correlatiuis habet locum in alio.*

QVÆ-

QVÆSTIO iuris est frequens apud Iudicū subsellia, an successor singularis teneatur obseruare locationem factam à Prædecessore?
1 Et regulariter † non teneri est resoluendum per tex. in l. emptorem C. locati, Alex. cons. 118. lib. 5. & cæteri, quos refert Ant. Gomez. tom. 2. var. resol. cap. 3. n. 9. vers. item quæro.

Sed ista conclusio multas patitur limitationes, quas prosequitur idem Alex. in l. si filio familias. §. si vir in quinquennium, ff. solut. matr. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 15. Tiraquel. de retract. conuent. §. 3. glos. vnica, n. 15. cum plurib. sequent. & nouissimè Caroc. de locat. & conduct. in tit. de singulare success. Ego tamen aliquas solum vtiliores, & à Rota approbatas in medium afferam.

Prima igitur limitatio est, vt nòn procedat,
2 † quando quis non succedit in plenum ius auctoris sui, exempligratia, si fuerit immissus in possessionē fundi. ex Saluiano interdicto, quia cum non acquirat plenum ius in re, sed solum possessionem ad effectum percipiendi fructus, tenetur stare locationi: Ita fuit resolutu in vna Romana Casalis, prima Iulij 1602. coram Ludouisio, per l. in venditione. §. 1. ff. de bon. auct. Iudic. possiden. qui tex. licet disponat in eo, qui mittitur in possessionem ex primo decreto, tamen Doctores ex eo formant conclusionem generalem, quòd successor singularis teneatur stare Colono, quando plenum ius in re non consequitur, vt scribit Aretin. cons. 159. sub num. 16. vers. si tamen rem locatam, Et ita quoque tenet Bart. in d. l. si filiofamilias. §. si vir in quingennium, sub nu. prim, vers. aut & non est constitutum, Salicet. in d. l. emptorem, sub n. 6. vers. aut conductor nullum ius, Abb. in c. querelam sub n. 8. vers. aut est successor singularis, ne Prælat. vic. suas;
* Ias. qui dicit * communem in l. diuortio n. 34. ff. solut. matrim. Guid. Pap. decis. 480. sub num. 5. vers. Tertio fallit.

3 Secunda limitatio est, vt dicta regula † non procedat in eo, qui succedit in ius alterius per sententiam Iudicis, quo casu non habet locum d. l. emptorem, vt per Bald. in cap. quoniam frequēter. §. fin. in fin. vt lit. non contest. Ias. in d. l. diuortio sub num. 34. solut. matrim. Abb. consil. 104. num. 6. Et hanc limitationem approbauit Rota in dicta causa Romana Casalis, quia in translatione, quæ
4 fit per Iudicem, semper † intelligitur reseruatum ius tertij, Bald. in d. l. emporem, num. 5. Alex. in d. §. si vir in quinquennium, sub n. 7. versic. & ad hoc tendunt; Et istud est generale in quolibet singulari successore, in quem fit necessaria translatio, vt per Bart. & cæteros
* in d. l. diuortio, vbi Ias. num. 32. de *communi attestatur, & plures refert Tiraquel. de retract.

retract.conuent.§.3.gloſ.1.n.14.& 15. Rolan.
conſ.49.n.6. lib. 2. Quòd eo magis locum ha-
bet,quando bona fide non malitioſè prædeceſ
ſor locationem fecit, quo caſu ſine difficultate
procedit doctrina Cyni in d.l.emptorem. q. 3.
n.6.verſ.& tunc ſi anteceſſor.Paul.de Caſtr. in
d.§.ſi vir in quinquennium.n.2. ver. ſed certè
& n.3. verſ.& ratio quare,& ibidem Alex.n.1.
circa fin.verſ.iſtum tamen textum. Socin. Sen.
conſ.32.incip.Ex his,quæ ſuperius n. 7. lib. 1.
Rolan.d.conſ.49.num.5.verſ.pro cuius confir-
matione,lib.2.Cagnol.in l.2 C. de pact. inter
empt.& vendit.q.75.nu. 221. verſ. retenta ta-
men opinione.

5 Tertia affertur limitatio, vt † non habeat
locum in ſucceſſore beneficij, quando locatio
ab anteceſſore fuit facta nomine Eccleſiæ, vel
pro eius vtilitate, quia tunc illa obſeruanda
eſt, licèt ſit ſecus, quando fuit facta à Prælato
nomine proprio, vt ſcilicèt fructus ad ſui com
modum conuerterentur, ità tenuit Rota in
vna Auximana locationis die 24. Ianuarij
1590. coram Orano, per gloſ. Butr. Abb. &
alios in c.fin.ne Prælat.vices ſuas, Alex. conſ.
160. nu. 4.& ſequen. lib. 6. Couar. var.reſol.
lib.2.cap.15.n.6.in fin. Ratio diuerſitatis eſt,
quia contractus factus nomine Eccleſiæ non
extinguitur per mortem Prædeceſſoris, ſed
quando eſt factus nomine proprio extingui-
tur: Nàm licèt Prædeceſſor poſſit locare ad
modicum tempus, tamen cùm ius non habeat
in fructibus, niſi vita ſua durante, non poteſt
per huiuſmodi locationem ſucceſſori præindi-
care, l. ſi quis domum. ff. locat. Rot.deciſ.1.
de locat.in nou. Bald. conſ.255. lib.1. Socin.
conſ.34.n.4.lib.3.

6 Quod procedit,quamuis † ſucceſſorem obli-
gauerit, quia non propterea nomine Eccleſiæ
contraxiſſe dicitur, Mohed. deciſ.271. in fin.
Neque enim prædeceſſor poteſt obligare ſuc-
ceſſorem, ex quo actio perſonalis in eum non
tranſit, Put.deciſ. 181. lib.1. Nec ſucceſſor ius
aliquod à Prædeceſſore recipit,Rota d.deciſ.1.
de locat. in nouis.

7 Item procedit, quamuis † annus, quo præ-
deceſſor deceſſit ſit primus locationis, & con-
ductor anticipatè affictū ſoluerit, quia neque
tunc ſucceſſor dictæ locationi ſtare cogitur,
cum imputare ſibi debeat conductor, qui po-
terat mortem Prælati præuidere Card.conſ.7.
de locat. Imol. conſ. 161. n. 9. in fin. Ferret.
cōſ.151.lib.1.Et ita tentū fuit in d.Auximana
locationis,vbi tamen hoc fuit declaratum, niſi
terræ fuiſſent ſatæ, & fructus pendentes de
proximo colligendi, vt poſt Pedem. deciſ. 82.
n.10.conſuluit Menoch.conſ.181.vol,2.

8 Quarta limitatio eſt, vt regula † non pro-
cedat in locatione facta per emptorem, qui
rem habuit cùm pacto de retrouendendo,nàm
venditor illi ſtare tenetur,quamuis redimat,vt
fuit reſolutum in vna Romana affictus 26.
Aprilis 1589. coram Penia,per doctrinā Bald.
in l.1.circa fin.n.3. verſ. Item pone vendidi ti-
bi fundum C. de iur. fiſci. lib. 10. quam Doct.
* cōmuniter * ſequuntur, Alex. in d.l.ſi filio fa-
milias.§.ſi vir in quinquennium.n.11.verſ. itē
fallit quando vendidi fundum.ff.ſol.matrim.&
ibidem Cuman. n.7. verſ. ſi autem transferra-
tur,Socin.conſ.125.incip.viſa narratione. n.3.
verſ.confirmatur.lib.1.Rolan.d.conſ.49.nu.2.
& ſequen. lib. 2. Cagnol. in l. 2. n. 143. C.de
pact.inter emptor.& vendit.Quam ſententiam
licèt expreſſè non amplectatur,non tamen re-
prehendit Tiraquel. de retract. conuent. §. 3.
gloſ. 1. n.14. verſ.ſed,& illud quærendum: Et
ſatis eam probat tex.in d.l.ſi filio familias. §.
9 ſi vir in quinquennium, vbi mulier † locationi
fundi dotalis per maritum factæ, matrimonio
ſoluto ſtare debet,propterea quòd translatio,
quæ fit in eam eſt neceſſaria,non voluntaria,
vt notat Alex.ibidem.n.1.verſ.nam trāſlatio,
gloſ.in d.l.diuortio. ff.ſolut. matrim.Cyn.Sa-
licet.& alij in d.l.emptorem.C. locat. quæ ra-
tio militat etiam, cùm quis redimit rem vir-
tute conuentionis: Nam licèt ab initio conuē-
tio inter partes voluntariè fuerit facta,nihilo-
minus, quia contractus poſtquam facti ſunt
neceſſarij efficiuntur, trāſlatio quæ fit in ven-
ditorem neceſſaria dicitur,ad tex.in l.ſicut.C.
de action.& obligat.& in l. in commodato. §.
ſicut.ff.commodati.Accedit etiam,nàm quan-
10 dò † quis habet plenam adminiſtrationem rei
alienæ,rē locare poteſt, itaut rei dominus lo-
cationi ſtare teneatur.l.ſi tutelæ. ff.de admini
ſtr.tut.Cyn.in d.l.emptorem.n.6.q.3. verſ.aut
habuerit ſolidam rei adminiſtrationem,quem
* alij cōmuniter * ſequūtur. C.locati.Socin.Sen.
conſ.32.n.7.verſ.quinto probatur,lib.1.Rolan.
d.conſ.49.n.7. verſ. hinc etiam videmus lib.2.
Vnde cum emptor, qui fecit pactum de retro-
uendendo,quamdiù venditor non redimit,ple
nam rei adminiſtrationem habeat, & locare
poſſit, ſequitur quòd eius locationi venditor
ſtare cogatur: Præſertim cùm videatur facta
de voluntate ipſius venditoris, qui locationi
rei ſuæ ſaltèm tacitè conſenſiſſe cenſetur. l. ſi
vir vxori. ff. de præſcrip. verb. quæ fuit ratio
Baldi in d.l.1.n.35.C. de iur fiſci,lib.10.Alex.
in d.§.ſi vir in quinquennium. n.10. Maximè,
quia ſi noluiſſet dictam locationem fieri, à
principio id exprimere,& in pactum deducere
potuiſſet.

Extenditur hæc limitatio, vt locum habeat
11 etiam ſi locatio † fuerit facta per plures an-
nos,nam dictum Cagnoli in d. l. 2. C.de pact.
inter empt.& vend.q.75.n.221. verſ.2.limit.&
Hieron. Gabr. conſ.68. lib.1.quòd ſententia
Baldi ſit intelligenda de locatione ad vnum
annum facta,fuit reprobatum à Rota in d.Ro-
mana affictus coram Penia, & fuit dictū Baldi
ſentētiam ſine reſtrictione ad locationē vnius
anni procedere,cùm tex.in d. §.ſi vir in quin-
quennium,qui ad contrariam opinionem pro-
bandam affertur, pro ea non faciat: Nam ibi
vnius anni fit mentio,non quia maritus præci-
sè ſtare teneretur locationi magis pro anno,
quam

quàm pro quinquennio. Sed quia contigit matrimonium extitisse per annum post locarionē, & ideò cum maritus fructus percepisset, non erat quòd illi caueretur pro tempore, pro quo nullum damnum sustinere poterat.

Quinta limitatio est, vt regula d.l. emptorē,
12 non procedat, quando † conductor habet hy-
pothecam pro obseruatione contractus. l. si cre
ditor. §. vltimo. ff. de distract. pign. Bart. in d. l.
emptorem. n. 2. Salicet. sub n. 6. vers. aut condu-
ctor ius vtilis dominij, Paul. de Castr. in d. l. si
filio familias. §. si vir in quinquēnium, sub n. 4.
vers. & ideò cum hodiè, vbi etiam Roman. sub
n. 13. vers. fallit, 2. ff. solut. matrim. Angel. cons.
2. n. 12. Alex. cons. 118. n. 10. lib. 5. Abb. in d. c.
querelam, sub n. 8. vers. & per hoc datur bona
cautela, ne Prælat. vic. suas, Ias. in l. quoties.
n. 29. C. de rei vendic. Marsil. singulari 321.
Guid. Pap. q. 480. sub n. 5. vers. secundò fallit.
Præsertim stante iuramento, quod præcisè
13 obligat † ad obseruantiam, vt post Ant. de
Butr. in c. fin. ne Prælat. vic. suas tradit Socin.
cons. 90. n. 2. lib. 4. Grat. cons. 95. in fin. lib. 1. &
fuit dictum in vna Romana retractus 8. Iunij
1588. coram Cardinale Mantica, & in alia
Romana Domus 5. Nouembris 1597. coram
Cardinale Pamphilio.

Quæstio tamen est multum controuersa,
14 vtrum in hoc casu † requiratur specialis, vel
sufficiat generalis hypotheca, & quòd sufficiat
* generalis * communiter dicunt Ioan. de Amic.
cons. 113. n. 5. Negusan. de pignor. in 2. par.
princ. in 1. membr. sub n. 6. Grat. d. cons. 95.
n. 12. Ferd. Ofasch. in repetitione l. filius fami-
lias. §. Diui. n. 441. ff. de legat. 1. Gozad. cons.
100. sub n. 24. Roder. in l. post rem iudicatam
in 1. limit. n. 18. ff. de rei vendic. & hanc senté-
tiam amplexa fuit Rota in allegata Romana
Casalis, coram Ludouisio, In qua fuit dictum
eam sine scrupulo dubitationis procedere, vbi
adest iuramentum, quod habet vim specifici
consensus. Io. de Amic. d. cons. 113. n. 12. Crot.
in d. §. Diui sub n. 97. vers. & ista Conclusio tā-
to magis, &c. Gozad. d. cons. 100. n. 24. in fin.
Socin. Iun. cons. 129. n. 13. lib. 2.

Præterea illud admonitum te esse volo, quòd
15 vbicunque successor † locationi stare tenetur,
conductor quoque ad illius continuationem
cogi potest, l. qui fundū. ff. locat. Abb. q. 3. n. 16.
vers. in alienatione, Bursar. cons. 103. n. 8. lib. 1.
Cefal. cons. 255. n. 25. Gabr. cons. 68. n. 4. lib. 1,
Surd. cons. 331. n. 19. Et ratio est, quia locator,
& conductor sunt correlatiua, ideò dispositum
16 in † vno habet etiā locū in alio, latè Bec. cons.
45. n. 23. cum alijs per Surd. decis. 62. n. 5.

In priuilegijs decimarum, quæ laicis conceduntur, An sit necessaria specialis derogatio Concilij Lateranensis, vel Conciliorum generalium. Cap. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Derogatio specialis Concilij Lateranensis, seu Conciliorum generalium est necessaria in priuilegijs decimarum laicis concessis, nec sufficit clausula, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam si in fine sit clausula, quorum tenores & n. 4.*

2 *Constitutio, c. prohibemus, de decimis, nè laici possint habere, nec in alios transmittere decimas spirituales, non est simpliciter Papalis, sed Conciliaris.*

3 *Concilium Lateranense habet decretum irritans, & clausulam derogatoriam voluntatis ad quas vis alias sequentes dispositiones contrarias.*

5 *Decretum irritans, & clausula derogatoria, de qua in Concilio Lateranensi, ligat ipsum Papam ex quadam protestatione contraria voluntatis, itaut, nisi specialiter deroget dictæ protestationi, priuilegium decimarum laicis concessum sit nullum ex defectu voluntatis, & n. 7.*

6 *Dispositio sequens, quæ de præcedenti clausula derogatoria mentionem non facit, & illam expresse non tollit, non valet.*

8 *Clausula, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, non intelligitur de æditis in Concilijs generalibus, sed de æditis per solum Papam.*

9 *Clausula, quorum tenores non ampliat constitutiones Papales ad constitutiones conciliares, de quibus nullum verbum factum fuit, præsertim si hæc clausula habeat alia intermedia, videlicet, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, priuilegijs, & statutis: quorum tenores. &c. & n. 10.*

11 *Concilio Tridentino non fit derogatio aliqua specialis, sed sufficit, quod materia sit contraria dispositioni dicti Concilij.*

12 *Decretum irritans, & clausula derogatoria non ligant Papam in materijs Concilij Tridentini.*

FREQVENTER in iudicijs dubitari consueuit, An in priuilegijs Apostolicis decimarum, quæ laicis conceduntur sit necessaria specialis derogatio Concilij Lateranensis, seu Conciliorum generalium?
1 Et necessariam † esse, resoluendum est, licèt in
priuilegijs apponatur clausula, nō obstantibus
Cōstitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis
& in fine sit clausula. (Quorū tenores. &c.) Si-
2 quidē † dispositio, ne laici possint habere, nec in
alios transmittere decimas spirituales non est
simpliciter Papalis, sed Conciliaris, proueniens
ex dicto Concilio Lateranēsi generali, vt patet
in 3. volumine Concilium sub Alexandro III.

Et licèt illud sit redactum in corpore iuris, vt in cap. prohibemus, de decim. & in alijs constitutionibus Papalibus, nihilominus illæ constitutiones proueniunt ex dicto Concilio generali; vt patet ex inscriptione, Henric. Bohic. in cap. quamuis num. 4. de decim. Ripa post alios in cap.primo, num. 4. de iudic. & non fuit alteratum, nec effectum nouum ius Papale, sed præseruatũ ius conciliare generale, l. ius Ciuile,& ibi notatur,de iustit. & iur.Bart. in l.Episcopale C.de Episcop. audien. Abb. in cap.1. in vltimo notabili,de pact. & in cap.1. n.5. de sponsal. Dec. conf.3. n.8. Iacob. de Concil.fol.294.art.13. & 18.

3 Cum igitur Concilium † huiusmodi habeat
decretum irritans, & clausulam derogatoriam voluntatis ad quasuis alias sequentes dispositiones contrarias, secundum doctrinam Archid. in cap.1. num. 2. de constit. in 6. quam totus mundus amplectitur, vt ait Gomez. ibi num. 178. Felin. in cap. nonnulli
col.3. de rescript. & communem *dicit Paris. cons.68. num.404. lib.4. Gemin. cons.36. col. fin. vers. præterea, & cons.44. Socin.cons.65. col.fin. lib.3. & Iacob. de Concil.d. art.13. &
4 18.fol.294. Sequitur,quòd in priuilegijs† de-
cimarum, quæ laicis conceduntur sit specialiter derogandum d. Concilio Lateranensi, seu Concilijs generalibus,aliàs priuilegia non valent,Archid. in d.cap.1.de cõstit.in 6.Oldrad. cons.326.post princ.& cons.328.in princ.Bald. in l. humanum in tertio notab.C. de leg. Roman cons.436. n.11. in fine,Felin. in d.c.nonnulli col. 3. sub n. 2. vers. & nota,de rescript. Alex. cons.122. num.9. lib.4. Dec.in rubr. de constit.in 2. lect. in fine, & in cap.prudentiam n. 15. de offic. deleg.Sarnen. in procem.regul. quæst.5.n.9. Caputaquen. decis.176. lib.1. in impress. & tenuit Rota coram Robusterio in Vlixibonen. decimarum 5. Nouembris 1574. & in vna Oriolen. decimarum sub die 8. Februarij 1588. coram Orano, quæ loquitur in terminis d. cap. prohibemus, de decimis.

5 Decretum enim † irritans, & clausula de-
rogatoria, de quibus in dicto Concilio ligant ipsum Papam ex quadam protestatione contrariæ voluntatis: Præsertim vbi solus Papa per viam priuilegij, seu rescripti particularis procedit: Vnde si Papa specialiter non deroget præambulæ protestationi, actus est nullus ex defectu voluntatis,Gemin in cap.statutum, vbi etiam Franc. Prob. & alij, de præben. in 6.idem Gemin. Anchar. & alij in c, quædam eod. tit. & lib. Glossator super regul. Cancel.27. vers. ex quo sequitur,Socin. cons. 117. colum.fin.vers. sed quando prædicta cessarent lib.3. Paris. cons. 37. col.1. vers.secundo,quia
6 lib.4.Et sequens † dispositio,quæ de præceden
ti clausula derogatoria mentionem non facit, & illam expresse non tollit, non valet d. cap. nonnulli,de rescript.l.si quis,in princ.de leg.3. cum alijs per Federic. de Sen. cons. 253. per totũ Paris. cons. 42. n.15. vers. præterea,cum sequen. lib.4. Silu. de benefic. par. 3. quæst.14. num. 7. vsque ad fin. Cassad. super regul. decis.38. per totam, præsertim in fine.

Non obstat, quòd non videatur necessaria derogatio d. Concilij, ex quo laici non sunt incapaces decimarum spiritualium, quando habet priuilegium Apostolicum,quia hoc procedit,vbi priuilegium est validum, & cum derogatione dicti Concilij, vel saltem Conciliorum generalium,aliàs secus,l.4.§. condemnatum,de leg.3. Sarnen.in reg. de annali,quæst. 14.n.13. Nam,vt supra dictum est, Concilium Lateranense celebratum auctoritate Papæ nõ præseruat expresse auctoritatem Sedis Apostolicæ,imò habet decretum irritans, & clausulam derogatoriam contrariæ voluntatis ad sequentes dispositiones in contrarium factas,
7 & ligat † etiam ipsum Papam, vbi non dero-
gat specialiter dicto decreto; & propterea requirit specialem mentionem, aut specialem derogationem dictorum Conciliorum generalium, quæ si non apponatur, priuilegium remanet inualidum ex defectu voluntatis Papæ, & laici pariter remanent incapaces, cap. pen. de Capell. Monachorum, cap. cum te, de ætat. & qualit. cap. nonnulli de rescript. Oldrad. consil. 326. post princ. Cassad. d. decis. 38. in fine.

Non etiam aliquid facit clausula, Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, quia si non fiat expressa mentio saltem in genere de Concilijs generalibus,
8 hæc † clausula generalis de Constitutionibus
Apostolicis non intelligitur de æditis in Concilio generali,sed de æditis per solum Papam, vt per omnes antea allegatos, iuxta opinionem Archidiaconi in dict. cap. 1. de constitut. in 6. & clausula, (quorum tenores, &c.)
9 hoc in casu non ampliat † constitutiones Pa-
pales ad Constitutiones Conciliares, de quibus nullum verbum supra factum fuit, Dec. consil. 142. num. 7. vers. non obstat dum Papa,Gabr. de clausul. conclus.5. num.17.& tenuit Rota inter Miscellan. decis. 34. propter illud verbum (quorum) quod est restrictiuum ad expressa, Bart. in l. hoc articulo num. 7.ff. de hæred. instit.

Et istud præsertim obtinet,quando hæc clau
10 sula † habet alia intermedia, vtputa, non ob-
stantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, priuilegijs, & statutis alicuius Regni, vel Ciuitatis, quorum tenores, &c. tunc enim non censetur apposita solum ad cõstitutiones Apostolicas, sed etiam ad dicta priuilegia, & statuta; Maximè stante notorio stylo, quòd vbi fit derogatio Conciliorum generalium non dicitur solum de constitutionibus Apostolicis,sed additur,& Concilijs generalibus,& prouincialibus, &c.

Vltimò non obstat, quòd Concilio Triden-
11 tino non fit derogatio aliqua specialis, sed
sufficit, quòd materia sit contraria dispositioni dicti Concilij; quoniam responde-

tur,

tur, quòd ab illo valde differunt Concilium huiusmodi Lateranense, & alia generalia Concilia, quæ expressè non reseruarunt Sedi Apostolicæ liberam dispositionem, prout fecerunt Patres in specie, & in genere in Con-
12 lio Tridentino: Ideo non † potest dici, quòd decretum irritans, & clausula derogatoria ligent Papam in materijs dicti Concilij, & sic non est mirum, si non fit alia derogatio.

Clausula quam, & quas, &c. in commissione apposita quid operetur, ex sententia Rotæ non ineleganter explicatum. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 Clausula quam, & quas, habet, mouet, &c. operatur, vt possit deduci omne ius, & omnis actio competens etiam per viam querela, præsertim quando additur clausula (causa, & occasione præmissorum) vel clausula (rebusque alijs, &c. aut quando additur clausula (cum omnibus incidentibus).

2 Operatur dictũ effectũ etiam quãdo extat in cõmissione appellationis, et appellatio fuit interposita à sententia lata super aliquo iure particulari, & non super omni iure competenti.

3 Si sit restricta de, & super præmissis, stat restrictiuè, nec extenditur, vt comprehendat omne ius competens.

4 Operatur stante generalitate commissionis, vt successiuè possint plura remedia, quamuis inter se contraria intentari.

5 Item, quòd licèt in prima instantia fuerit actũ ad obseruantiam contractus, tamen in secunda possit agi de nullitate.

6 Item operatur, quòd Iudex possit procedere prout in prima, etiam si nulla praecesserit sententia, nec appellatio.

7 Regula cancellariæ 36. prohibens appellationes ante diffinitiuam sententiam, illasquè vna cum commissionibus, & omnibus inde sequutis annullans, secundum Rotam procedit in casu simplici appellationis, nõ autem quando per clausulam, quam, & quas, &c. non solum causa appellationis, sed etiam negocij principalis committitur.

8 Clausula quam, & quas, &c. operatur, quòd non constito de appellatione, vel causa deserta, Iudex possit pronunciare prout in prima, maximè si adsit clausula, vna cum toto negocio principali.

9 Item operatur, vt is contra quem est impetrata commissio, possit procedere prout in prima.

10 Commissio efficitur communis post præsentationem, & citationem aduersarij ad dicendum contra, & non ante.

11 Rescriptũ priuatam vtilitatẽ respiciciens ante citationẽ partis aduersæ non operatur, quo minus impetrans possit pænitere, & eo non vti.

12 Item non operatur, vt inuito impetrante aduersarius eo vti possit, etiam si rescriptum contineat aliquod priuilegium ad fauorem, et commodum tertij.

13 Clausula quam, & quas operatur, quòd tertius veniens ad causam pro suo interesse similiter possit procedere prout in prima instãtia, dummodo à prima sententia non appellauerit, secus si appellauit, & n. 16.

14 Tertius appellando, & opponendo de nullitate, & iniustitia primæ sententiæ, censetur facere acta illucusquè facta sua, & quòd prima sententia illum afficiat.

15 Quamuis veniat principaliter ad deducendum ius suum, non intelligitur venire tanquàm in prima instãtia, secundum opinionem Rotæ contra Felinum.

17 Clausula quam, & quas, operatur, vt deserta appellatione possit pronunciari tanquam in prima, quando appellatio est interposita ab interloquutoria, vel à diffinitiua super aliquo incidenti, ita quod non diffiniat totum negocium principale, secus quando est interposita à diffinitiua respiciente totum ipsum negotium principale.

18 Operatur dumtaxat si pars ea vtatur deducẽdo ius suum ad speciem, vel faciendo citare ad dicendum contra Commissionem, & ad libellandum, & seruando alios terminos substantiales prout in prima, secus si ea non vtatur, vel se restringat ad aliquod ius particulare.

19 In commissione appellationis posita non operatur, vt possit procedi prout in prima, actis non transportatis, secus si sit posita in diuersa commissione, & n. 21.

20 Transportatio actorum non est necessaria, nisi in causis appellationum.

QVIA vt plurimum causæ tàm in Curia, quàm extra per signaturam cõmittuntur cum clausula, quam, & quas habet, mouet, &c. non inutile visum fuit, quid illa importet, præsertim secundum stylum Rotæ explicare.

1 In primis itaquè clausula hæc † operatur, vt iurisdictio non censeatur restricta ad expressa, sed possit deduci omne ius, & omnis actio cõpetẽs, Sarnen. in reg. de infirm. q. 34. n. 4. Achil. decis. 14. de rescript. & decis. 22. num. 2. de 3
appellat. Rota diuers. decis. 254. nu. 1. par. 1. & ita quoque fuit dictum in vna Nullius de Carettis 13. Nouemb. 1587. coram Comitulo; Idque præsertim obtinet, quando additur clausula, causa, & occasione præmissorũ, vt fuit dictum in causa Sarsinaten. fideicommissi, 4. Iulij 1584. corã Cardinale Seraphino, & in Mediolanen. Capellaniæ 3. Iulij 1595. coram Cardinale Pamphilio, vel clausula rebusque alijs, &c.

Cæsar de Graff. decis.1.num. 3.& 4.de iudic. & Rota tenuit in dicta Mediolanen. Cappellaniæ, & in Perusina hæreditatis, 26. Octobris 1601. coram Cardinale Pamphilio. Idem est quando additur clausula, cum omnibus incidentibus, &c. vt fuit resolutum in vna Placentina aquarum, 8.Martij 1596. coram Cardinale Arigono.

Primò amplia, vt hic effectus locum habeat,etiam † si talis clausula extet in commis-
2 sione appellationis, & appellatio sit interposita à sententia lata super aliquo capite particulari, & non super omni iure competenti, prout resolutum fuit in vna Mantuana attentatorum prima Iulij 1583. coram fel. record. Clemente Papa Octauo tunc Auditore, quæ habetur inter impressas diuersorum decis.187 num. 5. & 6. part. 2. & fuit etiam dictum in pluribus alijs causis, & plenè tradit Additio ad decis. Rotæ 23. num. 3. de rescript. in nouis.

Quod intelligè verum, quando hæc clausula stat simpliciter, vel adduntur clausulæ de quibus supra, vel clausula vnà cum toto
3 negocio principali; Secus si sit † restricta, de, & super præmissis, quia tunc stat restrictiuè, nec extenditur, vt fuit resolutum in causa Calaguritana beneficij de Viena 29. Maij 1561. coram Capputaquen. vt in recollectis Cottæ, decis. 123.

4 Secundò amplia, vt procedat † etiam si remedia sint contraria, quia stante generalitate commissionis successiuè possunt plura remedia, quamuis inter se contraria, intentari, per l. mater decedens. ff. de inoffic. testam. Put. decis. 21. lib. 1. Rota diuers. decis. 257.num.7. & 257.num.5. part.1. Et fuit dictum in illa Romana de Roncionibus, 2. Decembris 1596. coram Litta; Adeò quòd censetur per appellantem deductum omne remedium sibi competens, etiam per viam querelæ, vt fuit dictum in causa Salamantina Canonicatus 11. Februarij 1577. coram Cardi-
5 nale Blanchetto; Sic etiam licèt † in prima instantia fuisset actum ad obseruantiam contractus, nihilominus in secunda vigore huius clausulæ poterit agi ad nullitatem, Afflic. decis. 33. num. 2. & in his terminis fuit decisum per Rotam in allegata Placentina aquarum coram Cardinale Arigona, & de anno 1580.12.Decembris in vna Senen.Pontis Arig gij coram Cardinale Seraphino.

Alius est huius clausulæ effectus,vt illius vi-
6 gore Iudex † possit procedere prout in prima instantia,etiamsi nulla præcesserit sententia, nec appellatio, Peregr.decis.94. lib.1. incipit, fuit conclusum, relata in impressis diuers. decis.74. par.3.lib.2.& ita fuit tentum in vna Romana Saluiani interdicti 14. Decembris 1598. coram Horatio Cardinale Lancellotto, in qua ad regul Cancell. 36. quæ expressè, prohibet appellationes ante diffinitiuam sententia, illasque vnà cum commissionibus, & omnibus indè sequutis annullat, fuit respon-
7 sum, quòd cum † illa regula loquatur in casu simplici appellationis, non debet extendi ad casum istum, vbi per clausulam, quam, & quas, non solùm causa appellationis, sed etiam negocij principalis committitur, vt in terminis huius regulæ tradit Sarnen. de impetr. benef. vacan. per obit. familiar. Cardinal. quæst. 15. in fine.

8 Idem est † quotiescunque causa fuit desertâ, quia etiam vigore huius clausulæ Iudex potest pronunciare prout in prima, maximè si adsit clausula vnà cum toto negocio principali, Ruin. cons. 114. lib. 4. Tholom. decis. 162. Rota decis. 187. num. 5. & 6. par.2. diuersorum, Acchil. decis. 14. num. 1. & decis. 17. in fine,de rescript. Sarnen. d. quæst. 34. num. 4. Mohedanus decis. 6. de appellation. Caputaquen. in recollectis Cottæ decis. 123. & 127.

Primò amplia hunc effectum, vt locum
9 † habeat etiam ad fauorem illius, contra quem est impetrata commissio, nam is quoque poterit procedere prout in prima vigore huius clausulæ, postquàm commissio fuit effecta communis, Rota diuers. decis. 254. numer. 1. part. 1. & fuit dictum in vna Calaguritana spolij 5. Nouembris 1589.coram Cardinale Seraphino.

10 Efficitur autem † commissio communis post præsentationem, & citationem aduersarij ad dicendum contrà, & non antè: Quia com-
munis * conclusio Doctorum est, quòd impe-
11 trans rescriptum, † quod non publicam, sed priuatam respicit vtilitatem antè citationem possit pœnitere, & non vti: Quò fit, vt ne-
12 que aduersarius inuito † impetrante possit hu iusmodi rescripto vti, tum quia antè citationem non consideratur interesse eius, contra quem rescriptum impetratum est, tum etiam quia rescriptum, quod ad fauorem impetrantis principaliter est concessum, in eius odium, & præiudicium redundaret, l. quod fauore, C. de leg. ità firmat Hostien. in c. ex conquæstione, numer. 6. de restit. spoliat. quem ibi cæteri sequuntur,Ioan. Andr. nu.5. vers. in fine quæro, Imol. sub numer. 9. Butrius numer. 12. vers. Hostiensis concludit, Ancharan. numer. 16. Ias. in l. 3. in princ. numer. 12. & ibi Riminald. numer.31. quod quisque iur. Bald. in l. postquàm liti,num.14. C. de pact. Felin. in rubr. de rescript. num. 3. Aretin.cons.23.num.3.post medium; Et hanc esse * communem attestantur Innocen. & Abb. in d. c. ex conquæstione, Dec. in d.l.3. in fin. principij, & tenuit Rota in vna Salamantina pensionis 13. Ianuarij 1584. coram Bubalo, In qua fuit dictum hoc procedere, etiam si rescriptum contineat aliquod priuilegium non solum ad fauorem impetrantis, sed etiam ad commodum tertij,vt expressè tenet Anchar. in d.cap. ex conquestione, num. 9. & ibi Imol. num.9.Hostien. colum. 9. in fin.

in fin. Ioan. Andr. colum. 2. in fine, Butr. in 13. Abb. num. primo.

13 Secundò amplia, vt † etiam tertius veniens ad causam pro suo interesse possit vigore huius clausulæ procedere prout in prima, dummodo à prima sententia non appellauerit, secus si appellauerit, & causam appellationis, & nullitatis committi obtinuerit, quia cùm ius appellandi, & dicendi de nullitate non competat nisi illi, cui sententia obstat, & pro-
14 ptereà appellando, † & opponēdo de nullitate, & iniustitia primæ, censeatur voluisse facere acta illuc vsque sua, & quòd prima sententia illum afficeret, Achill. decis. 13. de appellat. Put. decis. 71. lib. tertio, & fuit resolutum coram fel. record. Clemente Papa Octauo in vna Cathaniensi legitimitatis 13. Februarij, & septima Nouembris 1580. Sequitur, quòd committendo causam appellationis cùm hac clausula, admittatur solùm ad effectum numeri, vt possit prosequi iudicium tanquàm in secunda instantia, vt in terminis fuit decisum in vna Montis Regalis Iurisdictionis 10. Iunij 1602 coram Cardinale Mellino.

Nec obstat quòd quando tertius venit principaliter ad deducendum ius suum intelligatur venire tanquàm in prima, vt per Felin. in cap. cùm super sub num. 11. de re iudic. & consequenter non faciat sententias suas: Quia
15 illud dictum † non tenetur, & alias fuit reprobatum à Rota, vt per Put. dict. decis. 71. lib. 3. Tertius enim potest duplici via insistere, vel committendo causam nonam tanquàm in prima instantia, & in hoc casu est inchoandum nonum iudicium, Vel appellando, &
16 dicendo de nullitate, & in hoc † casu facit sententias suas, quia aliàs ius appellandi, & dicendi de nullitate ei non compereret, vt fuit latè deductum in causa Corduben. Statutorum 24. Iunij 1590. coram Cardinale Seraphino, & ideò imputet sibi tertius, si hanc secundam viam elegit.

Declara modo supradictum effectum, vt
17 deserta † appellatione vigore huius clausulæ possit pronunciari tanquàm in prima, quando appellatio est interposita ab interlocutoria, vel à diffinitiua super aliquo incidenti; ita quòd nō definiat totum negocium principale. Quibus in casibus negocium principale est omninò diuersum à causa appellationis; Et ideò illa deserta potest Iudex procedere, & pronunciare super negocio principali: Secus vero, quando appellatio est interposita à diffinitiua respiciente totum negocium principale, nam tunc deserta appellatione sententia transit in iudicatum, & Iudex remanet sine iurisdictione, & clausula nihil operatur, quoniam hoc casu negocium principale nihil differt ab eo, quod in causa appellationis continetur; Et sic sicut in casu appellationis nulla est iurisdictio, ita, & in negocio principali Ægyd. decis. 117. num. secundo, versic. & per hoc. & decis. 236. in fine, Mohed. dict. decis. 9. de appellat. Paleot. decis. 45. & 67. alias 399. num. 3. & 4. & decis. 421. lib. 3. par. 3. diuers. Caputaquen. decis. 71. lib. 1. in manuscriptis.

18 Secundò declara procedere, si pars † vtatur hac clausula deducendo ad speciem ius suum, & faciendo citare ad dicendum contra commissionem, & ad libellandum, & seruando alios terminos substantiales prout in prima: Secus si ea non vtatur, vel se restringat ad aliquod ius particulare, vt per Caputaquen. decis. 125. num. 2. par. 3. & fuit dictum in causa Florentina damnorum, & interesse 9. Decembris 1585. coram Cypsio, & in vna Legionen. præstimoniorum 16. Ianuarij 1595. coram Cardinale Pamphilio.

Tertiò declara locum habere, dummodò
19 † acta fuerint transportata, quia illis non transportatis hæc clausula in commissione appellationis posita non operatur, quemadmodùm Rota tenuit in multis causis, & præsertim in vna Calagurritana iuris votandi 25. Maij 1586. coram Cardinale Blanchetto, & in vna Vicentina Cantoriæ 10. Iunij 1602. coram Corduba.

Aliquoties tamen Rota in hoc variauit, vt in Astoricensi Prioratus. 18. Decembris 1598. coram Cardinale Seraphino, & in vna Melitensi bonorum 28. Maij 1597. coram Litta; in qua fuit dictum, quòd si pars contentabatur, vt cum actis, de quibus in registro tanquam in prima cognosceretur de iustitia causæ, poterat ad vlteriora procedi sinè transportatione actorum, cum commissio
20 esset ampla, & transportatio † non sit necessaria, nisi in causis appellationum, vt patet ex lectura Concilij Tridentini Sess. 24. cap. 20. versic. præterea, de reformat. Et fuit resolutum in illa Conchen. limitum 17. Iunij 1596. coram Cardinale Pamphilio, sequendo declarationē Illustrissimorū interpretum dicti Concilij. Et hæc opinio mihi magis placet, quando clausula hæc non est posita in commissio-
21 ne appellationis, sed † in alia diuersa, vt in casu qui euenit de facto, & ita fuit decisum in Toletana Parochialis 20. Iulij 1592. coram Penia; Vbi cum pro parte Francisci dell'Aquila opponeretur, quòd acta coram Segouiense non essent transportata, fuit hæc oppositio sublata ex eo, quòd duæ aderant in actis commissiones pro Melchiore de Canales: Prima super iactationibus cum clausula quam, & quas, &c. in prima instantia, in qua agebatur de nullitate resignationis factæ in Curia: Secunda appellationis à decreto officialis Segouien. executoris deputati in litteris resignationis, qui decreuerat Franciscum immittendum in possessionem dictæ parochialis: Vnde cùm Melchior procederet vigore primæ commissionis, & peteret pronunciari prout in prima, nec veniret in gradu appellationis à decreto Segouien. fuit dictum

quòd nón erat necessarium acta coram illo transportare.

Alia in materia huius clausulæ legere poteris in additione ad decis. 23. de rescript. in nouis, quam videas, quia omnia referre non est mei instituti.

Quando sit rescribendum cum clausula, sine retardatione solutionis pensionis. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 Clasula (sine retardatione solutionis pensionis) datur per Signaturam quotiescunque titularis agere vult contra pensionarium super inualiditate, siue excessiuitate pensionis.

2 Item datur, quamuis pensionarius non existat in quasi possessione exigendi.

3 Item datur, quamuis ad fauorem pensionarij in spolio iudicatum fuerit.

4 Item, licèt pensionarius transtulerit pensionem, & titularis dicat non rectè translatam fuisse.

5 Item datur quando tertius habet pensionem super eodem beneficio, & petit committi causam nullitatis prioris pensionis, & vult pro suo interesse impedire executionem, & si iste tertius allegaret paupertatem primi pensionary, & timeret ne in casu succumbentiæ is vteretur cap. Odoardus, additur in commissione, præstita per eum idea cautione.

6 Item datur lata prima sententia in Curia super nullitate pensionis contra pensionarium existentem in quasi possessione exigendi, vbicumque titularis prosequendo eius appellationem petit committi causam in alia instantia.

7 Non datur, quando ex ventre litterarum oritur exceptio, per quam constat de non iure pensionary.

8 Debitum sub conditione non dicitur debitum.

9 Clausula sine retardatione, &c. non datur, quando pensio est reseruata sub modo cum decreto irritanti, vel clausula annullatiua.

10 Datur si pensionarius sit in quasi possessione exigendi, non obstante, quòd exceptio oriatur ex ventre Bullæ.

11 Non datur, quando pensio ab inferiore à Papa reseruata fuit, nisi Apostolica auctoritate reseruata esset, vel pensionarius esset in quasi possessione exigendi, & n. 13. & 14.

12 Inferior non poteil pensiones imponere, nisi certis casibus, & ex causa legitima, nec perpetuò.

13 Clausula sine retardatione, &c. non datur, vbi pensionarius stetit per longum tempus, quòd non petyt pensionem, dummodo potuerit agere, & neglexerit, secus si non potuit agere.

16 Item non datur, quando pensio est imposita super pluribus beneficijs, quæ postea deuenerunt ad manus diuersarum personarum, et vna vult agere super nullitate.

17 Item non datur, quando ille in quem translata est pensio, in alium eam transtulit de solo consensu beneficiati, secus si vigore facultatis litterarum Apostolicarum.

18 Debitor, qui consensit reseruationi pensionis iuramento præstito, & præmissa obligatione in forma Cameræ, non potest prætextu inopiæ vti beneneficio cap. Odoardus, vel alio simili remedio pauperibus concesso.

19 Quando pensionarius via executiua egit pro pensione, & obtinuit, si titularis appellat, commissio non datur, nisi cum clausula sine præiudicio legitimæ executionis, si iudex ritè, & rectè processit, secus si excessit modum in executione, quia tunc appellatio admittenda est.

1 COMMVNIS regula, & praxis Signaturæ in causis pensionum Ecclesiasticarum hæc est, quòd vbi titularis agere † vult contra pensionarium super inualiditate pensionis, siue illius excessiuitate committatur cum clausula (sine retardatione solutionis pensionis) quæ clausula ponitur duplici ratione: Prima est ad obuiandum fraudibus, & malitijs soluere recusantium; Altera est propter honorem Papæ, ne scilicet eius litteræ, in quibus pensio mandatur solui, careant obedientia, Staphil. de lit. iust. §. in primis num. 84. Gigas de pens. quæst. 35. in fine, & quæst. 62. num. 12. Vestr. in praxi lib. 3. cap. vltimo, num. primo, & fuit dictum in vna Cusentina pensionis 6. Nouembris 1596. coram Corduba, & in vna Romana pensionis sub die 18. Iunij 1597. coram Cardinale Pamphilio.

2 Primò amplia, quia datur † hæc clausula etiam pensionario non existenti in quasi possessione exigendi: Nam ad hunc effectum possessio dumtaxat requiritur, quando non sunt expeditæ litteræ; illis autem expeditis possessio non est necessaria, sed solum ob earum reuerentiam ad præstationem pensionis proceditur, vt fuit dictum in vna Romana pensionis 28. Martij 1576. coram Cardinale Blanchetto, quæ habetur inter impressas diuers. decis. 301. par. prima. Idem fuit resolutum in vna Tarraconen. pensionis 29. Aprilis 1396. corã Cardinale Seraphino, & in vna Lauden. pensionis 29. Martij 1599. coram Penia.

3 Secundo amplia; Nam † hæc clausula apponitur etiam in commissione appellationis à sententia lata in spolio, licèt ad fauorem pensionarij iudicatum fuerit, cum in iudicio spolij concurrant omnes rationes, propter quas ea dari consueuit, vt fuit dictum in vna Brixien. pensionis 21. Maij & 29. Nouembris, 1599. coram eodem Penia.

Ter-

4 Tertio amplia; Quia † si pensionarius trâ-
stulerit pensionem, quam vigore facultatis lit-
terarum transferre poterat, & titularis dicat
eam non rectè translatam fuisse, & petat com-
mitti causam super nullitate, datur hæc clau-
sula, licèt translatarius nunquam pensionem
perceperit, dummodò tamen transferrens fue-
rit in quasi possessione exigendi. Ant. August.
de pens. tit. de translat. vers. clausula sine retar-
datione. n. 3. & fuit dictum in causa Bononien.
pensionis 17. Maij 1593. coram Cardinale
Mellino.

5 Quartò amplia, etiam † si tertius habeat
pensionem super eodem beneficio, & petat cô-
mitti causam nullitatis prioris pensionis, quia
si vult pro suo interesse tanquam tertius im-
pedire executionem, iux. not. in c. veniens, il se-
cundo, de testib. & in c. super, de re iudic. datur
clausula, sine retardatione solutionis prioris
pensionis: Et si iste tertius allegaret pauperta-
tê primi pensionarij, & timeret, ne in casu si:e-
cumbentiæ is vteretur, c. Odoardus, de solut.
vel alio iuris remedio pauperibus concesso, ad-
deretur, Præstita per eum tertio idonea cau-
tione, iuxta l. si a quo. ff. de rei vendic. quæ ha-
bet locum etiam in beneficialibus, vt per Abb.
& alios in d. c. veniens, de testibus.

Quintò amplia; Nam datur hæc clausula
6 etiam lata † prima sententia in Curia super
nullitate pensionis côtra pensionarium existen
tem in quasi possessione exigendi, quando ti-
tularis prosequendo eius appellationem petit
committi causam in alia instantia non obstâte
Clement. vnica, de sequestr. possess. & fruct. quæ
in pensionibus locum non habet, vt per Gig.
de pens. q. 46. præsertim si iniustitia sententiæ,
vel nullitas ex tribus proponeretur, glos. fin. in
fin. & Doct. in d. Clem. vnica; Aut pensionarius
per triennium pacificè pensionem exegisset
Cassad. decis. 4. in princ. eod. tit. & decis. n. 9.
& 13. super reg.

7 Econtrà verò limita, vt † hæc clausula non
detur, quandò ex ventre litterarum oritur ex-
ceptio, per quam constat de non iure pensio-
narij, Bart. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi, aut
clam. Veluti si pensio reseruata esset sub con-
ditione, sicuti etiam Rota intelligit, vt in alia
Compostellana pensionis 11. Maij 1588. coram
Cardinale Seraphino: Hoc etenim casu non
verificata conditione, titularis non cogitur
8 soluere, quia debitum † sub conditione non
dicitur debitum. l. si cui fundo, ff. de condit.
& demonstrat. Ideò non datur hæc clausula,
sed committitur causa cùm retardatione, con-
stito ex eisdem actis de bono iure titularis, &
de non iure pensionarij, vt per Sarnen. in com-
pend. signat. n. 84. vers. & est aduertêdum, Ant.
Aug. de clausul. sine retardatione, in princip.
Cassad. decis. 10. n. 8. de rescript. Gig. de pens.
q. 85. n. 10.

9 Amplia idem esse, quamuis † pensio esset
reseruata sub modo cùm decreto irritanti, vel
clausula annullatiua, vt in exemplo quod eue-
nit de facto, & ita fuit decisum in Signatura.
Data erat facultas in litteris transferendi pê-
sionem, dummodo translatio denunciaretur
soluenti intra certum tempus, aliàs translatio
esset nulla: is in quem dicebatur facta transla-
tio, petebat pensionem, Debitor negabat sibi
fuisse intimatam translationem in tempore,
fuit data commissio causę sine dicta clausula,
eo quia exceptio oriebatur ex ventre Bullæ, vt
per Sarnen. in loco supra citato vers. & per præ
dictam, Cassad. d. decis. 10. n. 8. de rescrip. Gig.
d. q. 85. n. 9.

10 Sublimita: Nam † si pensionarius esset in
quasi possessione exigendi hæc clausula appo-
neretur non obstante conditione litterarum:
Quia exceptio oriens ex ventre Bullæ non im-
pedit huiusmodi rescriptum, quando adest
quasi possessio exigendi, cum hoc casu titula-
ris per solutionem videatur releuasse pensio-
narium ab onere iustificandi conditionem, vel
modum fuisse impletum, saltèm ad effectum nè
interim in sua exactione impediatur, Cassad.
d. decis. 10. n. 8. de rescript. Vestr. in prax. lib. 3.
cap. vlt. n. 1. Put. decis. 385. n. 4. lib. 1. Et fuit tê-
tum per Rotam in vna Burgen. pensionis 19.
Februarij 1596. coram Cardinale Blanchetto,
& in vna Sabinen. pensionis coram Cardinale
Mantica ibidem allegata.

Secundò limita, vt hæc clausula non appo-
11 natur, quando † pensio ab inferiore à Papa
fuit reseruata, qui regulariter non potest pen-
12 siones imponere, nisi certis † casibus, & ex cau
sa legitima, nec perpetuò, vt in c. nisi essent, de
præben. Caccialup. de pens. q. 4. Hoc enim casu
cessat fauor litterarum Apostolicarum, & con-
sequenter hæc clausula in commissione non
apponitur, secundùm Staphil. de lit. iustit. §. in
primis, n. 84. in fine, & voluit Sarnen. in d. com-
pend. signat. n. 85. vers. & est aduertendum.

13 Sublimita primò; nisi † Apostolica auctori-
tate pensio esset reseruata, quia tunc Papa re-
seruasse censetur, Gig. de pens. quæst 85. in fine.

14 Secundò sublimita, nisi † forte pensiona-
rius esset in quasi possessione exigendi, quia
tunc daretur hæc clausula ex alio capite, ne sci
licet pensionarius possessione sua priuetur cô-
tra iuris debitum, aliàs posset agere spolio. Ita
Vestr. in praxi, lib. 3. cap. vlt. n. 1.

Tertiò limita principalem regulam, vt non
15 detur commissio cum hac clausula, † quando
pensionarius stetit per longum tempus, quòd
non petijt pensionê Staphil. in loco præallega-
to n. 86. vers. præterea Gig. d. quæst. 85. n. 3.

Sublimita, vt procedat, quando pêsionarius
potuit agere, & neglexit, ob præsumptum sci-
licet pensionis extinctionem, cùm non sit veri-
simile eum tantò tempore tacuisse, arg. tex. in
c. super hoc de renunciat. Secus verò si pensio-
narius non potuit agere, quia non data negli-
gentia, non censetur amisisse animum exigen-
di, & ideò tunc in commissione hæc clausula
adijceretur, vt fuit obseruatum in allegata
causa Brixien. pensionis coram Penia, sicuti ap
par-

paret ex decisionibus factis sub die 16. Martij, & 21. Maij 1599. vbi erat casus de eo, qui trãstulerat pensionem sub conditione, & durante litè super inualiditate translationis, nõ potuit agere: Nam licèt diù non petijsset pensionem, nihilominus fuit data commissio cùm clausula, sinè retardatione solutionis pẽsionis.

16 Quartò limita, quia † hæc clausula nõ adijcitur, vbi pensio est imposita super pluribus beneficijs, quæ posteà deuenerunt ad manus diuersarum personarum, & vna vult agere super nullitate, ea scilicèt ratione, quia possessores beneficiorum non tenentur ad totam pensionẽ insolidùm, sed pro rata, quo casu pensio non potest dici liquida, donec Iudex cognoscat, quę sit rata pensionis, quæ tangit vnumquemquè, & discutiat valorem omnium beneficiorum, Ant. August. de solut. pension. nu. 2. Sarnen. in d. compend. signat. n. 88. vers. est & alius casus, Gig. de pension. q. 85. n. 5. & fuit resolutum per Rotam in vna Segobien. pensionis coram Cardinale Seraphino sub die 19. Aprilis 1602.

Quintò limita, vt non apponatur, quando
17 ille † in quem translata est pensio in alium eã transtulit de solo consensu beneficiati, Gig. de pens. d. q. 85. nu. 8. Quàmuis aliud sit quandò transtulit vigore facultatis litterarum Apostolicarum, quia tunc ob illorum reuerentiam hæc clausula est apponenda, etiam si beneficiatus nunquàm soluerit pensionem secundo translatario, sed solùm primo, ex allegatis superius in tertia ampliatione. Et licèt Vestr. in d. cap. vlt. n. 5. contrarium teneat, nihilominus eius ratio non videtur bona, quia litteræ translationis tunc demùm afferre possent secùm exceptionem pensionis extinctæ, quam dare posset titularis, tanquàm nascentem ex titulo pensionarij ad impediendum hanc clausulam, quandò ex prioribus litteris pensionis ageretur, secus verò quando agitur ex litteris translationis, quia tunc ex illis noua pensio creatur, & reseruatur, Feret. cons. 53. n. 10. Ideò cessat exceptio extinctionis, & concurrit fauor dictarum litterarum, propter quem ad vtilitatem etiam non existentis in possessione hæc clausula dari consueuit, vt suprà dictum est.

Alios casus, in quibus datur commissio nullitatis pensionis, sinè dicta clausula legere poteris apud Gigan. de pens. dict. quæst. 85.

Sunt tamen duo alia notanda pro declaratione prædictorum. Vnum est, quòd de stylo signaturæ in casibus, in quibus datur clausula
18 sinè retardatione, &c. debitor † qui consensit reseruationi pensionis iuramento præstito, & præmissa obligatione in forma Cameræ, non potest prætextu inopiæ vti beneficio c. Odoardus, de solut. vel alio simili, cùm possit ex redditibus beneficij pensionem soluere; sed potius ad beneficium dimittendum cogi debet, cùm huic pœnæ si ipsum tempore consensus submiserit. Ità Sarnen. in d. compen. signat. vers. est tamen, Couar. var. resol. lib. 2. c. 1. nu. 9. vers. Illud fortasse.

19 Secundò est notandum. quòd † vbi pensionarius via executiua egit pro pensione, & obtinuit, si titularis appellat, commissio non datur nisi cum alia clausula, sinè præiudicio legitimæ executionis, &c. quando Iudex benè processit, & hoc fauore literarum Apostolicarum, quæ paratam habent executionem, vt scribit Vestr. in praxi. lib. 3. cap. vlt. in fine. Secus si Iudex in executione modum excessit, nam hoc casu appellatio admittenda est, Gig. de pens. q. 95. num. 5. Et datur clausula si quid exequendum, &c. vel clausula, Quod Iudex appellationis ad legitimã executionẽ procedat.

Clausula sinè retardatione solutionis pensionis in rescripto apposita, secundùm opinionem Rotæ, quid operetur. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 Clausula sine retardatione solutionis pensionis posita in commissione appellationis præseruat iurisdictionem Iudici à quo, vt in futurum possit cogere titularem ad solutionem.

2 Declara dummodo illi non fuerit inhibitum.

3 Tribuit iurisdictionem conditionalem, & operatur quòd Iudex non possit validè procederet in negotio principali, nisi soluta prius pensione.

4 Operatur, vt non possit in causa procedi etiam si pensio sit verè soluta, nisi de solutione in actis constet.

5 Item operatur, quòd lite pendente pensio sit soluenda, quàmuis lata sit prima sententia ad fauorem titularis.

6 Tribuit priuilegium causæ, & est communis omnibus instantijs, donec de nullitate pensionis, aut extinctione sit iudicatum per tres conformes.

7 Amplia, siuè in prima commissione sit posita, siuè in secunda.

8 Data contra antecessorem afficit etiam successorem in beneficio causam prosequi volentem.

9 Impedit tertium agere quamdiù non est soluta pensio per titularem.

10 Suffragatur nedum contra successorem in eodem beneficio, sed etiam contra successorem in fructibus, super quibus pensio soluitur, præsertim si pensionarius ab antecessore aliquando ipsam pensionem exegerit.

11 Suspendit iurisdictionem etiam si pensionarius non sit in quasi possessione exigendi, dummodò littera sint expedita.

12 Vt operetur ex stylo Rotæ sufficit, vel quasi possessio exigendi, vel litterarum expeditio.

13 Manutentio non datur pensionario, licèt litteræ sint expediat, nisi etiam adsit quasi possessio exigendi.

14 Item non datur translatio, qui nunquàm exegit pensionem, licèt transferrens pacificè illam exegerit per 30. annos.

13 Pos-

15 *Possessio est facti, & sine facto non acquiritur, neque transfertur, etiam si sit rerum incorporalium, & num. 17.*

16 *Per translationem antiqua pensio extinguitur, & noua creatur.*

18 *Clausula sine retardatione solutionis pensionis, An suspendat iurisdictionem, quando ex ventre litterarum constat de vitio, seu nullitate pensionis.*

19 *Non operatur, quando gratia est conditionalis.*

20 *Illius effectus non impeditur, quando adest quasi possessio exigendi, licet exceptio oriatur ex ventre Bulla.*

21 *Fallit si possessio esset turbida, vel pensio fuisset soluta per compulsionem, & metu censurarum.*

22 *Solutio pensionis per compulsionem, & metu censurarum facta non constituit pensionarium in quasi possessione exigendi, nisi soluens acquieuerit compulsioni, & protestatus non fuerit in actu solutionis.*

23 *Clausula sine retardatione, &c. non operatur, nisi quoad summam in sententia taxatam, quando est posita in commissione appellationis.*

24 *Item non operatur respectu translatarij, qui nunquam exegit, nisi ipse iustificauerit translationem, ac etiam reseruationem antiqua pensionis.*

25 *Amplia licet is, qui pensionem transtulit fuerit in quasi possessione illam exigendi per plures annos, dummodo non per triginta.*

26 *Possessio, seu quasi transferentis, vt releuet translatarium ab onere iustificandi, & probandi debet esse longissima, nempe triginta annorum.*

27 *Clausula, sine retardatione solutionis pensionis, quando habet adiunctam clausulam, arbitrio Rota, intelligitur, prout de iure.*

28 *Quando nulla adest causa, non retardatur effectus illius, praesertim quando pensio est iustificata, quo casu non est locus arbitrio ad retardandam solutionem, & n. 29.*

30 *Clausula, arbitrio Rota, addita clausula, sine retardatione solutionis pensionis, operatur, vt censeatur data facultas cognoscendi de validitate, vel inualiditate pensionis, ad effectum procedendi cum retardatione, vel sine.*

31 *Item operatur retardationem solutionis pensionis, donec littera iustificentur.*

CLAVSVLA autem sinè retardatione solutionis pensionis in rescripto apposita duos principales effectus operatur, quos breuiter percurremus. Primus est effectus: Nam posita in commissione
1 † appellationis praeseruat iurisdictionem Iudici à quo, vt in futurum possit cogere titularem ad solutionem, vt in simili de clausula, sinè praeiudicio, &c. tradit Lancellottus de attent. post inhibit. cap. 26. n. 13. Rota decis. 641. n. 10. & 11. part. 1. diuers. Caesar de Grass. decis. 3. in fine, de re iudic. & fuit resolutum in vna Tarraconen. Villae de Reus, 8. Februarij 1593. coram Cardinale Seraphino, & in terminis pensionis in causa Spoletana responsionis, 5. Iulij 1599. coram Corduba.

2 Declara, vt † procedat, dummodo illi non sit inhibitum, Gig. de pens. q. 69. nu. 5. in fine, & Lancellottus in loco supra citato ampliat. 1. in fine, num. 30.

3 Secundus est effectus, quia † haec clausula, sine retardatione, &c. tribuit iurisdictionem conditionalem, & operatur, quòd Iudex non possit validè procedere in negocio principali, nisi soluta prius pensione, Sarnen. in compendio Signat. num. 84. Paris. cons. 94. nu. 12. lib. 4. Io. Paul. decis. 61. Put. decis. 19. de pens. Anton. Aug. de clausula sine retardatione, &c. num. 6. Caesar de Grass. decis. 8. nu. 1. de re iudic. Rota diuers. decis. 301. part. 1. & fuit dictum in causa Vercellen. pensionis, 29. Maij, & 15. Iunij 1587. coram Cardinale Platto; in Romana de Cincijs 23. Iunij 1595. coram Cardinale Mantica, & de eodem anno in vna Burgen. pensionis, 24. Nouembr. coram Cardin. Blanchetto.

4 Primò amplia, vt per istam † clausulam non possit in causa procedi, etiam si pensio sit verè soluta, sed de solutione in actis non constet, ratio est, quia Iudex debet esse certus de sua iurisdictione, ita tentum in vna Tarraconen. pensionis, 15. Nouembris 1593. coram bo. me. Gypsio.

Secundò amplia, vt haec clausula operetur
5 etiam † lite pendente, Staphil. de lit. iustit. §. in primis num. 84. Gig. de pens. quaest. 35. num. 9. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 9. in fine. Vndè non debet retardari, aut alias impediri solutio pensionis, praesertim simpliciter, & de consensu partium reseruatae, super cuius nullitate lis mouetur, donec de nullitate, aut extinctione sit iudicatum, nisi sub modo cum clausula irritanti, vel annullatiua actus in contrarium gesti, aut sub conditione fuisset reseruata, quia tunc non verificata conditione, aut modo reus non compellitur soluere, nisi agens esset in possessione percipiendi, quia tūc cogeretur, cùm in his non requiratur titulus, ita Cassador. decis. 10. n. 8. de rescript.

Item operatur haec clausula lite pendente, tametsi lata sit prima sententia ad fauorem
6 titularis, quia haec clausula † tribuit priuilegium causae; vndè semper durat, & est communis omnibus instantijs, donec de nullitate pēsionis, aut extinctione sit iudicatum per tres conformes, Aegid. decis. 41. & 525. Cassad. decis. 8. num. 5. de rescript. Put. decis. 426. n. 2. lib. 2. & in terminis huius clausulae Rota diuers. decis. 43. par. 2. & fuit resolutum in causa Nòuarien. decimarum 11. Decembris 1573. coram Cardinale Blanchetto, & in vna Brixien. pensionis 15. Martij 1599. coram Penia, Istudque

7 què procedit siue prima † commissio det clau-
sulam, siue secunda, aut alia in quacunque par
te iudicij, nam omnis processus post ipsam re-
cipit eandem conditionem vsque ad finem li-
tis, cum eadem sit ratio de ea, quæ de prima
commissione in his, quæ sequuntur, ex tradi-
tis per Cassad. d. decis. 8. num. 6. de rescriptis.
Tertiò amplia, nam hæc clausula suum pa-
8 rit effectuum, etiam si fuerit † data contrà an-
tecessorem, quia cùm suspendat iurisdictio-
nem afficit quoque successorem in beneficio
causam prosequi volentem; Quemadmodum
9 etiam impedit tertium † agere quamdiu non
est soluta pensio per titularem, vt per Caputa-
quen. decis. 1. lib. 1. in manuscript. Paleot. de-
cis. 210. & fuit dictum in vna Vrgellen. iuris
optandi, 10. Decembris 1601. coram Ludoui-
sio: Et præsertim obstat successori si pensiona-
rius ab antecessore aliquando pensionem per-
ceperit, cum talis possessio eidem suffragetur
10 † nedum contra successorem in eodem bene-
ficio, Put. decis. 151. lib. 3. Guid. Pap. decis. 762.
sed etiam contra successorem in fructibus be-
neficij, super quibus ipsa pensio soluitur, Ac-
chil. decis. 6. de pens. & tenuit Rota in vna To-
letana pensionis, 5. Decembris 1603. coram
Iusto.
11 Quartò amplia, vt operetur † quamuis pen
sionarius non sit in quasi possessione exigen-
di, dummodo tamen litteræ sint expeditæ;
12 Nam ex stylo Rotæ † ad effectum huius clau-
sulæ alterum de duobus sufficit, vel quasi pos-
sessio, vel expeditio litterarum, vt in decis.
301. num. 2. part. 1. diuers. & fuit decisum in
vna Burgen. pensionis 24. Nouembris 1595.
coram Cardinale Blanchetto, & aliàs sæpè; li-
cet secus sit ad effectum manutentionis, quo
13 casu † non sufficiunt litteræ, nisi etiam adsit
quasi possessio exigendi, quamuis ille, cui pen
14 sio debetur sit † translatarius, & transferens
pacificè exegerit pensionem per triginta an-
nos: Nam talis possessio translatario solum
suffragatur ad effectum, vt possit agere pro
* executione litterarum Apostolicarum* nõ iu-
stificatis litteris transferentis, non autem ad
effectum, vt ei debeat concedi mandatum de
15 manutendo, quia quasi † possessio est facti, &
sine facto non acquiritur, neque transfertur,
l. quemadmodum l. cum hæredes, ff. de acquir.
possess. l. 1. §. sceuola, ff. si quis testam. lib. esse
iuss. fuerit. Vnde si translatarius ipse nun-
quàm exegerit non potest ei dari manutentio,
16 præsertim cum per translationem † antiqua
pensio extinguatur, & noua creetur, Ferret.
cons. 53. nu. 10. Gig. de pens. quæst. 74. num. 1.
& quæst. 88. n. 8. Ideò quasi possessio pensionis
extinctæ non potest translatario prodesse ad
effectum manutentionis, & ita tenuit Rota in
vna Brixien. pensionis 23. Maij 1594. coram
Cardinale Mellino, Vbi reiecta fuit differen-
17 tia, quæ fiebat † inter possessionem rerum
corporalium, & quasi possessionem incorpo-
ralium, cum semper sit necessarius actus ap-
prehensionis, Acchil. decis. 5. de possess. Capra-
taquen. decis. 137. & 423. par. 2. Ant. Aug. in
tit. de quasi possess. præsent. §. vltimo.
Limita primò istam clausulam, vt non ope-
18 retur, † quandò ex ventre litterarum constat
de vitio, seu nullitate pensionis, & non iure
pensionarij, Sarnen. in compendio Signat. nu.
84. Ant. August. de clausula sine retardatione
in princip. Cassad. decis. 10. de rescrip. Achil.
decis. 4. in fine eod. tit. Rota decis. 310. num. 3.
par. 1. diuers. Et ita fuisse semper in Rota ser-
uatum dixerunt Domini in vna Salamantina
pensionis, 15. Ianuarij 1586. coram Cardinale
Pamphilio, & in allegata Burgen. pensionis,
19. Februarij 1596. coram Cardin. Blanchetto.
In contrarium tamen est decis. Put. 34. lib.
1. quam sequuta fuit Rota in causa Romana
pensionis 23. martij 1576. coram eodem Car-
dinale Blanchetto, vt in decis. 301. in fine par.
1. diuers. Quia, vt in eis dicitur, aliunde etiam
contrarium probari potest, & ideo interim
pensionarius non est impediendus in exactio-
ne: Et hæc opinio à tempore fel. rec. Gregorij
xiij. eo ità mandante in signatura, vt retulit
bo. me. Robusterius, fuit seruata & videtur ve-
rior, ex quo propter hanc clausulam iurisdi-
ctio est data sub conditione.
Sed retenta prima opinione illam intellige,
19 vt procedat † quandò gratia est conditiona-
lis, puta postquàm clericali charactere insi-
gnitus fueris, cum hoc casu vitium, seu exce-
ptio nullitatis dicatur oriri ex ventre littera-
rum, & non aliàs, & ità declarauit Rota in vna
Compostellana pensionis 11. Maij 1584. co-
ram Cardinale Seraphino.
20 Secundò intellige, nisi † adsit quasi posses-
sio exigendi, quia tunc non obstante, quòd ex-
ceptio oriatur ex ventre Bullæ, effectus huius
clausulæ non impeditur, Cassad. decis. 10. n. 8.
de rescript. & fuit tentum in d. Burgen. pen-
sionis 19. Februarij 1596. coram Card. Blan-
chetto, & in vna Sabinen. pensionis coram Car
dinale Mantica ibidem allegata; Quamuis in
contrarium videatur decis. Acchill. 4. de re-
script. quam per te vide.
21 Sed istud vltimum non † obtineret, quandò
possessio esset turbida, vel pensio soluta fuisset
per compulsionem, & metu censurarum, cum
22 talis solutio non constituat pensionarium † in
quasi possessione exigendi, nisi soluens acquie
scat compulsioni, & non protestetur in actu so
lutionis, vt declarando decisionem Achil. de-
cimam de pens. tenuit Rota in causa Lucana
pensionis, 4. Iunij 1574. coram Cardinale Lan-
cellotto, & de anno 1593. in vna Recanaten.
in transactionis coram Gypsio.
Secundò limita istam clausulam, vt apposi-
ta in commissione appellationis non opere-
23 tur, nisi † quòad summam in sententia conten-
tam, vt fuit resolutum in vna Romana pensio-
nis, 23. Maij. 1576. coram Cardinale Blanchet-
to, quæ habetur in prima parte diuers. decis.
310. in impressis.

24 Tertiò limita, vt non operetur, † quòad trã-
flatarium, qui nunquàm exegit, nisi ipse iustifi-
cauerit translationem, ac etiam reseruationẽ
antiquæ pensionis, vt fuit decisum in causa
Lauden. pensionis 29. Martij 1599. coram Pe-
25 nia: Idque procedit † licèt is, qui pensionem
transtulit fuerit in quasi possessione illam per-
cipiendi per plures annos, dummodò non per
26 triginta: Nam ad effectum, vt quasi † possessio
transferrentis releuet translatarium ab onere
iustificandi, & probandi, debet esse longissimá
nempè triginta annorum, vt fuit dictum in
dicta Lauden. pensionis, & per prius in vna
Brixien. pensionis 28. Nouembris 1602. coram
Ludouisio, In quâ fuit firmatum, quòd non suf-
ficiebat quasi possessionem transferentis ex-
cessisse viginti annos, nisi ascendisset ad tri-
ginta.

Præterea cessat rigor huius clausulæ, quan-
27 do in commissione addita est † clausula arbi-
trio Rotæ, quia intelligitur prout de iure Bar.
in extrauag. ad reprimendum in verb. videbi-
tur n. 8. Paris. cons. 56. n. 5. lib. 1. Socin. Iun. cons.
49. n. 16. lib. 2. Peregr. decis. 239. ad fin. lib. 2.
Cęsar de Grass. decis. 8. n. 2. de re iudic. Et ideò
stante hac additione stylus delegantis non erit
seruandus à delegato, sed magis seruanda erit
dispositio iuris communis, Rota decis. 349.
28 par. 1. diuers. n. 6. Quò fit, vt quando † nulla
adest causa, effectus clausulæ non impediatur,
vt fuit dictum in illa Romana pensionis 15. Iu-
nij 1597. coram Cardinale Pamphilio; Præser-
tim si pensio sit iustificata, quia tunc non est
29 locus † arbitrio ad retardandum solutionem,
vt fuit resolutum in Lucerina pensionis 27.
Martij 1602. coram Penia.

Operatur tamen hæc additio, vt censeatur
30 data facultas † cognoscendi de validitate, vel
inualiditate pensionis, ad effectum proceden-
di cùm retardatione, vel sinè, vt fuit tentum in
causa Compostellana pensionis 12. Octobris
1584. coram Cardinale Seraphino, & in causa
Lunen. Sarzanen. pensionis 15. Februarij 1593.
coram eodem. Et ideò, vbi hæc clausula adij-
citur, si detur de nullitatè pensionis Rota an-
tequàm declaret arbitrium, solet degustare
validitatem pensionis, & si pensio est valida
non dat arbitrium, si verò est nulla, intrat ar-
bitrium, vt fuit dictum, & obseruatum in dicta
Compostellana pensionis 12. Octobris, & 7.
Nouembris 1584. & 15. Martij 1585. & in vna
Cusentina pensionis 6. Nouembris 1596. co-
ram Corduba.

31 Præterea stante † hac clausula solet retar-
dari solutio pensionis, donec litteræ iustificen-
tur, vt fuit seruatum in causa Asculana pensio-
nis 28. Iunij 1593. coram Orano.

Filius hæres, qui non confecit inuentariũ an possit detrahere legitimã aduersus legatarios, vel fideicommissarios particulares. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Legitima detrahitur per filium etiam non confecto inuentario aduersus fideicõmissarios vniuersales, secundum veriorem opinionem.*
2 *Debetur de corporibus hæreditarijs ipso iure.*
3 *Item debetur sinè aliquo onere, & grauamine.*
4 *Quòad illam dicitur ius quæsitum filio statim à principio, quòd bona hæreditaria fuerint relicta per fideicommissum.*
5 *Detrahitur aduersus legatarios, & fideicommissarios particulares nullo etiam facto inuentario. & n. 10.*
6 *Filius hæres, licèt non fecerit inuentarium, si probauit hæreditatis quãtitatem, legatis tamen vel æqualem, vel minorem, potest ex legatis legitimam deducere, eaque deducta legata ipsa per dictam deductionem diminuta soluere tenetur, tametsi quantitatem hæreditatis excesserint, & n. 10.*
7 *Patronus, qui inuentarium non fecit legitimam sibi debitam in bonis liberti non amittit.*
8 *Legitima filijs est magis debita in bonis parentum, quàm Patrono in bonis liberti.*
9 *Filius inuentario non confecto non amittit trebellianicam, & multò minus legitimam.*
11 *Tex. in auth. sed cùm testator. C. ad leg. falcid. declaratur.*
12 *Legitima deduci potest etiam ex legatis particularibus, præsertim quando legata sunt bona meliora, & preciosiora.*
13 *Nõ ab vno legatario, sed ab omnibus debet peti.*
14 *Ex legatis particularibus deduci non debet, quandò illis detractis remanent aliæ res ex melioribus ex quibus arbitrio boni viri filius possit consequi suam legitimam.*
15 *Legitima deduci non potest ex bonis maioratui subiectis, si aliæ supersint, quæ sufficiant.*
16 *Legatarij, quando hæreditas est soluendo, præferuntur creditoribus in rebus legatis, & multò magis filijs quòad legitimam, quæ deducto ære alieno tantum debetur.*

NON modica est controuersia in illo articulo; Nunquid filius hæres, qui non confecit inuentarium possit detrahere legitimam aduersus legatarios, vel fideicommissarios particulares de rebus ipsis legatis, vel fideicommisso subiectis, ità ut non teneatur integra legata, vel fideicómissa præstare? In qua difficultate licèt negatiuã teneãt Menoch. de arbitr. iud. casu 163. nu. 20. Gabr. qui alios allegat in tit. de legitima conclus. 6. in prin. Fannc. de inuent. par. 7. n. 14. vers. simi-
1 liter. Tamẽ opinio affirmatiua † vti verior amplectenda est, siquidem aduersus fideicommissarios vniuersales legitima detrahitur per filiũ etiam nullo confecto inuentario, vt notant Angel. & Imol. in l. 1. §. hæc stipulatio, ff. si cui plus quàm

quàm per leg.falcid.Soc.iun.conſ.7. n.18. lib.
4.Fanuc.in tract.de inuent.in 7. parte, n.6.Et
2 ratio eſt, quia legitima † debetur de corpori-
bus hæreditarijs ipſo iure, vt eſt tex. in l. ſci-
mus, §. repletionem, C. de inoffic. teſtam. ac
3 † debetur ſine aliquo onere, & grauamine, l.
quoniã in prioribus, C. eod.tit.Et ideò relictis
bonis hæreditarijs per fideicommiſſum, ſta-
4 tim à principio eſt † ius quæſitum filio quòad
legitimam, & conſequenter cenſetur tantum
relictum à teſtatore, quantum importat de-
ducta legitima, vt poſt alios benè declarat
deciſ. Pedemont.148. num.13. Quæ ratio mi-
litat etiam aduerſus legatarios, ſiuè fidei-
5 commiſſarios † particulares, nam prouiſio, d.
l.quoniam in prioribus, eſt generalis, cùm
reijciat omne onus etiam reale; Ideò onus
adiectum ipſi filio ſuper rebus hæreditarijs
remouetur,& reijcitur quòad ſuam legitimã:
Et ità nulla facta diſtinctione de fideicommiſ-
ſario vniuerſali, vel particulari, ſed ſimplici-
ter,& indiſtinctè, quòd legitima per filium de-
trahatur, volunt Bart. Alber.& alij in authen.
hoc amplius, C.de fideicom. Alex. conſ.67. in
princ. lib. 4. vbi dicit indubitanter credere,
quòd ſi quis iudicaret contrarium, poneret ſe
in periculo,& tradunt etiam infiniti alij, quos
cumulat, d.deciſ. Pedemont.148.n.6.& Rolan.
in tract.de inuent. in 5. & vlt.par.§.dubitatio
oritur, num.19.verſ.hanç quoque ſententiam:
Et in indiuiduo, quòd detrahatur legitima
etiam aduerſus legatarios, & fideicommiſſa-
rios particulares, tradunt Rolan. vbi ſupra in
d.5 parte ſub n.19.Pedemon.d.deciſ.148.n.12.
& 13.Marc.Ant.Cuc.in tract.de legitima,in c.
legitima nullum grauamen admittit, n.43. &
44. fol. mihi 121. Vbi reddit rationem, quia
non debet eſſe differentia inter legatarios, ſeu
fideicommiſſarios particulares, & fideicom-
miſſarios vniuerſales: Et hoc etiam tenet Co-
uar.in c. ſi hæredes, num.9. verſ. Quamobrem
6 ni fallor, de teſtam.dum dicit, quòd ſi † filius
hæres probauerit legitimis probationibus hæ-
reditatis quantitatem, eamdemquè certam ac
definitam, legatis tamen, vel æqualem, vel
minorem, poterit ſanè ex legatis legitimam
deducere portionem, eaque deducta legata
ipſa per dictam deductionem diminuta ſolue-
re tenebitur, tametſi quantitatem hæreditatis
exceſſerint: Et ità etiam in legatis particula-
ribus tenuerunt Ricard. Malumbra, & Cin.
quos refert,& ſequitur Bart.in Anth. ſi cùm
teſtator num.11.C.ad leg.Falcid.

Et benè facit tex. quem ipſe Bart. allegat
in §. non autem, in Auth. de hæred. & Falcid.
vbi ſuprà Imperator loquutus fuerat de falci-
dia non detrahenda ob non confectionem in-
uentarij, & quòd legata eſſent ſoluenda inte-
gra: Poſteà in d.§.non autem, loquitur de legi-
7 tima,& dicit, quòd ſi Patronus † inuentarium
non fecerit, nihilominus legitimam ſibi debi-
tam in bonis liberti non amittit, quod debet
intelligi reſpectu etiam legatariorum, cùm
non veniat limitatiuè ad materiam, de qua
ſuprà tractauerat. Et meritò ſi patronus legi-
timam ob eam cauſam non amittit, multò mi-
nus debet filius amittere debitum iure natu-
8 ræ; Magis † enim eſt debita legitima filijs
in bonis parentum, quàm patrono in bonis
liberti, cùm hæc iure poſitiuo, illa verò
iure naturæ filijs debeatur, Ad not. in l. ſi
quis libertum, §.fin. vbi gloſ.ff.ad l. Cornel. de
9 falſis. Et cum detractio † trebellianicæ non
ceſſet ex eo, quòd filij non confecerint inuen-
tarium ſecundùm opinionem, quam vti verio-
rem,& æquiorem ſequitur Rota, Caſſad.deciſ.
3.de teſtam.& fuit dictũ in vna Oriolen.bono-
rum de anno 1590. coram Orano, & in vna
Ceſenaten. hæreditatis 1.Iulij 1596. coram
eodem; Multò minus debet ceſſare detractio
legitimæ gloſ.in Authen.de hæred.& falcid.in
§. ſi verò non fecerit, & in Anth. ſed.cùm te-
* ſtator, C.ad l.falcid.& eſt communis * opinio,
vt dicit deciſ. Pedem.30. & 148. Craſſ. com-
mun.ſent.in §.legitima q.45.n.1. & per totã.

Non obſtat, quòd ſi filius non amittit legi-
timam ob non confectionem inuentarij, nihi-
lominus tenetur integra legata, vel fideicom-
miſſa ſoluere, etiam vltrà vires hæreditatis, ſe-
cundùm opinionem, quam ſequitur Fanuc. in
d.tract.de inuentario part.7.n.14. verſ. ſimili-
10 ter, Siquidem † reſpondetur, quòd opinio Fa-
nucij non eſt vera,& Bart. allegatus per ipſum
in d Authen. ſed cùm teſtator, nu.11. non di-
cit, quòd hæres teneatur ſoluere integra lega-
ta abſq; diminutione legitimæ, ſed dicit quòd
primo loco eſt deducenda ipſa legitima à le-
gatis,& poſteà legata ſic diminuta ſunt ſoluen
da integra, veluti ſi ſunt legata 300 filius de-
bet detrahere 100.pro ſua legitima,& reliqua
200. ſic diminuta ratione legitimæ integra le-
gatarijs præſtare etiam de ſuo, ſi hæreditas
non ſit ſufficiens, & non quòd filius teneatur
ob non confectionem inuentarij ſoluere tota
integra 300.& ità etiam declarat Rolan. in d.
tract. de inuentario in 5. & vltima parte in §.
dubitatio oritur, num.19.verſ.ad quid prode-
rit hæc deductio, & tradit Bald.in l.1.num.3.
C. de bon. auct. Iud. poſſiden. Pedem. d. de-
ciſ. 148.nu.11. Quod etiam ſuadetur ratione,
quia, vt dixi ſtatim ab initio fuit ius quæſitum
filio, quòad legitimam in rebus hæreditarijs,
nec poterat recipere aliquod grauamen: Vndè
pater non habens in hæreditate niſi 300. le-
gando tota 300.ratione iuris legitimę, quod
competebat filio à principio, non dicuntur le-
gata niſi 200. & conſequenter nihil legata-
riorum intereſt, ſi filius conficit, vel non con-
ficit inuentariũ, cùm dicantur habere ſua le-
gata integra, ſi ipſis ſoluãtur 200. vt benè de-
clarat Rolan.in d.§ dubitatio oritur, ſub n.22.

Eodem modo reſpondetur ad tex.in d. Au-
then. ſi cùm teſtator, C.ad leg.falcid. quia in-
11 telligitur, † quòd legata debent ſolui integra,
nèpe reſpectu illius reſidui facta detractione
legitimæ, vt declarat idẽ Rola.vbi ſupra, n.19.

Et

Et prædicta eò magis obtinent, quando
13 † legata sint alijs bona meliora, & præciosiora, quia tunc sine dubio legitima poterit etiam ex illis deduci, secundùm Corn. cons. 180. in quarto dub. num. 7. vers. secus videtur lib. 4. Cran. cons. 19. num. 14. Alex. in l. in quartam, num. 16. vers. intelligo tamen dictum, ff. ad leg. falcid. quem ibi sequitur, Picus num. 115. vers. istud tamen venit, Ias. in l. scimus, in princ. num. 7. in fin. C. de inoffic. testam. & esse apud omnes indubitatam conclusionem tradit Crass. in d. §. legitima quæst. 18. num. 5. in fine.

Sed quod dictum est, filium posse detrahere legitimam ex legatis, seu fideicommissis particularibus, primò declaratur, vt proce-
13 dat dummodò † non ab vno legatario, sed ab omnibus legitima petatur, Ruin. cons. 17. col. 3. in fin. lib. 5. Gabr. de legitima d. conclus. 6. num. 4.

Secundò declaratur non procedere, quan-
14 dò detractis † legatis remanêt etiam aliæ res hæreditariæ meliores, ex quibus arbitrio boni viri filius potest consequi suam legitimam, quia tunc ex legatis ipsis particularibus legitima deduci non debet, sed legata sint integraliter præstanda, si besse non excedant; Ita Corn. in d. cons. 180. in 4. dubio, lib. 4. n. 7. Alex. cons. 12. num. 2. lib. 5. & in l. in quartam, num. 16. ff. ad leg. falcid. Ruin. cons. 57. n. 11. & sequen. lib. 4. & cons. 27. in fine lib. 1. vbi in-
15 fert quod † legitima deduci non potest ex bonis subiectis maioratui, si alia supersint, quæ sufficiant, quam opinionem latè tuetur Peregr. in tract. de fideic. art. 4. nu. 32. & sequen. & verissimam putat Gabr. cons. 121. num. 57. in fine lib. 1. & * communem dicit Crass. in d. §. legitima quæst. 18. n. 4. Ratio est, quia quan-
16 do † hæreditas est soluendo legatarij præferuntur creditoribus in rebus legatis, Natt. post Castren. cons. 199. num. 8. Surd. decis. 316. num. 12. Ergò multo magis præferuntur filijs in legitima, quæ deducto ære alieno tantum debetur, vt per Crass. d. quæst. 18. n. 4. in fine.

Hypotheca an cadat in mercibus venalibus, & quanto tempore duret, breuiter explicatum. Cap. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca in mercibus venalibus cadit.*
2 *Durat post venditionem ipsarum mercium, quando Apotheca, vel Taberna, in qua merces venales retinentur, tota alienatur, vel eius pars, ita quòd penes emptorem non desinat esse corpus vniuersale, & num. 6.*
3 *Extinguitur, quando non alienatur ipsa Apotheca, sed tantum ipsius merces particulares.*
4 *Merces venales à principio censentur obligata secundum suam destinationem, & sic cum illa qualitate, quatenus non reperiantur alienatæ.*
5 *Hypotheca manet in mercibus subrogatis in locum venditarum.*
7 *Frumentum inter merces esculentas, & poculentas reputatur.*
8 *Hypotheca generalis in frumento, quod habetur venale non cadit, nisi cùm sua qualitate, quatenus non fuerit alienatum, & num. 9.*
10 *Hypotheca in mercibus non extinguitur per venditionem, quando de tempore alienationis cōtra debitorem erat mota lis super hypothecaria.*

QVAMVIS Iacob. de Arena in l. generali, §. vxori, ff. de vsufruct. legat. Bald. in l. certi iuris, num. 6. C. locati, & Roman. in l. si constante, num. 33. vers. aut quæritur, ff. solut. matrim. in hoc articulo teneant partem negatiuam, quòd scilicèt in mercibus venalibus non cadat hypotheca;
1 Nihilominus, † sententia affirmatiua amplectenda est, quam tenuit, Cin. in l. vbi adhuc, num. 19. & Bald. ibidèm sibi contrarius, n. 18. 19. & 38. & Salic. num. 12. C. de iur. dot. Bart. in d. l. si constante sub num. 73. vers. si vero reperitur, Ias. in §. item seruiana, num. 52. Instit. de action. Ripa in l. 1. num. 8. ff. de pignor. Calcan. con. 15. num. 16. Paris. cons. 69. num. 3. lib. 4. Pinel. in rubr. C. de bon. matern. par. 1. n. 46. in fin. Couar. var. resol. lib. 2. c. 5. nu. 2. Et hanc Rota sæpius amplexa fuit, & præsertim in vna Romana pecudum, 24. Maij 1600. coram Cardinale Mellino, in qua fuit dictum hanc opinionem esse non solùm magis * communem, sed etiam veriorem.
2 Et durat † hypotheca in mercibus venalibus etiam post illarum venditionem, quando alienatur tota Apotheca, vel eius pars, ita quod penes emptorem non desinat esse corpus vniuersale, vt scribit Bald. in d. l. vbi adhuc num. 19. Bald. nouel. in d. l. si constante, nu. 72. ff. solut. matrim. Rip. in d. l. 1. num. 9. ff. de pignor. Secus si non alienatur Apotheca, sed
3 † tantùm distrahuntur ipsius merces particulares, quæ ibi retinentur ad continuam venditionem; Quia tunc, ne commercium impediatur, obligatio seu hypotheca extinguitur, cùm merces censeantur solùm à principio
4 obligatæ secundùm † suam destinationem, & sic cùm illa qualitate, quatenus non reperiantur alienatæ, l. cum tabernam, ff. de pignor. vbi Bald. per illum tex. n. 1. & Angel. in fine princip. Præsertim si nouæ merces fuerint sub-
5 rogatæ, quia super † illis manet hypotheca, & prouidetur indemnitati creditorum, vt dicunt supradicti Doctores. Ideò hypotheca solùm seruit, dum res sint penes debitorem, sed illis distractis cessat hypotheca, vt post alios tradit Ripa, in d. l. 1. nu. 8. ff. de pignor. Paris. d. cons. 69. num. 3. lib. 4. Crot. in d. l. si constan-

re in secunda lect. num. 137. Strac. de Mercat.
in tit. de mand. in fine, num. 7. fol. mihi 106. &
tenuit Rota apud Ant. Aug. decis. 655. lib. 3.
& apud Put. decis. 297. lib. 2. quæ ratio ces-
6 sat in corpore † vniuersali Apothecæ, seù Ta-
bernæ, quæ de sui natura non exponitur, nec
retinetur venalis, & ideò non cadit sub obli-
gatione cùm illa qualitate, quatenus non
sit alienata, sed cadit sub hypotheca simpli-
citer, & transit in emptorem cùm sua hypo-
theca, siuè tota, siuè pars sit alienata, d. l. cùm
tabernam, & ibi Bald. in fine princ. cùm alijs
supra allegatis.

Præterea quod dictum est de mercibus Apo
thecæ habet locum etiàm in alijs rebus ve-
nalibus propter eamdem rationem, vt appa-
ret ex Bart. in d. l. si constante, num. 73. Paris.
d. cons. 69. num. 3. lib. 4. Paul. de Castr. in d. l. 1.
num. 2. ff. de pignor. & propterea locum sibi
vendicat etiam in frumento ad vendendum
destinato, Couar. var. resol. lib. 2. cap. 5. nu. 12.
qui loquitur de frumento, vino, & alijs venali-
7 bus: Frumentum † enim inter merces escu-
lentas, & poculentas reputatur, Rebuf. in
l. mercis appellatione, quæ est lex 66. post
princip. vers. merces autem, ff. de verb. si-
gnif. Roder. Suarez cons. 2. num. 4. posito post
tract. Strach. de mercat. Ideò si habeatur ve-
8 nale in eo † non cadit hypotheca generalis,
nisi cùm sua qualitate, quatenus non fuerit
alienatum, vt dictum est de mercibus apo-
thecæ, & tradit Ruin. cons. 150. num. 8. ad fin.
vers. ea verò lib. 3. qui loquitur de frumento
existente in Domo vltrà necessitatem familiæ.

Ex quo inferebam in facti contingentia,
quòd cùm in Vrbe facientes mercaturam
grani, vel vt dicitur artem campi id faciant,
non vt perpetuò frumentum apud se retineāt,
sed, vt aliquandò illud vendant, vt est noto-
9 rium, resultat, quòd quatenus † frumentum
veniat sub generali hypotheca, dicatur veni-
re quatenus non sit distractum, cùm hoc in
casu non sit differentia inter merces apothe-
cæ, & frumentum, quia istud est diuersifica-
re factum, sed non rationem; Nàm ratio cur
venalia liberantur ab hypotheca per vendi-
tionem est illa, quia partes sciunt, quòd ista
non habentur, vt perpetuò sint penes debi-
torem, sed vt aliquando vendantur, quæ ra-
tio militat etiam in facientibus artem campi;
Ideò in eis debet habere locum eadem dispo-
sitio, vulgata l. illud, ff. ad leg. Aquil. Est be-
nè verum, quòd granum anni sequentis sub-
rogatur loco grani anni præcedentis venditi,
vt dicunt supradicti Doctores in omnibus ve-
nalibus, Et ità ex supradictis obtinui, quòd
cùm granum, de quo agebatur non esset pe-
nes debitores, sed venditum non poterat præ-
tendi super eo hypotheca.

10 Sed prædicta intellige, dummodò de † tem-
pore alienationis contrà debitorem alienan-
tem non sit mota lis à creditore in ipsa hypo-
thecaria, secus si iudicium esset captum, quia
tunc etiam in mercibus venalibus hypotheca
per venditionem non extinguitur, vt per 1
Negus. de pignor. 2. membr. 2. part. numer.
23. Bald. in d. l. vbi adhuc, num. 19. C. de
iure dot. Et tenuit Rota in allegata Roma-
na pecudum 5. Iulij 1599. coram Gypsio.

Fructus, qui supersunt deductis sumpti-
bus ex hæreditate patris fideicommit-
tentis, An debeant esse filiorum, & hæ-
redum, vel potius conuerti in solutio-
nem dotium in testamento eius filia-
bus relictarum. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti post aditam hæreditatem non veniunt in restitutione fideicommissi, sed cedunt lucro hæredis.*

2 *Hæres soluens ex fructibus æs alienum testatoris, potest in restitutione fideicommissi tot bona etiàm fideicommisso subiecta retinere.*

3 *Dos promissa, vel constituta post mortem patris non dicitur debita, sed quasi debita, & pater non tenetur iure actionis, sed solo Iudicis officio.*

4 *Promissa, vel constituta à Patre dicitur verum debitum patris, & pro ea datur actio, & ideò fructus non compensantur.*

5 *Dos promissa, & constituta à patre si soluatur per hæredem ex fructibus, potest detrahi in restitutione fideicommissi, & num. 6.*

7 *Relicta per Auum nepti præsumitur relicta contemplatione filij, præsertim quandò neptes non sunt adhuc natæ, Ideò filius tenetur illam dotare de sua legitima, & de fructibus, quos percepit ex hæreditate patris.*

8 *Pater relinquens dotem filiabus proprijs agnoscit proprium debitum, ideò alij filij non tenentur de fructibus dotare.*

9 *Quandò filius est grauatus vltrà vires hæreditatis tenetur supplere debitum patris ex fructibus.*

REGVLA est pro fi-
lijs, & hæredibus,
quòd fructus percepti
1 post aditam † hære-
ditatem non veniunt
in restitutione fidei-
commissi sed cedunt,
lucro hæredis, l. in fi-
deicommissariam, vbi
Doct. ad Trebellian. l. postulante, §. sed si
huiusmodi, eod. tit. cùm alijs per Cardin.
Manticam de Coniectur. lib. 7. tit. 10. num.
2 7. Adeò quod si hæres ex fructibus † soluit
æs alienum testatoris, potest in restitutione
fideicommissi retinere tot bona, etiàm fidei-
commis-

commisso subiecta, iuxta not. in l. deducta, §. qui post, ad trebell. Ruin. cons. 135. numer. 10. lib. 3. Præsertim si sit filius primi gradus, qui non imputat fructus, nec in legitimam, nec in trebellianicam; l. scimus in princip. C. de inoffic. testamen. l. iubemus, C. ad trebellian.

Sed quia contra hanc regulam opponitur, vt procedat in vero debito, non autem in quasi debito, vtputa pro dote filiarum, l. mulier, §. cum proponeretur ad trebell. Ideò videndum est an intret dispositio illius tex. in casu quæstionis propositæ, & resoluendum est non intrare, quia illæ tex. à Doctoribus in-
3 telligitur, vt procedat † quandò dos fuit promissa, vel constituta post mortem patris, quæ non potest dici debita, sed quasi debita, cum pater non teneatur iure actionis, sed solo iudicis officio, l. qui liberos in princ. de rit.
4 nupt. Secus si fuerit † promissa, vel constituta a patre, quia tunc dicitur verum debitum patris, & pro ea datur actio, quo casu non compensantur fructus, l. à filio, ff. ad trebell. ita declarat glos. 1. in d. §. cum proponeretur, quem intellectum sequuntur ibi Iacob. de Arena, & Bart. respondendo ad l. si debitor, ff. ad leg. falcidiam, & ibi Imol. in fine Castren. numer. 6. vers. Item adhuc oppono, cum sequen. Alex. numer. 13. vers. in glos. prima ibi pater pro ea, & numer. 14. & 16. Menoch. cons. 183. numer. 50. vbi distinguit inter dotem constitutam à patre, & constituendam à filio post aditam hæreditatem; Vt primo casu non habeatur ratio fructuum, secundò verò habeatur, & in terminis Dotis
5 promissæ & constitutæ à patre, quòd si † soluatur per hæredem possit hæres illam detrahere in restitutione fideicommissi, tradit. Paul. de Castr. cons. 186. col. 2. vers. nec aliquid aliud lib. 2. Ruin. cons. 112. numer. 18. & cons. 115. numer. 23. lib. 2. Decian. cons. 49. numer. 13. lib. 2. Gabr. qui testatur de
* magis * communi cons. 123. numer. 7. & sequen. lib. 1. Quidquid scripserit in contrarium Paris. cons. 25. num. 63. & sequen. lib. 2. qui scripsit in eod. casu Ruin. & magis in
6 specie, quòd quando † pater promisit dotem filiæ, quòd hæres illam soluens non teneatur imputare fructus, voluit Aym. cons. 295. in 6. dubio.

Non obstant tradita per Marzar. consil. 1. epit. qu. 48. num. 41. quia ibi loquitur in do-
7 te relicta per Auum nepti, quæ cùm † præsumatur relicta contemplatione filij, præsertim quandò neptes non sunt adhuc natæ, vt per Alex. in l. in quartam, num. 28. ad leg. falcidiam, & cons. 154. num. 2. lib. 7. Dec. cons. 81. nu. 5. vers. successiuè ad sextum dubium, Nimirum si imputatur in legitimam filij, & filius tenetur illam dotare de sua legitima, & de fructibus, quos percepit ex hæreditate patris; Secus verò quando pater relinquit do-
8 tem filiabus proprijs, quia tunc dotes † reputantur tanquàm æs alienum, & pater legando videtur agnoscere debitum, propterea alij filij non tenentur de fructibus dotare, vt ibi declarat Marzar. num. 46. & in his terminis, Rub. cons. 124. tametsi contrarium videa-
9 tur † quandò filius est grauatus vltrà vires hæreditatis, quo casu debet supplere ex fructibus, l. ita tamen, §. hæres ex asse, & ibi Bart. ad Trebel. Mantic. vbi supra nu. 20.

An in fæudo ex pacto, & prouidentia hæres cùm beneficio inuentarij teneatur ad debita, & quid in fæudo mixto. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *In fæudo ex pacto, & prouidentia successor non tenetur soluere debita prædecessoris ex fructibus feudi, & num. 8.*
2 *Ampliatur etiam si succedens, sit hæres illius, qui debita contraxit sinè beneficio legis, & inuentarij.*
3 *In fæudo concesso pro filijs, & descendentibus hæredibus successor tenetur satisfacere creditoribus antecessoris de fructibus fæudi non obstante inuentario, secus si concessio sit facta pro filijs hæredibus, & eorum descendentibus.*
4 *Successor fæudi quandò non teneatur nisi pro rata fructuum pendentium tempore mortis.*
5 *Cap. 1. An Agnat. vel fil. an procedat in fæudo hæreditario, vel solum in fæudo ex pacto & prouidentia, remissiuè.*
6 *Fæudum respectu filiorum potest esse mixtum, & respectu aliorum ex pacto, & prouidentia.*
7 *Tenor inuestiture attendi debet, & magis formæ inuestiture, quàm natura ipsius rei.*
9 *Decis. Afflic. 240. num. 9. in fine, & Vincen. de Franc. 1. num. 17. declarantur.*
10 *Filij primi gradus non possunt repudiare hæreditatem, & fæudum retinere secus in posterioribus.*
11 *Qualitas hæredis in conc[...]ne facta pro filijs hæredibus, & eorum d[...]dentibus non censetur repetita in persona descendentium.*
12 *Verùm hæres non attenditur, quandò ex sequentibus apparet disponentem ad ius sanguinis respexisse.*
13 *Renouatio fæudi licèt differat à prima inuestitura, nihilominus debet attendi tenor primæ, quandò expressè fuit dictum, quòd renouat secundùm tenorem antiquæ inuestiture.*
14 *Non potest fieri in præiudicium comprabensorum in prima inuestitura, quandò viuunt illi, qui sunt de comprabensis in illa secus si non adsint de comprabensis.*
15 *Inuestitura antiqua non attenditur, quan-*

 dò

dò apparet de illius alteratione, puta si
prima erat ad tertiam generationem, & se-
cunda sit facta pro descendentibus in perpe-
tuum, maximè stante acceptatione secunda.
16 *In feudo mixto hæres cùm beneficio inuentarij*
non tenetur ad debita.
17 *Fæudum, quando est facta mentio de descenden-*
tibus, licet non sit dictum hæredibus, dicitur
ex pacto, & prouidentia.
18 *Fæuda in Regno Neapolitano sunt hæreditaria,*
non ex pacto, & prouidentia.

HAEC quæstio accidit
in facto: Nam quidam
accepit in fæudum bo
na pro se suisque filijs
hæredibus, & eorum
descendentibus mascu
lis in perpetuum; Ioan
nes autem, & Aloysius
eius filij extiterunt hæ
redes, & Ioannes imposuit censum super par-
te dicti fæudi, deindè decessit relictò hærede
Francisco filio Aloysij prædefuncti, qui adiuit
hæreditatem cùm beneficio legis, & inuenta-
rij; Quærebatur an dictus Franciscus tenere-
tur actione personali satisfacere creditori di-
cti census de fructibus, & cõmoditatibus fæu-
di non obstante, quòd inuentarium confecis-
1 set? Et respondi † negatiuè: Quia Ioannes,
qui imposuerat censum non erat primus ac-
quisitor fæudi, nàm vt apparebat ex inuestitu-
ra, primus acquisitor fuerat Hieronymus, &
concessio fuerat sibi facta pro se suisquè hære-
dibus, & eorum descendentibus masculis in
perpetuùm, quo casu cum Franciscus esset hæ-
res Ioannis cùm beneficio inuentarij, factum
ipsius Ioannis illi nocere non potuit, ità post
alios Ruin. cons. 38. num. 16. cum seq. lib. 1.
Vbi, quòd fæudum non est propriè hæredi-
tarium.

Cùm enim dictus Franciscus non esset filius
Ioannis, sed transuersalis, videlicèt nepos ex
fratre, poterat habere fæudum, etiam quòd
non esset eius hæres; Nàm habebat ex conces-
sione Papæ, videatur Brun. cons. 25. vers. non
obstat si dicatur: Ideò cùm non esset necesse,
quòd esset hæres, resultabat, quòd si fuisset hæ
res etiam non confecto innentario, ad aliquid
2 † non tenebatur pro dicto fæudo, quod habe-
bat separatum ab hæreditate, Alex. cons. 124.
num. 8. lib. 4. & cons. Bruni sequuta fuit Ro-
ta, vt per Mohedan. decis. 277. quæ decidit
istum casum.

Prætereà ex tenore inuestituræ cessabat dif-
ficultas: Nàm quicquid sit quandò conceditur
fæudum pro filijs, & descendentibus hæredi-
bus, quo casu multi tenent fæudum esse mix-
tum, & sic partim ex pacto, & prouidentia,
quia non possunt succedere, nisi descendentes
debent esse hæredes, & partim hæreditarium
quia descendentes debent esse hæredes, & suc-
3 cessiuè inuentariũ non iuuat, vt non † teneatur
de fructibus fæudi; tamen dicta inuestitura ali
terse habebat, quia erat facta pro Hieronymo,
suisquè filijs hæredibus, & eorum descenden-
tibus masculis in perpetuum; Adeò quòd
qualitas, hæredis, solùm respiciebat filios,
sed non reliquos descendentes, & sic quòad
filios Hieronymi erat mixtum, quò verò ad
alios successores erat ex pacto, & prouiden-
tia, & ità procedit c. 1. An Agnat. vel fil.
4 Vbi quod † non tenetur nisi pro rata fru-
ctuum pendentium tempore mortis, Ruin.
cons. 17. num. 10. vers. nec ex illa lib. 1.

Tametsi enim inter Doctores controuerta-
5 tur, an † d. c. primum procedat in fæudo hæ-
reditario, vel solùm in fæudum ex pacto, &
prouidentia, de quo per Marin. Frec. in tract.
de sub. fæud. lib. 3. in tertia forma; Nihilomi-
nus omnes fatentur, quòd inuestitura potest
6 esse taliter concepta, vt fęudum † respectu fi-
liorum sit mixtum, & respectu aliorum sit ex
pacto, & prouidentia, vt ibi per Marin. Frec.
n. 15. vers. Andr. anctoritas, cùm sequen. qui
7 benè loquitur: Et non mirum hoc, quia † te-
nor inuestiturę attenditur, c. 1. in fine de duob.
fratr. & magis forma inuestituræ, quàm natu-
ra ipsius rei, Dec. cons. 38. nu. 6. Crauet. cons.
251. n. 4. Pedemont. decis. 23. n. 2. Voluit igitur
disponens, quòd primi filij essent hæredes, sed
8 non alij successores: Et quandò fæudum † est
ex pacto, & prouidentia non tenetur aliquid
soluere de fæudo, vel illius fructibus, vt la-
tè per Couarruuiam lib. 2. var. resolut. cap.
18. num. 5. vers. octauo, & in hoc conueniunt
omnes.

9 Non obstat † decis. Afflic. 240. nu. 9. in fine
quia loquitur de inuestituris Regni, quę fiunt
pro hæredibus ex corpore legitimè descenden
tibus, adeò quòd qualitas, hæredibus respi-
cit omnes, & in his terminis loquitur etiam
Vinc. de Franc. decis. 1. n. 17. circà medium.

Non etiam obstat, quòd qualitas hæredis
censeatur repetita quoad alios descendentes
in perpetuum: Quia vltrà quòd est diuersa
10 ratio in filijs primi gradus, qui † non viden-
tur posse repudiare hæreditatem, & fæudum
retinere, quòd cessat in posterioribus, Afflict.
post glos. in c. 1. An agnat. vel fil. n. 9. vers. dic
secundùm: Respondebam, quòd istud locum
habuisset, si qualitas fuisset posita post nomi-
nationem omnium, sed quia ponebatur post
11 nominationem filiorum, non † censebatur re-
petita in persona aliorum descendentium, Ità
Bart. in l. fin. §. Seio, de leg. 2. videatur Alex.
cons. 158. n. 2. lib. 6. & Socin. cons. 142. num. 22.
lib. 3. Abb. in c. requiris, num. 10. vers. & vnum
est negocium, de appellat. qui benè loquitur;
Pro quo facit quod notat, Afflict. in c. 1. nu. 83.
12 de success. fæud. qui dicit verbum, † (hæres)
non attendi quandò ex sequentibus, vt in di-
cto casu, apparet disponentem ad ius sangui-
nis respexisse.

Nec refragatur, quòd illa esset renouatio,
13 quæ licèt † differet à prima inuestitura
nihilo-

nihilominus debebat attendi tenor primæ, quæ hæreditaria erat, etiam quòad alios successores, vt per Ferret.conf.119.n.1. Quia Ferret.loquitur quandò expresſè dictum eſt, quòd renouat ſecundum tenorem antiquæ inueſtituræ, qui non erat caſus de quo agebatur;
14 Nam quamuis renouatio † non poſſit fieri in præiudicium comprehenſorum in prima, vt ipſe dicit, n. 5. tamen iſtud obtinet quandò viuunt illi, qui ſunt de comprehenſis in prima inueſtitura, vt poſt alios Dec.conſ.17. nu.16.
* lib.1.vbi de * comuni Soc.iun.conſ.110.n.25.
lib.2. Secus ſi non adſint de comprehenſis, vt in dicto caſu, vbi conceſſio erat finita in perſona Hieronymi, quia tunc Papa de nouo illi concedendo potuit mutare formam antiquæ inueſtituræ: Præſertim quia non apparebat de alteratione primæ, quæ erat ad tertiam generationem, & ſecunda erat facta pro deſcendentibus in perpetuum. Vndè cùm Hierony-
15 mus ità acceptaſſet inueſtituram, nō † erat amplius tenor antiquæ finitæ attendendus Brun. conſ.40.n.43. Bald.conſ.215. lib.2. Dec.conſ. 185.n.3. Rimin.conſ.154.n.4. lib.1.benè Ruin. conſ.20.n.7.lib.1. Pedemont. deciſ.23. nu.28. & 29.

Ex quibus inferrebam, quòd non erat opus intrare illam quæſtionem, An in fæudo mixto hæres cùm beneficio inuentarij teneatur ad
16 debita: In qua tamen difficultate, quod † non teneatur, dicit Dec. conſ.185. n.3. Socin.iun. conſ.72. n. 27. cum ſequen. lib.2. latiſſimè Ro-
* land.conſ. 67. n.20. lib.1. vbi oſtendit * com-
17 munem eſſe opinionem, quòd quando eſt † facta mentio de deſcendentibus, licèt ſit dictum hæredibus, fæudum dicitur ex pacto, & prouidentia, & maximè n. 31. & in fin. conſ. dicit quòd non eſt curandum de deciſionibus Re-
18 gni Neapolitani, quia ibi omnia † fæuda ſunt hæreditaria, & non ex pacto, & prouidentia, quod etiam dicit Marin. Frec. vbi ſupra lib.1. tit. 5. n. 7. Ideò videmus quòd Afflic. in d.c. 1. An agnat.vel fil. defunct.n.11. aliter loquitur quàm dixerit in deciſionibus, quia ibi loquitur ſecundùm leges fæudorum, & in deciſionibus iuxtà naturam fæudi ſecundùm Regni vſum.

Filij poſiti in conditione, an ſuccedant tanquàm vocati ex teſtamento, vel ſaltèm iure tranſmiſſionis admittantur, ex facti contingentia diligenter diſcuſſum. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Pro fideicommiſſo pronunciare non debemus, niſi de eo clarè appareat.*
2 *Non præſumitur quis velle, quod non loquitur.*
3 *Fideicommiſſum non extenditur ad alium caſum, etiam ex maioritate rationis.*
4 *Item non extenditur de perſona ad perſonam, quàmuis eadem ratio militet in perſona non expreſſa.*
5 *Filij in conditione poſiti cenſentur ſolùm vocati, vt ſuccedant eorum patri, & cui poſiti ſunt in conditione, non autem, vt ſuccedant alteri.*
6 *Coniectura, quòd filij in conditione poſiti ſint vocati, quando fuit transgreſſum ad plures gradus, reijcitur per Rotam.*
7 *Filij maſculi poſiti in conditione, etiam ſi ad plures gradus ſit tranſgreſſum, non cenſentur vocati, niſi ab vltimo factum ſit fideicommiſſum in tota hæreditate, & num. 8. & 13.*
9 *Non admittuntur etiam iure tranſmiſſionis ſecundum opinionem communem.*
10 *Crauet. dictum in conſ. 62. reprobatur.*
11 *Tranſmiſſio fit ex coniecturis.*
12 *Declara dummodo coniecturæ ſint tales, quæ neceſſariò mentem teſtatoris oſtendant.*
14 *Coniectura, quòd filij in conditione poſiti cenſeantur magis dilecti, quàm extraneus ſubſtitutus, & ideò ad eos debeat fieri tranſmiſſio, reprobatur.*
15 *Filij in conditione poſiti cenſentur prædilecti, quò ad portionem illius, cui ſunt poſiti in conditione non autem quòad portionem alterius, reſpectu cuius nihil fuit dictū in ſubſtitutione.*
16 *Extraneus ſi ſit vocatus poſt mortem filiorum ſinè filijs exiſtentia filiorum vnius filij facit deficere conditionem, ſub qua erat ſubſtitutus, & pro illius excluſione non eſt opus, quod inducatur ius tranſmiſſionis.*
19 *Ius accreſcendi per additionem hæreditatis extinguitur.*

TESTATOR inſtituit Lucretiam, & Artemiſiam eius filias, & ad inuicem ſi deceſſerint ſinè filijs ſubſtituit; Et ſi obierint quandocunquè ſinè filijs ſubſtituit Iacobum filium eius vxoris ex alio marito ſi vixerit, Sin autem einſdem Iacobi filios, & hæredes vulgariter, & per fideicommiſſum. Mortuo teſtatore, & adita per filios hęreditate, deceſsit Lucretia relictis duobus filijs legitimis, & naturalibus, deinde obijt Artemiſia nullis relictis liberis, ſed inſtituto hærede eius viro: Quapropter filij Lucretiæ prætendunt bona Artemiſiæ ad ſe pertinere ex duplici capite, vel quia ſunt vocati ad fideicommiſſum, vel quia veniunt iure tranſmiſſionis ex perſona eorum matris. Quæritur quid iuris?

Quòd attinet ad primum caput reſolnendū eſt, quòd non poſſint venire tanquàm vocati, quia de ipſis non loquitur ſubſtitutio, ſed ſolùm Artemiſiæ eſt ſubſtituta Lucretia eorum
1 mater, & pro fideicommmiſſo † pronunciare nō debemus, niſi de eo clarè appareat, Alciat.cōſ. 75.n.15.lib.9.latè Rola.cōſ.34.n.2. lib.4.quia

2 † non præsumitur, quòd quis voluerit id, quod
non loquitur, latè Soc.Iun. conſ.185.n.3.lib.2.
3 vbi n.8.dicit, quòd † nec paritas, nec maioritas
rationis operatur, vt in alium caſum induca-
tur fideicommiſſum: Vndè cùm ſit ſubſtituta
Lucretia, & non eius filij, velle, quòd ſint vo-
cati filij Lucretiæ, eſſet extendere fideicommiſ
4 ſum de perſona ad perſonam, quod non † po-
teſt fieri, Aretin.in l. Gallus. §.& quid ſi tantù
n.18. verſ. quod ſecus videtur eſſe, de liber. &
poſthum. Dec. in l. illam n.11. C. dè collat.&
conſ.218.nu.9. Cephal. conſ.269. n.12.etiam
quòd eadem ratio militaret in perſona non
expreſſa, Natt.conſ.470.n.6 Aretin. vbi ſuprà.
Nec facit, qnòd iſti filij ſint poſiti in condi-
tione, & ſic ex perſona ſua videantur vocati,
5 quia quando poſiti † in conditione eſſent vo-
cati, quòd non oportet tractare hic, ſunt ſolùm
vocati, vt ſuccedant ſuo Patri, & cui poſiti ſunt
in conditione, non autem, vt ſuccedant alteri,
Curt.Iun.conſ.96.nu.5. verſ. cum igitur, Ruin.
conſ.181. nu.7. lib.2. Natta.conſ. 51. nu. 7.
cum alijs per Burſat.conſ.64.n.18. Vltra quòd
6 Rota † in pluribus cauſis reiecit iſtas conie-
cturas ad inducendam vocationem, maximè
quando fuit tranſgreſſum ad plures gradus,
Pariſ. conſ. 14. in fine & conſ. 56. num. 27.
lib.1. Et ideò Rota in illa Bononien. fideicom-
miſsi de Pepulis, & in vna Romana fideicom-
miſſi de Bonadeis, & in vna Petuſina de Al-
phanis, & in multis alijs cauſis tenuit, quòd
7 licèt † maſculi ſint poſiti in conditione, &
tranſgreſſum ad plures gradus, non per hoc
poſiti in conditione ſint vocati, vt per Capu-
taquen.deciſ.99.lib.2.qui loquitur in fortiori-
bus terminis, & dicit ita prius tenuiſſe Rotam
in vna Romana de Albertonibus, & eſt deciſ.
Ant. Aug. 8. lib.1. vbi dicit, Rotam tenuiſſe
ex eo, quòd maſculi ſunt poſiti in conditione,
& tranſgreſſum ad plures gradus, & manda-
8 tum fœminas dotari, non eſſe vocatos, † niſi
ab vltimo ſit factum fideicommiſſum in tota
hæreditate, quia tunc inter gradus diceretur
inductum reciprocum fideicommiſſum.
Circa verò ſecundum caput, ſimiliter dicen-
9 dum eſt, quòd non poſſint † venire iure tran-
miſsionis, quia licèt multi teneant, quòd fiat
tranſmiſsio, quando filij ſunt poſiti in condi-
tione, quos latè enumerat Cephal. dicens hãc
eſſe validiſsimam coniecturam, in conſ.16.nu.
42.lib.1.& Gabr.de hæred.inſtit.concl.2.n.35.
Tamen iſta opinio eſt contra gloſ. in l.1.C.de
his, qui ant.apert.tab.quàm totus mundus ſe-
quitur, vt patet per Natt.conſ.551.n.5. Curt.
Iun.conſ.57.col. fin. Pariſ conſ.57. n.69. lib.2.
Rip.in l.hæredes mei.§. cùm ita n.59.ad Tre-
bell.Socin.Iun.cõſ.14.n.4.lib.4.Rim.conſ.167.
* inter conſ.vlt.volunt. Et iſtam eſſe magis *cõ-
munem oſtendit Card. Mantica plures citans.
de coniect. vlt. volunt. lib. 11. in fine n.27. Et
ita tenuit Rota in vna Romana de Incorona-
tis coram bo.me. Cotta, & deinde in alia Ro-
mana de Gabrielibus coram Robuſterio. Vn-
10 dè † Crau.conſ 92.equiuocauit dùm argumẽ-
tatur à vocatione ad tranſmiſſionẽ, quod ar-
gumentum retorquetur in contrarium, quia
filij poſiti in cõditione, etiam quòd ſit dictum
de maſculis, non per hoc dicuntur vocati, vt ſu
prà deductum fuit ex pluribus deciſionibus
Rotæ, in quibus expreſsè fuit reprobata deci-
ſio Guid.Pap.184.& conſ.Dec.318.& de com-
* muni * teſtatur Pariſ.conſ. 141.n.11.lib.3.Soc.
Iun.conſ.1 7.num.10.lib.2.Ripa in l.Centurio
n. 162. de vulg. & pup. Theſaur. deciſ.96. ſub
n.4.& bene reſpondet Ant.Aug.in d. deciſ.8.
11 Et quàmuis tranſmiſsio fiat † ex coniectu-
ris, l. in conditionibus. §.1.& ibi not.Dec. de
condit.& demonſtr.Socin. in l.hæredes mei §.
cum ità, & ibi latè Hieron. Zanc. n.195. ff.ad
12 Trebell. tamen opus eſt, quòd † coniectura ſit
valida, & neceſſario mentem teſtatoris oſten-
dat Iaſ.conſ.154.n.4.poſt med.lib.4.Dec conſ.
369.in prin.Soc.Iun.conſ.118.n.13. lib.2.Go-
zad.conſ.29.n.37.verſ.nec obſtat.Natt. d.cõſ.
13 551.n.19.Ideò non ſufficit iſta, quòd ſint † po-
ſiti in conditione, & ſit tranſgreſſum ad plures
gradus, quia eſt contra communẽ, aliàs ſeque-
retur, quòd ſemper quando tranſgreſſum fuiſ-
ſet ad plures gradus, eſſent vocati, quod tamẽ
eſt falſum, vt ex ſupradictis conſtat, & aduer-
tit etiam Socin.Iun.d.conſ.118. n.27.
Non obſtat, quòd in hac facti ſpecie poſt re-
ciprocam ſubſtitutionem inter filias factam,
ſubſtitutus eſt extraneus, & minus dilectus
his, qui ſunt in conditione poſiti, quo caſu plu
rimi quàmuis admittant non poſſe filios in
conditione poſitos ſuccedere vti vocatos ex
teſtamento, quod eſt receptiſſimum, tamen ſen
tiunt admitti eoſdem filios in conditione po-
ſito iure tranſmiſſionis, vt poſt Anch. conſ.74.
Socin.in d.§.cum ita col.4.& conſ. 6. lib. 3. in
fine, concludit Gabr.in d. concluſ.2. de hæred.
inſtit. n.21. & 22. Quia reſpondeo, quod hæc
14 coniectura † nihil valet, cum non ſit fundata
in bonis rationibus: Nàm prima ratio, quod ex
quò filij poſiti ſunt in cõditione videntur ma-
gis dilecti, quàm extraneus ſubſtitutus, & ideò
ad eos debeat fieri tranſmiſsio, reprobatur à
Doctoribus, vt poſt gloſ.tradit Ripa in d §. cũ
ita n.66.& ſequen.ad Trebel. Ruin. conſ.181.
ſub nu.6. verſ.ſed dato lib.2. Gozad. conſ.29.
col.penul. verſ. nec obſtat, Socin.conſ.74. in
princ.lib.3.Alciat.conſ.117.nu.4. & ſeq lib.9.
Card.Mantica de coniect.vlt.voluntat. lib.11.
tit.20.n.21. Nàm verùm quidem eſt, quòd filij
15 ſunt † prædilecti quòad portionem matris, cui
poſiti ſunt in conditione, non autem quòad
portionem Amitæ, reſpectu cuius nihil de eis
fuit dictum in ſubſtitutione, vt benè deducit
idem Cardin. Mantica vbi ſupra nu. 21. verſ.
ſed & aduertendum, & apertè etiam ſentit
Anchar. conſ. 436. incip. quod ſuprà conclu-
ſum, & Alex. conſ. 92. ſub num. 2. verſ. ſed
præmiſsis lib.3. qui profitetur hãc eſſe cõmu-
* nẽ * ſententiam: Et hanc coniecturã in ſpecie
reiecit Rota cõſiderata iſta reſponſione in vna
Firmana

Firmana bonorum coram Cantuccio,& deindè in eadem causa coram bo.me. Gyplio.

Altera etiam ratio, quòd non est verisimile, quòd testator voluerit præferre extraneum
suis descendentibus huic casui non applicatur, quia etiamsi in filios filiarum transmissio
non fieret, non per hoc succederet extraneus
substitutus, quia cum sit vocatus post mor-
16 tem filiarum sine filijs, existentia † filiorum
vnius filiæ facit deficere conditionem, sub
qua substitutus erat extraneus: Ideò non est
opus pro illius exclusione, quòd inducatur
hoc ius transmissionis, vt optimè declarant
Ripa, Ruinus, & alij suprà allegati: Et isto
casu appositio conditionis, qua excluditur
substitutus extraneus, non censetur facta in
fauorem dictorum filiorum, sed filiarum institutarum, vt sic ex defectu conditionis substitutionis remaneant liberę, vt declarat Alciat.
d.cons. 117. vers. tertio mouetur, nu. 4. lib. 9.

Nec coniectura de iure accrescendi vnito
cum fideicommisso considerata per aliquos
Doctores in hoc casu quidquam facit, quia
17 ius accrescendi † fuit extinctum per additionem hæreditatis, vt per Zanch. in d. l. hæredes
mei, §. cum ita, num. 387. & seq. & ibi Ripa, nu.
86. vers. aduerte, Alciat. d. cons. 117. sub n. 15.
Card. Mantica vbi supra n. 13. Ex quibus concludendum est filijs Lucretiæ super bonis, de
quibus agitur nullum ius competere.

Dos data filiæ, vel nepti, an fideicommissi onere grauari possit, & quādo in locū legitimæ subrogetur, & ibidē statutū Vrbis declaratum. Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Dos data filiæ, vel nepti, si in locum legitimæ non succedit, fideicommisso grauari potest, si autem in locum legitimæ subrogatur, onus, & grauamen non tenet & num. 2.*

3 *Viuente patre, vel auo retinet propriam naturam, nec in locum legitimæ subrogatur.*

4 *Data filiæ, quæ à statuto non sit exclusa, in legitimam imputatur.*

5 *Est loco legitimæ, quando datur filiæ, quæ sit exclusa à statuto propter dotem, secus si sit exclusa propter existentiam masculi.*

6 *Pater simpliciter relinquendo filiæ pro dote, etiam si apponatur clausula, pro omni, & toto eo, &c. censetur relinquere secundum dispositionem statuti, cui se conformare præsumitur.*

7 *Dos succedit loco legitimæ, quandò Pater relinquit filiæ non simpliciter ex causa dotis, sed etiam pro legitima, quamuis statutum ab ipsa legitima filiam excludat.*

8 *Statutum excludens filiam à legitima intelligitur si Pater vellit, non autem si pater nollit illam esse exclusam, sed agnoscat vti filiam, cui legitima debeatur.*

9 *Dos filiæ relicta succedit in locum legitimæ, si hoc filijs masculis expediat, & statutum excludens fœminas eorum fauore sit factum, secus si hoc filijs non expediat.*

10 *Habens aliquid ex certa dispositione iuris, necessariò partem facit.*

11 *Dos non succedit loco legitimæ secundum statuta Vrbis.*

12 *Filia non potest petere supplementum legitimæ, nec rejcere onus fideicommissi à patre impositum, esto quòd dos succedat loco legitimæ, vbi statutum excludens filiam dotatam ex testamento, & ab intestato, mandat quòd debeat seruari voluntas Patris, nec eius testamentum possit impugnari, & num. 13.*

14 *Dictio (alio modo) est relatiua ad modos expressos, similes tamen expressis.*

15 *Querela inofficiosi testamenti de iure antiquo competebat filijs, tàm quandò minor quantitas legitimæ relinquebatur quam cùm onus super legitima imponebatur.*

16 *Legitima ex causa potest tolli in totum, & satis est, quòd alimenta interim præstentur, seu loco alimentorum præstetur dos, cuius filia frui debet donec viuit.*

17 *Filia agens ad supplementum legitimæ, vel quòd onus rejciatur ex ea, non dicitur impugnare testamentum de iure, sed de facto.*

18 *Verba debent intelligi cum effectu, quod fallit in terminis statuti Vrbis.*

19 *Filia petens supplementum legitimæ non dicitur impugnare testamentum patris.*

DISPVTATIO est non leuis apud nostros iuris interpretes. An dos data à Patre filiæ, vel ab Auo nepti fideicommissi onere grauari possit. In qua
* quæstione Doctores * cōmuniter distinguunt
inter dotem, quæ succedit loco legitimæ, & eam
1 quæ non succedit: Nam huic volunt † onus
quodcunquè, & etiam conditionem quamuis
apponi posse, Bart. in l. fin. §. filiæ, n. 1. ff. de leg.
2. & in l. Lucius, §. maritus, n. 2. vers. si verò pater ff. ad trebel. Castren. cons. 16. n. 2. & 3. lib. 2.
2 Ab illa † verò omne onus aiunt reijciendum
respectu quantitatis ipsius legitimæ, in reliquo autem, quod superest, onus, & grauamen
tenet, l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero,
ff. de condit. & demonstrat. Castren. cons. 325.
n. 4. & 323. n. 1. lib. 1. & cons. 16. n. 2. & 3. lib. 2.
Alex. cons. 55. n. 6. vers. his tamen non obstanti-
* bus, & n. 7. lib. 2. de cōmuni * Soc. Sen. cōs. 109.
n. 3. lib. 1. Paris. cons. 43. n. 36. lib. 3. Et hanc distinctionem passim Rota sequitur, & illā præsertim fuit amplexa in vna Romana successionis, 2. Iunij 1595. coram Cardin. Pamphilio, &
in causa Perusina restitutionis dotis, 10. Maij
1602. coram Cardinale Mellino.

Igitur, vt hoc dignoscamus perquirendū est, quando huiusmodi dos data filiæ, vel nepti in

locum

locum legitimæ subrogetur, & quando non. Et
3 quidem viuente † patre nulli dubium est, quin dos naturam propriam retineat, quia cùm viuo patre legitima non debeatur, nulla ratio suadet, vt succedat loco legitimæ: Mortuo autem patre est distinguendum.

4 Aut enim filia non est † à statuto exclusa, & in hoc casu, cùm ei iam legitima sit debita, dos in legitimam imputatur, l. quoniam nouella C. de inoffic. testam. Maximè si pater iusserit, quòd filia non possit quidquam prætendere ratione legitimæ, vel eius supplementi in bonis ipsius, sed debeat esse contenta dote relicta, Rota diuers. decis. 266. par. 1.

Aut filia per statutum excluditur: Et tunc magna est controuersia, an Dos succedat loco legitimæ. Rota tamē in pluribus causis, & præsertim in Albanen. legitimæ. 22. Maij 1592. coram Cardinale Blanchetto, & in vna Callien. dotis 11. Decembris 1598. & 24. Maij 1599. coram Orano, amplexa fuit distinctionē Pauli de Castro in d. l. Titio cētum. §. Titio genero, n. 7. & col. pen. de condit. & demonstrat. quam
* communiter * approbari tradit Brun. de stat. exclu. fœm. art. 11. quæst. 3. colum. 3. Paulus
5 enim vult, quòd si † statutum decernat, vt existente masculo, filia dotata non succedat, een seri illam excludi propter dotem, quasi si dotata non esset non excluderetur, & propterea vult dotem esse loco legitimæ, & oportere, vt dotata sit de tempore mortis patris; quia si tunc dotata non esset, succederet, & consequenter legitimam statim petere posset: Sed si statutum decernat, vt stantibus masculis fœmina non succedat, sed debeat dotari, tunc vult Paulus illam excludi propter existentiam masculi, & dotem deberi sub cōditione, si matrimonium sequatur, & consequenter dotem non esse loco legitimæ, quia hoc casu ab intestato cùm fratre succedere non potest; Et sic distinctio Castrensis (vt ex ratione percipitur) hæc est, vt si cùm masculo fœmina succedere possit, dos sit loco legitimæ, & statim debeatur, sed si non possit, loco legitimæ non sit, & in his terminis consuluit etiam Socin. cons. 75. lib. 3. & Paris. cons. 25. n. 37. lib. 3. & cons. 54. num. 14. lib. 2.

Sed hoc vltimum caput distinctionis Pauli
6 declaratur, Primò, vt procedat, quando † pater simpliciter filiæ relinquit pro dote etiam si apponatur clausula pro omni, & toto eo, &c. quia tunc quidem censetur voluisse relinquere secundùm dispositionem statuti, cui se conformare præsumitur, videlicet pro dote, non pro legitima, cum legitima statuto non debeatur, vt per Castr. in d. §. Titio genero, ante nu. 9. Secus si pater relinquat filiæ nō simpliciter ex causa dotis, sed etiam pro legitima, nam hoc
7 in casu dos † loco legitimæ succedit, dato quòd statutum excludat filiam à legitima, vt tenuit Rota in causa Albanen. compromissi 8. Februarij 1574. coram Cotta; Vbi stante testamento patris, qui filiam instituerat in scutia tribus millibus pro dote, legitima, & trebellianica, & quouis alio iure, & pro omni, & toto eo, quod petere posset ex hæreditate ipsius testatoris quomodocunquè, & qualitercumquè, Rota censuit dotem esse loco legitimæ, quia pater instituendo filiam etiam pro legitima, agnoverat vti suam, non autem vti exclusam à statuto. Dato enim quòd statutum excludat filiam à legitima, tamen intelligitur
8 si pater † vellit, non autem si pater nollit illam esse exclusam, sed agnoscit vt filiā, cui legitima debeatur, Castren. cons. 52. n. 2. lib. 1. Socin. d. cons. 75. n. 3. lib. 3. Paris. cons. 53. n. 80. lib. 3. Grat. cons. 160. n. 35. lib. 2. Rub. Alex. in l. pater filium, de inoffic. testam. n. 174. qui dicit quæstionem esse indubitatam, quādo pater relinquit pro legitima.

9 Secundò declaratur, vt locum habeat, † vbi filijs masculis expediat dotem non esse loco legitimæ, dummodo tamen statutum eorum fauore factum sit; Secus si hoc filijs non expediat, quia tunc dos filiæ data loco legitimæ succedit; puta si ageretur, an filia faceret partem in legitima, ita vt legitima filiorum masculorum esset semissis deductis ex eo dote, vel potius triens deductis dotibus ex omnibus bonis: tunc enim, quia fieri potest, vt expediat masculis filias facere partem, vel non facere, attenditur vtilitas masculorum secundū Paul. de Castro cons. 52. col. fin. & cons. 286. num. 4. lib. 1. Rub. Alex cons. 122. col. fin. Et in terminis statuti Vrbis lib. 1. cap. 85. quo decernitur, vt Patri, si intestatus decedat existētibus descendentibus masculis, in nullo succedat filia, siue maritata sit, & dotata, siue non maritata, nec dotata, dummodo frater illam dotare paratus sit, tenuit Rota coram Fantuccio 5. Martij 1554.

Verū ista declaratio reprehenditur à Hier. Gabr. cons. 140. n. 5. lib. 2. ea scilicet ratione,
10 quia qui † certa dispositione iuris aliquid habet, necessariò partem facit, l. planè. §. si duobus de leg. 1. item quia absurdum videtur hoc ponere in voluntate filiorum, cùm certum sit eos nolle partem filiabus dimittere, & sic eorum fauori renunciare, & vide eundem Gabr. ibidem per totum cons. & præsertim n. 12. & sequen. vbi in terminis statuti Vrbis defen-
11 dit † dotem non succedere loco legitimæ, & consequenter fideicommissi onere grauari posse, quod etiam tenet in cons. 5. per tot. & in cons. 116. n. 25. eod. lib. 2.

Quinimò cùm dictum statutum filiam dotam excludat ex testamento, & ab intestato, & mandet per verba vniuersalia, & geminata, vt debeat seruari voluntas patris, sustineri po-
12 test, dispositionem † patris excludētem filiam cum dote subiecta fideicommisso, esse præcisè seruandam, nec posse ipsam petere supplementum, nec reijcere onus fideicommissi, esto quòd dos ipsa succederet loco legitimæ, vt benè per Ruin. post alios cons. 56. in fine lib. 3. tenuit Rota in vna Romana supplemēti dotis coram

Cæsa-

Cæsare de Grassis 14. Martij 1575. & rursus
in alia Romana dotis de Marganis 18. Iunij
13 1582. coram Robusterio. Ratio est, quia † vbi
statutum excludit filiam cùm verbis vniuersalibus, & concurrit iudicium patris, valet grauamen minuens legitimam in quantitate, & qualitate, vel alia causa, Bart. in d. l. Titio centum. §. Titio genero, n. 5. cùm seq. de condit. & demonstrat.

Et istud in terminis dicti statuti comprobatur ponderando illius verba, quia postquam statuentes dixerunt filias dotatas nihil posse petere ab hæredibus patribus ratione supplementi debiti de iure naturæ, vlterius disposuerunt, quòd nec per quamcumquè viam, seu alio modo possit per filias impugnari testamé-
14 tum patris: Illa † enim verba (alio modo) sunt relatiua ad modos expressos, & implicant alios modos non expressos, similes tamen expressis, vt per glos. in Clem. 1. de præscript. & tradūt Doct. in l. si fugitiuus C. de ser. fugit. Felin. in cap. sedes, de rescript. col. 2. Vnde cùm in statuto fuerit tantum expressus modus impugnandi testamentum patris per petitionem supplementi legitimæ, sequitur quòd dicta verba de necessitate debeant intelligi de alio simili modo non expresso, qui est quando filia petit remoueri grauamen à legitima: Nam
15 olim de iure † antiquo pariter vtroquè casu competebat querela inofficiosi testamēti, tàm quando minor quantitas legitimæ relinquebatur, quàm cùm onus super legitima imponebatur, vt habetur in l. omnimodo, & in d. l. quoniam in prioribus, cùm ibi tradit. per Castren. C. de inoffic. testam. & tradit Bart. in d. §. Titio genero, n. 6.

Nec facit, quòd purificata conditione fideicommissi super dote apposita, mulier nihil sit consequutura, quia hoc non est inconueniens,
16 cùm † ex causa possit. legitima etiam in totū tolli, & satis sit quòd alimenta interim præstentur, seu loco alimentorum præstetur dos, cuius filia frui debet donec, viuit, vt tradit Brun. de stat. exclus. fœmin. art. 1. quæst. 1. num 19.

Similiter non obstat, quòd filia petendo, vt remoueatur grauamen super dote appositum ex dispositione d. l. quoniam in prioribus, non videatur impugnare testamentum, & sic possit hoc petere, cùm per statutum prohibeatur tantùm impugnare testamentum: Quia licèt ve-
17 rum sit, quòd filia † agens ad supplementum legitimæ, vel quòd onus reijciatur ex ea, non dicatur impugnare testamentum, quia in effectu testamentum sustinetur ex dispositione d. l. omnimodo, & l. quoniam in prioribus; Nihilominus de facto benè dicitur impugnare, Corn. consil. 290. littera G. lib. 3. & quamuis
18 aliàs † verba debeant intelligi cum effectu l. 1. §. hæc autem, & ibi Ias. n. 6. in 3. not. ff. quòd
19 quisquè iur. tamen † secus est in terminis dicti statuti Vrbis, vbi statuentes intellexerunt de impugnatione facti: Nam in statuto fuit expressum de impugnatione, quæ fit per peti-
20 tionem † supplementi legitimæ, per quam tamen nō dicitur in effectu impugnari testamentum, Bart. in l. cum lege n. 2. C. de Episcop. & & cler. & tamen statuentes illum habuerunt, & intellexerunt pro impugnatione testamenti, vt colligitur ex verbis d. statuti, ibi, seu alio modo impugnari: Vnde similiter est dicendum idem Statuentes intellexisse, cùm testamentum impugnaretur per petitionem remotionis oneris impositi super dote, ponderando verba, seu alio modo, quæ non possunt verificari in alio meliori modo, quàm in præfato, vt dictum est. Et cum constet ex prædictis statuentes sic intellexisse, non est ab isto intellectu recedendum, maximè quia statutum non solùm dicit non posse per filiam impugnari testamentum patris, sed etiam eius voluntatem. Et ex his remanet limitatum quod supra dicebatur, dotem grauari non posse, quendo succedit loco legitimæ, quia in terminis statuti Vrbis, in quo non dubitatur de potestate, & voluntate statuentium, concurrente iudicio patris succedit loco legitimæ cùm qualitate grauaminis.

Vsusfructus vxori relictus quando restringatur ad alimenta, & quando integer debeatur, & à quo tempore, diligenti studio enarratum. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Legatum vsusfructus factum vxori institutis filijs secundum consuetudinem Bulgari ad alimenta restringitur.*

2 *Restringitur ad alimēta etiam fauore filiorum primi matrimonij.*

3 *Item siue vxor relicta fuerit domina, & madonna, siue vsufructuaria simpliciter, vel vsufructuaria omnium bonorum, aut omnium, & singulorum bonorum mobilium, & immobilium.*

4 *Consuetudo Bulgari non est fundata in interpretatione verborum, sed in coniecturata mente testatoris.*

5 *Vxor relicta vsufructuaria omnium, & singulorum bonorum mobilium, & immobilium non debet habere nisi alimenta, quando instituti sunt liberi.*

6 *Ampliatur, quamuis testatur prohibuerit vxorem quoquo modo molestari, aut inquietari super redditione rationis.*

7 *Item quamuis in legato adsit clausula omni meliori modo, dumtamen talis clausula stet sinè copula.*

8 *Item, quàmuis vxor fuerit relicta vsufructuaria vnà cùm filijs.*

9 *Item, licet vnà cùm ipsis filijs fuerit hæres instituta.*

10 *Legatum vsusfructus factū matri sorori, & alijs simili-*

similibus personis ad alimenta restringitur, quando filij sunt instituti, & hoc siuè legataria haberet prius alimenta in Domo siuè non.

11 Vxor relicta vsufructuaria etiam institutis filijs, debet habere integrum vsumfructum in bonis, quæ ob delictum filij ad fiscum perueniũt.

12 Item debet habere totum vsumfructum, si filij instituti decesserint.

13 Non debet habere nisi alimenta, quando vnus ex filijs decedit, cui alter filius sit substitutus quamuis legatũ fuerit factum super illius portione.

14 Idem, quàmuis filio decedẽti extraneus substituatur, si ex verbis testamenti appareat testatorem velle, quòd vxor habeat solùm alimenta.

15 Debet habere vsumfructum formalem, si filius institutus decesserit, cui extraneus sit substitutus vulgariter, quàmuis dictus filius decesserit viuo testatore. & num. 17, Item quàmuis hospitale, vel alia pia causa sit substituta, num. 18.

16 Legatum vsusfructus variatur secũdùm tempora propter diuersitatem personarum, in quibus non cadit vniformis fauor, vel conditio.

19 Vxori integer vsusfructus debetur mortuo filiò hærede instituto, quàmuis extraneus pupillariter ei sit substitutus, dummodo legatum sit annuum, si autem sit vnicum restringitur ad alimenta.

20 Legatum vsusfructus factum vxori filijs institutis non restringitur ad alimenta, quando apparet de mente testatoris in contrarium, quæ mens etiam ex coniecturis colligitur, & num. 21.

22 Non restringitur ad alimenta, quando testator reliquit plenum vsumfructum, aut vsumfructum liberum, vel integrum, vel etiam francum, & n 23.

24 Restringitur ad alimenta, quàmuis vxori sit iniunctum onus alendi ipsos filios institutos.

25 Intelligitur de vsufructu formali, quando testator voluit, quòd filius institutus durante dicto vsufructu esset hæres quoad solam, & nudam proprietatem.

26 Non restringitur ad sola alimenta, quãdo filius non priuatur toto vsufructu.

27 Vxor cui relinquitur integer vsusfructus debet præstare cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni uiri.

28 Declaratur, vt non teneatur dare fideiussores cùm effectu ante actum consignationis, sed pro consequendis fructibus sufficit sola oblatio verbalis, & n. 29.

30 Vxor relicta vsufructuaria non debet habere vsumfructum, nisi deducto ære alieno ex tota hæreditate.

31 Aes alienum à defuncto relictum ab hærede solui debet, non autem ab vsufructuario.

32 Quo ordine sit soluendum, & ex quibus rebus ex sententia Rotæ declaratur.

33 Hæres cùm beneficio legis, & inuentarij non tenetur de suo debita hæreditaria soluere.

34 Vsufructuarius possidens bona testatoris debet præstare patientiam, vt per hæredem ad eorum alienationem procedatur pro soluendo ære alieno defuncti.

35 Non potest retardare alienationem prætextu iurium, & actionum relictorum in hæreditate, quando inuentarium fuit confectum.

36 Vxor relicta vsufructuaria omnium bonorum, non habet vsumfructum in legitima ipsorum filiorum, etiam si filij sint instituti in nuda proprietate vltrà valorem ipsius legitimæ, & num. 38.

37 Legitima debetur filijs non solùm in proprietate, verum etiam in vsufructu.

39 Legatum vsusfructus factum vxori, quãdo prætextu legitimæ filiorum non diminuatur

40 Pater, qui reliquit filio quantum sufficit pro legitima, liberè potest de rebus suis disponere.

41 Legitima detrahitur statim deducto ære alieno, & reputatur æs alienum, & n. 42.

43 Filio datur conditio ex lege contra hæredes pro consequenda legitima, quæ nullo modo sit relicta, sed tantùm petita ex dispositione legis.

44 Filio agenti ad supplementum legitimæ in testamento relictæ, competit tacita hipotheca.

45 Vxor instituta hæres vsufructuaria omnium bonorum, nullo sibi dato cohærede in proprietate, intelligitur hæres ex vniuerso.

46 Vsusfructus causalis, qui sit, & quid operetur, ex sententia Rotæ declaratur.

47 Vxor relicta vsufructuaria extraneo hærede instituto debet habere vsumfructum formalem.

48 Extranei (in materia consuetudinis Bulgari) qui sint, & an mater hoc nomine contineatur, & num. 49.

50 Consuetudo non extenditur ad similes personas, & si sit odiosa non extenditur etiam ex identitate, vel maioritate rationis.

51 Vsusfructus relictus vxori instituto hærede extraneo, quando integer debeatur, & quando restringatur ad alimenta, remissiuè.

52 Vsusfructus solùm, non autem proprietas legata censetur, vxore relicta dominaa, & vsufructuaria omnium bonorum, vel maioris partis, extraneis hæredibus institutis.

53 Verba, reliquit vxorem dominam maiorem, & massariam, non important dominium absolutum, sed quamdam præeminentiam in Domo, sicut erat ante mortem mariti.

54 Comparatiui natura est relinquere positiuum in eodem termino.

55 Vxor habet electionem, an vellit proprietatem, vel vsumfructum, quando testator illam relinquit Dominam, & vsufructuariam certæ rei, cuius valor non absorbeat totum ferè patrimonium, & n. 58.

56 Legatum omnium bonorum mobilium, & stabilium non comprehendit iura, & actiones.

57 Legatum vsusfructus vxori factum intepretatur vario modo, secundùm coniecturatam mentem testatoris.

59 In vsufructu concursus non datur, quando alicui omnium bonorum vsusfructus relinquitur altero hærede vniuersali instituto.

60 Con-

60 *Concursus locum habet in legatis particularibus, in quibus vni relinquitur totum integrale, & alij pars substantialis.*

61 *Nomen fundi non potest verificari sinè vsufructu.*

62 *Hæreditas consistit in iure etiam abstracto à proprietate, & vsufructu, & institutio potest verificari etiam sinè vsufructu.*

63 *Concursus in vsufructu non datur, quandò proprietas ab illo separatur.*

64 *Proprietatis mentio facta ad differentiam vsusfructus intelligitur de nuda proprietate, nisi fiat mentio proprietatis implicitè, seu concretiuè sub nomine fundi, & n. 65.*

66 *vsusfructus concursus non datur inter proprietarium, & vsufructuarium, quando testator æquis portionibus in vsufructu duos hæredes instituit, & ad inuicem substituit.*

67 *Non datur, etiam si quis in testamento fuerit hæres institutus, & in codicillis vsusfructus omnium bonorum alteri fuerit relictus.*

68 *Item non datur, licèt quis fuerit institutus hæres explicitè in omnibus bonis, aut in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus iuribus, & actionibus præsentibus, & futuris.*

69 *Item nec datur licèt aliquis fuerit institutus in proprietate durante, & extincto vsufructu.*

70 *Datur si extraneus hæres fuerit institutus pleno iure.*

71 *Item si fuerit institutus cùm clausula omni meliori modo.*

72 *Clausula (omni meliori modo) adiecta institutioni hæredis importat idem quod pleno iure quandò illi præcedit copula, secus quando fiat sine copula, quia tunc non ampliat institutionem, sed tantum confirmat.*

SÆPISSIME vsu venit, quòd vxor à marito relinquatur vsufructuaria omnium bonorum; Ideo non est inutile explicare, quid ex tali legato vxor ipsa consequatur: Et pro resolutione tres casus sunt distinguendi.

Primus casus est, quando filij sunt institu-
* ti hæredes, & tunc * apud omnes est receptũ,
1 quòd legatum † vsusfructus factum vxori restrigantur ad alimenta, iuxtà consuetudinem Bulgari, de qua per glos. & Doct. in l. 1. & Authen. hoc locum. C. si secundò nupserit mulier, & post alios latissimè Gail. pract. obser. lib. 2. obseruat. 144. n. 3. Illustrissimus Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 7. Gabr. de vsufr. conclus. 2. Surd. de aliment. tit. 2. quæst. 15. n. 1. Crescen. decis. 5. de testam.

Et hęc quidē conclusio extenditur primùm,
2 vt procedat † etiam fauore filiorum primi matrimonij, quibus contrà nouercam non minus fauendum est, quàm filijs communibus, vt in l. hac ædictali. C. de secund. nupt. Ruin. cons. 41. n. 9. lib. 3. Card. Mantica, vbi suprà nu. 13.
* & est communis * opinio, de qua testatur Gabr. cons. 97. n. 3. & sequen. lib. 2.

Secundò extenditur, vt locum habeat siuè
3 vxor relicta fuerit Domina, & madonna, quia per hæc verba colligitur testatorem non sensisse de mero vsufructu, sed respexisse ad consuetudinem Bulgari, Gabr. d. cons. 97. nu. 12. & censetur testator intellexisse de ijs prehemimentia, & statu, in quibus permanebat ipso viuente, vt per Gail. vbi supra n. 2. & sequen. Siuè relicta fuerit vsufructuaria simpliciter, Surd. d. quæst. 15. n. 4. vel vsufructuaria omnium bonorum, aut omnium, & singulorum bonorum mobilium, & immobilium: Quia
4 consuetudo † Bulgari non est fundata in interpretatione verborum, sed in coniecturata mente testatoris, cùm non sit verisimile, quòd pater voluerit integros fructus vxori relinquere, & priuare filios, quia hoc esset crudele, vt dicit Io. Andr. in addit. ad specul. tit. de pignoribus. §. fin. num. 16. in addit. incip. durat. Aret. cons. 40. n. 2. & dicit Ias. cons. 90. lib. 1. quòd ab ista opinione non est recedendum in iudicando, quidquid ipse tenuerit in lecturis: Idem tenet Paul. de Castr. cons. 459. n. 1. lib. 2. Bertran. cons. 10. n. 8. lib. 1. Capel. Tholos. decis.
* 462. & hanc * cōmunem dicunt Grat. cons. 68. n. 1. lib. 1. Cels. Vgo cons. 21. in princ. vers. dicebam, & cons. 75. num. 8. & Aretin. sequitur Paul. de Monte Pico in repetitione. §. Titia cùm nuberet, n. 32. vers. confirmatur, de leg. 2. Ex quibus apparet Socin. cons. 1. n. 11. lib. 4. qui sequutus fuit opinionem Bald. malè fuisse loquutum: sicuti etiam malè loquitur Card. Mantica d. lib. 9. de coniect. tit. 7. n. 32. Nam
5 licèt vxor relinquatur † vsufructuaria omniũ, & singulorum bonorum mobilium, & immobilium, non per hoc habebit vsumfructum, sed solùm alimenta, quando instituti sunt libe-
* ri, Crescen. decis. 5. de testam. & est * communis, de qua attestatur Gabr. d. conclus. 2. n. 4.

Tertiò supradicta conclusio extenditur, vt
6 procedat, quàmuis † testator prohibuerit vxorem quoquo modo molestari, aut inquietari super redditione rationis, quia talis prohibitio infert solùm, quòd vxor non teneatur reddere rationem administrationis ex illa prehe-minentia, quam habebat in Domo viuente testatore, non autem quòd propterea sit vsufructuaria, Paris. cons. 26. n. 16. lib. 2. Socin. Iun. cōs. 74. n. 12. in fine, & cōs. 13. lib. 4. Rimin. Sen. cons. 116. n. 31. Ayni. cons. 32. sub nu. 2. vers. quinimò ex verbis sequentibus, Angel. cons. 144. & tenuit Rota in causa Maceraten. alimentorum, siuè vsusfructus 27. Nouembris 1602. coram Horatio Cardinale Lancellotto. Quod præcipuè locum habet, quando non solùm vsusfructus, sed etiam administratio vxori fuit relicta, quia remissio inuentarij, & redditionis rationis respicit dictam administrationem, vt fuit consideratum per Rotam in illa Romana hæreditatis de Beuilaqua 13. Fe-

bruarij

bruarij 1598.corā Orano,& tradit Card. Man
tica d.lib.9.de coniect. tit.7. n.26.
7 Quartò extenditur, vt habeat locum † licèt
adsit clausula omni meliori modo,vt in d.Ma-
ceraten. vbi hæc clausula stabat sine copula,
& fuit dictum, quod intelligebatur de legato
in sui natura, non autem faciebat illud in a-
liam speciem transire.
8 Quintò extēditur,vt procedit tametsi† vxor
fuerit relicta vsufructuaria vnà cum filijs; si-
quidem hoc casu pater non videtur voluisse
filios matri coniungere in legato, sed solùm
ostendere, quòd vxor ità alimenta percipe-
ret, vt filij etiam vnà cùm ea alerentur, Ga-
br. conf.127. num.3. & 4. lib.1. Card. Mant.
d. lib. 9. de coniect. tit. 7. num. 5. & sentit
Bald. conf. 30. num. 2. lib. 5. Castren. consil.
218. num. 1. lib. 1. Gozad. conf. 40. in prin-
cip.Roland. conf.74. lib.2. Et licèt Surd.in d.
tract. de aliment.quæst. 15. n.212. vers.& egò
credo, existimet in hoc casu vxori deberi vsū-
fructum dimidię partis bonorum, tamen à pri
ma opinione non est recedendum, quam am-
plexa fuit Rota in causa Senen.donationis,re-
lata inter impressas diuers. decis. 762. par. 1.
& in allegata Maceraten. coram Horatio Car
dinale Lancellotto.
Sextò etiam extenditur, vt locum habeat,
9 quando † vxor vnà cum ipsis filijs fuit hæres
instituta, Gabr. d. conclus.2. nu. 10. de vsufr.
Card. Mantica d.lib.9. tit. 7. n.8. de coniect.
Surd.d.quæst.15. n.81. & sequ. de aliment.
10 Septimò extenditur, vt procedat † etiam
quando vsusfructus est relictus matri, sorori,
vel similibus personis, Bald. in d.§. Titia col.
5.vers. fin. vers.idem credo, & in Authen. hoc
locum n. 2. ad fin. C. si secundo nupserit mu-
lier.latè Picus in d.§. Titia, n.15. vbi ampliat
siuè legataria haberet prius alimenta in Do-
mo,siuè non, latè quoq; Rimin.Sen.conf. 188.
per totum,& Card. Mantic.d. tit.7. n.12. vbi
hanc partem tenet etiam si legataria non fuis-
set in Domo, nec præheminentiam habuisset,
sequitur Surd. d. quæst.15. n.9.& sequen. vbi
reprobat Angel. & Signorol. qui distinguen-
do contrarium tenuerunt.
Octauò extenditur, vt locum habeat siuè
per vltimam voluntatem, siuè per contractum
vxori vsusfructus relinquatur,quia vtroquè ca
su viget ratio consuetudinis Bulgari, vt per
Surd. d. quæst.15. num.260. vers. existimo ta-
men, & n.261. & sequen.
Sed quàmuis vxor relicta Domina, & vsu-
fructuaria institutis filijs debeat habere so-
lùm alimenta, vt dictum est, tamen hoc li-
11 mitatur primùm, vt non procedat † si bona
ob delictum filij ad Fiscum perueniant, nam
eo casu mater in bonis confiscatis habebit in-
tegrum vsumfructum, Ruin. consil. 26. num.
3. & sequen. lib. 5. Menoch.de præsumpt.lib.
4. præsumpt. 139. n.83. latè Surd. in d.tract.
de aliment. quæst.15. n.196. & sequen.
12 Secundò limitatur non procedere † si filij
instituti decesserint, quia tunc matri inte-
ger vsusfructus debetur, secundùm propriam
verborum significationem, cùm hoc casu ces-
set coniectura voluntatis testatoris, prop-
ter quam ab ea receditur fauore filiorum: Et
hæc quidem limitatio omni caret dubitatio-
ne, quando filijs non est facta substitutio, vt
patet ex allegatis per Gabr. dict. conclus. 2.
num. 62. & conclus. 3. num. 7. in tit.de vsu-
fructu. Quando autem pater in testamento
filijs substituit est distinguendum. Aut sub-
13 stituti sunt filij ad inuicem,& tunc † vno mo-
riente legatum vsusfructus factum vxore vl-
trà alimenta non augetur, etiam si fuerit fa-
ctum super portione dicti filij, vt fuit reso-
lutum per Rotam in allegata Maceraten. ali-
mentorum: Ibi enim maritus pluresè ha-
bens filios ex prima vxore, & ex secunda
vnum eos omnes æqualiter hæredes institue-
rat, facta inter eos substitutione vulgari, pu-
pillari, & fideicommissaria, & iure legati re-
liquerat vxorem suam vsufructuariam om-
nium bonorum prouenientium in portionem
Iacobi communis filij vnà cum dicto Iaco-
bo toto tempore vitæ ipsius vxoris, & quòd
dicta vxor esset semper domina, & madon-
na, &c. Mortuo autem Iacobo in pupillari
ætate intrabat substitutio: Vnde cùm dubi-
taretur, an dictæ mulieri deberetur vsusfru-
ctus, vel tantùm alimenta, fuit tentum debe-
ri tantùm alimenta per supradicta.
Aut filijs decedentibus extraneus est sub-
14 stitutus, & tunc † si ex verbis testamenti ap-
pareat voluntatem testatoris fuisse,quòd vxor
haberet solùm alimenta, illa seruanda est, nec
propter mortem filiorum legatum variatur,
vt declarat Ruin. consil. 17. num. 13. versic.
& ex hoc vltimo lib.2. Paris.conf. 21.num.17.
& 20. lib. 3.
Aut non constat de tali voluntate, & est
distinguendum: Aut extraneus fuit vulga-
riter substitutus, & tunc communis * est opi-
15 nio, quòd post † mortem filiorum vxor de-
beat habere vsumfructum formalem, ex quo
legatum censetur tacitè à substituto repeti-
tum, vt voluit Bart. in d. l. Titia. §. Titia
num. 10. de leg. 2. Bald. in l. & si contrà ta-
bulas, num. 2. ff. de vulg. & pupil. Imol. in d.
§. Titia ad fin. & Paul. de Monte Pico ibi-
dem numer. 36. dicens hanc esse communem
opinionem. & magis * communem attesta-
tur Dec. consil. 476. num. 3. versic. secundò
respondetur, latè Roman. consil. 516. maxi-
mè num.8. Paris. conf. 21. num. 7. lib.2. An-
gel.conf.109. incip. quidam patronus,num.3.
16 vers. mortuis autem filijs,vbi dicit,quòd † le-
gatum variatur secundùm tempora propter
diuersitatem personarum, in quibus non ca-
dit vniformis fauor, vel conditio, latè Gabr.
qui alios allegat d. conclus. 3. num. 7. & 10.
de vsufruct. Card. Mantica d. tit. 7. num. 19.
Simon.de Præt.de interpret.vltim.volūt.lib.4.
dub. 10. num.60.

Et

Et hæc communis opinio locum sibi vendi-
17 cat etiam † quandò filius decedit viuo testatore, & testamentum sustinetur vigore clausulæ codicillaris, Alex.cōs.42.per tot.lib.2.Paul. de monte Pico in d.§. Titia, n.40.circ.fin.Caualcan.de vsufruct.mulieri relicto, nu.21.

18 Item procedit, quamuis † Hospitale, vel alia pia causa sit substituta, Bald. in d.l. si contrà tabulas circa fin. ff. de vulg. & pupil. & Imol. ibidem col.3. vers. & hoc tenendo bene facit, latè Socin.iun. conf.86. n.24. & sequen. lib.1. Picus in d.§.Titia, nu.37. vers. decimoquarto quæro, Gabr.d.conclus.3.de vsufruct.n.17.

Aut extraneus fuit pupillariter substitutus filijs, & tunc distingui debet inter legatum an-
19 nuum, & vnicum; Nam primo † casu post mortem filiorum matri integer vsusfructus debetur, ex quo legatum singulo anno incipit deberi ex persona substituti, qui cum sit extraneus non præbet iustam causam restringendi vsumfructum ad alimenta: Secundo verò casu sicuti antè mortem filiorum vxori debebantur solum alimenta, ita etiam ex post, cum inspiciatur initium ipsius legati, quod viuentibus filijs recepit certam formam, & interpretationem, & ideò propter mortem illorum non variatur, ita distinguit Bart. in l.Titia, §. fin.n.10. & 11.ff. de legat.2. Idem Bart. conf. 17.lib.1.Bald.conf.119.col.fin. vers. quatenus ergo lib.3. vbi corrigit se, quòd alibi contrarium tenuerit, vt in conf. 426. & sequ.lib.2.Sic quoque distinguunt, Ang.conf.109. n.3. Rom. conf.516.n.8.Natt.conf.605. nu.2.& 3. lib. 3. Ruin.conf.17.nu.14. lib. 2. & hanc distinctionem Bart.approbauit Rota in dicta causa Maceraten. alimentorum coram Horatio Card. Lancell.& esse communiter * receptam dicunt Paul.de monte Pico in d.§.Titia nu. 45. Gail. pract. obseruat.lib.2.obseruat.2.n.9.post prin. & Surd.de alimet.tit.10.d.q.15.num.194.

Tertiò supradicta conclusio, quod vsusfructus vxori relictus institutis filijs resoluatur
20 in alimenta, limitatur vt non procedat † quandò de contraria mente testatoris apparet, vt per Castren. conf. 218. column.1. lib. primo. Præsertim quandò adsunt verba, quæ non conueniunt alimentis, Grat. conf. 117. lib. 2. post Socin. sen. conf. 1. num. 7. & 8. lib. 4. Gozad. conf.47. n.3. qui de * communi atte-
21 statur, Idquè procedit † etiam si voluntas ex coniecturis colligatur, Crescen.d.decis.5. de testa. & admisit Rota in allegata Maceraten. alimentorum 27.Nouembr. 1602.coram Lancellotto, & latè post alios tradit Card. Mant. de coniect.d.lib.9.tit.7.num.20.

22 Prima igitur coniectura est, quando † testator vxori plenum vsumfructum legauit, Corn.conf.3.col.fin. vers.& copula lib.2.Dec. conf.18.n.1.& conf.490. num.9. Gozad.conf. 47.n.5.Gabr.d.conclus.2.de vsufr. nu.46. optimè Surd.conf.218.nu.10. qui defendit idem
23 esse, si testator † relinquat vsumfructum liberum, vel integrum, vel etiam francum.

Altera coniectura deduci solet ex onere
24 iniuncto† vxori atendi filios; sed istam ex professo rej robat Gabr.conf.127.num.2 lib.1. ex mente Bald. conf.30. num.3.lib.4. Socin. sen. conf.279.lib.2. qui quamuis loquantur in casu, quo vxor fuit relicta Domina, & vsufructuaria, fortior tamen est eorum resolutio, cum vxor videatur admissa ad medietatem alimentorum: Et in indiuiduo casum hunc decidit Franc.Marc.in decis.Delfinati 845.n.3 par.1. & ita tenuit Rota in allegata Romana hæreditatis de Beuilaqua 13. Februarij 1598. coram Orano, tametsi eo in casu vxor fuisset relicta gubernatrix, tutrix, & curatrix filiorum, & testator moriente vxore substituisset in omnibus, & per omnia in eius locum sororem vxoris, cui non erat verisimile, quod vsumfructum voluisset relinquere, Bald.in d.l.Titia, vers.idē credo de leg.2.Menoch. de præsump. lib.4 præsump.139.n.64.Præterea ibidē testator grauauerat filium soluere legatum annuū relictum pro eius anima, quod proculdubio adimplere non potuisset, si vsusfructus fuisset matri relictus, Ruin.conf.206.num 39. lib.2. Gabr. conf.108.lib.2.

Tertia, & quidem vrgentissima est conie-
25 ctura, quando † testator voluit quòd filius durante vsufructu vxori relicto esset hæres quoad solam, & nudam proprietatem, quam amplexa fuit Rota in causa Bononien. vsusfructus 4. Februarij 1604. coram Iusto: Vbi post legata facta Dominæ Catherinæ Marescottæ vxori q. D.Ioannes Armius instituerat hæredes vniuersales, & vsufructuarios quoad vsumfructum tantum dictam Dominam Catherinam coniugem, & Dominum Aurelium eius vnicum filium legitimum, & naturalem æqualiter, & æquis portionibus inter eos omni meliori modo, &c. Interim verò durante, & pendente vsufructu præfato quoad nudam, & solam proprietatem instituerat, & nominauerat hæredem proprietarium vniuersalem Dominum Aurelium filium: Contigit dubitari, An institutio in medietate vsusfructus in persona Dominæ Catherinæ restringenda esset ad alimenta, vel potius ei integer vsusfructus deberetur? Et Rota tenuit, quòd integer vsusfructus debebatur D.Catherinæ ex cōiectura voluntatis testatoris, quæ clara colligebatur ex eo, quòd testator declarauerat, vt filius durante vsufructu esset hæres quoad nudam proprietatem, & sic hæres proprietarius, & finito vsufructu haberet illius hæreditatem pleno iure: Nam si institutio in vsufructu fuisset restricta ad alimenta tantum, filius non habuisset interim nudam, & solam proprietatem, & sic fuisset recedendum à voluntate testatoris, qui cum explicitè mandasset quòd eius vxor haberet dimidiā vsusfructus, intellexerat de vsufructu formali: Præsertim quia non reliquerat totum vsumfructum, sed tantum dimidiam: Vnde videbatur cessare ratio consuetudinis Bulgari, quia filius

26 lius † non erat priuatus toto vſufructu, quo ca-
ſu concludunt Doctores non eſſe reſtringen-
dum legatum ad alimenta, Card. Mantica
poſt alios in loco ſuprà citato, num. 31. Gabr.
d. concluſ. 2. de vſufr. num. 31. Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 4. præſumpt. 139. num. 19.

Ex alijs quoquè fontibus aliæ coniecturæ
elici poſſunt, ex quibus colligitur perſpicua
intentio teſtatoris, quòd vxori plenum, & in-
tegrum vſumfructum voluerit relinquere,
quas videre poteris apud Cardin. Manticam,
d. lib. 6. de coniect. tit. 7. à num. 22. vſque
ad fin. & apud Surd. d. tract. de aliment. d.
quæſt. 15. num. 228. & plurib. ſequen. vbi co-
pioſè ſingulas coniecturas examinat.

Verumtamen in his caſibus, in quibus vxo-
ri vſusfructus formalis inſtitutis filijs relinqui-
tur, aliqua etiam ſunt conſideranda. Et pri-
27 mò aduertendum eſt, quòd cautio † de vten-
do, & fruendo arbitrio boni viri ab vxore
præſtanda eſt, ſi petatur, & nõ ſit in mora, alio-
quin ei fructus non debentur, Bero. conſ. 41. n.
* 29. lib. 1. qui teſtatur de * communi Legiſta-
rum, & Canoniſtarum opinione, Abb. in c. fin.
n. 2. de pign. Benè verum eſt, quòd ſi hæres re-
cuſet vſumfructum conſignare, fructus currunt
etiam à die oblationis fideiuſſionis: Quia cum
28 cautio realis † non ſit præſtanda antè actum
traditionis, Bald. conſ. 408. n. 10. lib. 1. Ruin.
conſ. 91. num. 8. lib. 2. Rolan. conſ. 92. nu. 12. lib.
2. Pinel. in l. 1. par. 2. n. 78. circà medium, C. de
29 bon. mater. Mater † non tenetur dare fideiuſ-
ſores cum effectu antè actum conſignationis,
& conſequenter pro conſequendis fructibus
oblatio verbalis ſufficit, ad tradita per Doct. in
l. ſi mora, ff. ſolut. matr. & ita fuit tentum per
Rotam in dicta cauſa Bononien. vſusfructus
coram Iuſto die 9. Iunij 1604.
30 Secundò eſt aduertendum, quod † vſusfru-
ctus vxori non debetur, niſi deducto ære alie-
no ex tota hæreditate, l. generali, §. fin. ff. de
vſufruct. legat. l. vſufructu bonorũ, ff. ad leg. fal-
cid. Card. Mant. de coniect. lib. 9. tit. 6. nu. 12. &
Rota tenuit in eadem cauſa Bononien. coram
* Iuſto ſub die 27. Ianuarij 1606. Communis *
enim eſt Doctorum ſententia contrà Bart. in
31 l. fin. ff. de vſufr. leg. quòd onus † ſoluendi æs
alienum relictum per defunctum pertineat ad
hæredem, non autem ad vſufructuarium, vt
poſt Bald. conſ. 82. num. 2. lib. 5. tradit Caſtren.
in l. fin. §. ſin autem, C. de bon. quæ lib. & conſ.
294. n. 4. lib. 2. & conſ. 459. num. 3. eod. lib. per
tex. in l. vſufructu bonorum, ff. ad leg. falcid.
Alex. in l. ſi filio, §. ſi vir. num. 14. ff. ſolut. matr.
cum relatis per Rolan. conſ. 8. num. 13. lib. 2.
Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 2. nu. 4. Debet ta-
32 men hæc † æris alieni ſolutio fieri cum hoc
temperamẽto, & primò ex pecunijs teſtatoris,
ſi ſint in hæreditate, aliàs ex iuribus, & actio-
nibus, & nominibus debitorum ſi extent, ſin
minus, aut non ſufficiant, ex mobilibus, & poſt-
modùm ex immobilibus minus fructuoſis, &
damnoſis, Bellon. conſ. 3. num. 2. & ad hunc
effectum ſi hæres confecerit inuentarium,
33 (quo caſu † non tenetur de ſuo debita hæredi-
taria ſoluere, l. fin. §. ſin autem, C. de iure de-
liber.) debet vxor vſufructuaria, quæ poſſidet
34 bona præſtare † pacientiam, vt iuxtà præmiſ-
ſum ordinem ad alienationem procedatur,
Mohed. deciſ. 123. latè Borgnin. de vſufr. mul.
35 relict. num. 212. Nec prætextu † iurium &
actionum relictorum in hæreditate poteſt re-
tardare alienationem, quandò inuentarium
fuit factum, quia confectio inuentarij releuat
hæredem ab onere probandi illorum non exi-
ſtentiam, Ita fuit reſolutum in vna Æſina bo-
norum 19. Februarij 1590. coram Orano, in
qua fuit etiam dictum, quòd cum ſolutio æris
alieni non patiatur dilationem, ſufficit, vt hæ-
res promittat, quòd ſi progreſſu temporis de-
tegantur extare iura, & actiones, inueſtire ha-
beat pecunias ex illis redactas ad commo-
dum, & vtilitatem vſufructuarij.

Tertiò eſt etiam aduertendum, quòd licèt
vxor fuerit relicta vſufructuaria omnium bo-
norum inſtitutis filijs in nuda proprietate,
36 tamen † non habebit vſumfructum in legiti-
ma ipſorum filiorum, cum illis legitima de-
37 beatur non ſolum in proprietate, verum † etiã
in vſufructu, auth. nouiſſima, & ibi Bald. nu. 3.
Salic. nu. 2. C. de inoffic. teſtam. §. prohibemus,
& ibi gloſ. in verb. relinquat, de trien. & ſemiſ.
& not. in l. vxori meæ, ff. de vſufruct. legat. Id-
38 que procedit † quamuis proprietas relicta fi-
filijs excedat valorem legitimæ: Nam opinio
contraria Angel. in d. §. prohibemus, quam ſe-
quitur Cepol. cautel. 21. & Iaſ. in d. Auth. no-
uiſſima, num. 44. non videtur vera, ſi quidem
quando filius eſt inſtitutus vltrà legitimam,
grauamen etiam vſusfructus reicitur quidem
à legitima, ſed remanet in reſiduo, l. ſcimus, §.
cùm autem, C. de inoff. teſtam. per quem tex.
Roder. in l. quoniam in prioribus in tertia
ampliat. n. 2. C. eod. tit. dicit Angelum incon-
ſideratè fuiſſe loquutum.
39 In vno tamen caſu † non poſſet legatum
vſusfructus prætextu legitimæ diminui, vide-
licèt, quandò non abſorberet totam hæredita-
tem, nequè beſſem excederet, cum ſatisfactum
ſit legi, quæ requirit filijs relinqui legitimam
in proprietate, & vſufructu, Ita fuit tentum
per Rotam in dicta cauſa Bononien. vſufru-
ctus, 17. Nouembris 1608. coram Ortember-
go. Vbi cũ teſtator hæredes vniuerſales quoad
vſumfructum tantùm inſtituiſſet vxorem, & fi-
lium, quo verò ad proprietatem filium ſolũ, &
Dominus Aurelius prætenderet primũ detra-
hendã eſſe legitimam liberam ab onere vſuſ-
fructus, & deindè in reliquis bonis vſumfructũ
eſſe diuidendum, contrarium reſolutum fuit:
Nã legitima D. Aurelij, qui erat filius vnicus,
erat triens, l. Papinianus, §. quarta, ff de inoff.
teſtam. auth. nouiſſima, C. eod. tit. §. 1. in auth.
de trien. & ſemiſ. Ideo cùm haberet totã pro-
prietatem, & medietatem vſusfructus, fruſtrà
petebat quod intus habebat, cùm omne id

quod

quod perceperat ex testamento patris in legitimam computare deberet, l. quoniam nouella, l. omnimodò, §. imputari, & l. scimus, in prin. C. de inoffic. testam. Bart. in l. in quartam, n. 16. & ibi scribêtes, ff. ad leg falcid. Surd. cons. 388. n. 18. & decis. 169. n. 5. Et est regulare, quòd pa
40 ter, † qui reliquit filio quantum sufficit pro legitima liberè possit res suas legare, l. parentibus, C. de inoffic. testam. §. quamobrem in auth. de restit. & ea, quæ parit, &c. Ias. in l. filium, quem habentem, nu. 17. C. famil. hærcis. Ruin. cons. 57. n. 24. lib. 2. Purpur. cons. 495. n. 1.
41 Nec obstat, quòd statim † deducto ære alienò detrahitur legitima, d. l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoff. testam. cum illa sit quasi debita, vt per glos. in l. si emancipata in verb. nullis
42 rationibus, C. de iur. & fact. ignor. Et † reputetur ęs alienū, d. § Papinianus, §. impubes, Bal. in l. 2. circ. fi. C. de lib. præter. & in l. quamquā, C. ad leg. falcid. Bart. in l. si quis legatū, §. fin. ff. ad leg. Cornel. de fals vbi dicit, quòd filius in legitima æquiparatur vero creditori; Siquidem pro responsione dicebatur, quòd in eo casu ista disputatio non erat necessaria, quia non habet locum, nisi quandò legitima nullo modo fuit relicta, sed petita ex dispositio-
43 ne legis simpliciter, & tunc † solùm pro ea filius habet condictionem ex lege contrà hære-
* des, vt est * communis opinio, & notat. in l. in quartam, vbi latè Alex. nu. 25. ff. ad leg. falcid. Dec. cons. 235. in casu magnifici, n. 6. Neguf. de pignor. 4. membr. 2. par. princip. n. 164. vers. tamen contrariam sententiam: Vel procedit quandò agitur pro supplemento legitimæ in testamento relictæ, iuxtà terminos, l. omni-
44 modò, C. de inoffic. testam. Et tunc † competit tacita hypotheca, sicut pro alijs in testamento relictis, l. 1. C. com. de leg. Dec. d. cons. 235. n. 6. Quandò verò integra legitima relicta est iudicio testatoris, nemo est, qui dicat filium amplius petere posse. Et hæc dicta sufficiant quoad primum casum, quandò vxori relinquitur vsusfructus filijs institutis.

Secundus casus est, quādò maritus vxorem instituit hæredem vsufructuariam omnium bonorum, nullo sibi dato cohærede in proprietate, & tunc explorati iuris est, quòd
45 vxor † integrum habet vsumfructum, siquidem intelligitur hæres ex vniuerso, l. 1. & l. si ex fundo, & l. si ità si quis hæres, ff de hæred. instit. Bald. in l. id quod pauperibus, quæst. 14. num. 27. C. de Episcop. & Cler. Salic. in l. extraneum in fin. & ibi Alex. num. 8. & Ias. sub num. 6. C. de hæred. instit. Alex. cons. 111. num. 1. & cons. 162. num. 2. lib. 2. Ruin. cons. 54. num. 1. & 7. lib. 1. Bero. cons. 41. num. 36. lib. 1. Cesal. cons. 59. num. 15. cum sequen. lib. 1. Rolan. cons. 29. nu. 26. lib. 4. Petrus Pichius de testamen. coniug. lib. 5. c. 4. & seq. Mant. lib. 4. de coniect. vlt. volunt. tit. 5. art. 1. Menoch. cons. 273. num. 50. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 141. nu. 3. & 26. & fuit tentum per Rotam in vna Romana hæreditatis, 24. Maij 1604. coram Cardinale Pamphilio: Hoc etenim casu vsusfructus causalis relictus
46 censetur, non formalis, & virtualiter † importat vltrà vsumfructum etiam proprietatem, & consequenter prohibitionem alienationis, ne ipsa vxor possit ad libitum disponere de proprietate, sed illam conseruare teneatur substitutis, vt fuit dictum in causa Fauentina de Calderonibus, die 16. Ianuarij 1587. coram Cardinale Blanchetto, & ex multis comprobant, Soc. sen. cons. 14. n 4. & 5. lib. 1. & Siluan. cons. 23. num. 2.

Tertius est casus, quandò testator extraneum hæredem instituit, vsumfructum verò
47 legauit vxori, & tunc † non est dubium, quin intelligatur relictus vsumfructus formalis, quia consuetudo Bulgari fauore filiorum fuit introducta; Ideò cessat, quandò extranei sunt instituti, vt Bart. expressit in d. §. Titia
* num. 9. Alex. qui dicit * communem, cons. 57. colum. 1. lib. 3. Curt. sen cons. 14. num. 3. Hanc etiam dicunt communem Paul. de monte Pico in d. §. Titia, num. 56. Gabr. de vsufruct. d. concl. 2. num. 54. Cardinal. Mant. d. lib. 9. tit. 7. in fin. Surd. in tract. de alim. d. quæst. 15. num. 85. qui dicit, quòd filijs, & descendentibus exceptis in hac materia
48 alij omnes † extranei vocantur, & de matre in specie consuluit Angel. cons. 338. num. 2. sequitur Alex. d. cons. 57. num. 1. vers. sed circà hoc est videndum, lib. 3. Imol. in d. §.
49 Titia, in fine. Sed contrarium † in matre voluit Anchar. cons. 237. num. 5. quæ opinio magis etiam placuit Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 140. num. 4. ob præsumptam scilicet affectionem, & pietatem ergà parentes, quorum fauore sicuti filiorum debet fieri interpretatio voluntatis, vt vxor relicta vsufructuaria alimenta dumtaxat consequatur: Ego tamen à prima opinione non recedo, si quidem non per omnia eadem ratio subseruit: Nàm pater plus diligit filium, quàm filius patrem; l. isti quidem, ff. quod met. caus. l. fin. C. de Curat. furios. & hæreditas parentum magis est debita filijs, quàm contrà filiorum parentibus, & alijs, l. scripto, ff. vnd. liber. l. nam & si parentibus, ff. de inoffic. testam. Vndè quod fauore liberorum receptum est, non debet trahi ad ascendentes, & alios extraneos hæredes institutos, argum. l. 3. §. 1. de legat. præstan. Præsertim, quia
50 † consuetudo non extenditur ad similes personas, Cesal cons. 56. n. 17. & cons. 338. nu. 45. Roland. cons. 94. n. 17. lib. 2. & cons. 69. nu. 30. lib. 3. Etsi sit exorbitans, & odiosa, vt est ista de qua agitur, non extenditur etiam ex identitate, vel maioritate rationis, Bero cons. 71.
* nu. 33. lib. 1. Gabr. qui de communi * attestatur in tit. de præscript. conclus. 2. n. 16.

Ampliatur autē, & limitatur hic casus plu-
51 ribus † modis, vt habetur per Gabr. d. conclus. 2. & 3. de vsufr. & Surd. in loco proximè allegato à n. 99. vsque ad 161, vbi copiosè tractat

quando vsusfructus relictus uxori instituto
hærede extraneo integer debeatur, & quando
restringatur ad alimenta, ad quem te remitto,
cum singula prosequi non sit mei instituti.
Illud tamen non omittam, quòd quando
52 vxor est † relicta Domina, & vsufructuaria om
nium bonorum, vel maioris partis, non cense-
tur legata ipsa proprietas, sed tantùm vsusfru
ctus institutis extraneis hæredibus, & hoc ex
præsumpta voluntate testatoris, cum nō sit ve-
risimile, quòd totius, vel ferè totius hæredita-
tis voluerit dominium ab hæredibus abdica-
re, vt inquit Socin. cons. 210. col. 2. vers. sed in
contrarium, lib. 2. & benè aduertit Sim. de
Præt. de interpret. vltim. volunt. fol. mihi 417.
n. 91. in fine. & ita tenuit Rota in vna Spole-
tana vsusfructus 10. Nouembris 1586. coram
Orano, vbi testator reliquerat eius vxorem
dominam maiorem, massariam, & vsufru-
ctuariam omnium, & quorumcumque bonorū
suorum mobilium, & stabilium, si vitam vi-
dualem, & honestam seruare vellet in Domo
testatoris, instituto hærede vniuersali extra-
neo non extantibus filijs: Et cum dubitare-
tur, An esset in electione vxoris, velle vsum-
fructum, vel proprietatem dictorum bono-
rum, fuit decisum, hoc non esse positum in
eius electione, sed tantummodò illi legatum
53 fuisse vsumfructum. Nam illa † verba (reli-
quit vxorem dominam maiorem, & massa-
riam) non important dominium absolutum,
sed quamdam præheminentiam in Domo,
sicut erat ante mortem mariti, & vt inquit
Iacob. de Arena in l. cum si exhibuissent. §.
qui ait, de public. & vectig. hæc verba non
important dominium, sed quamdam potesta-
tem, & auctoritatem massaricandi, vt per
Bart. in d. l. Titia. §. fin. nu. 4. de leg. 2. & ibi
Picus n. 23. Et verba (dominam maiorem)
præsupponunt alium dominum minorem,
54 quia † natura comparatiui est relinquere po-
sitiuum in eodem termino secundum Gram-
maticos, & habetur in l. vbi autem non appa-
ret, in princ. de verb. oblig.
* Nec obstat illa * communis conclusio, quòd
quando testator relinquit vxorem Dominam,
& vsufructuariam certæ rei, tunc est in ele-
55 ctione † vxoris eligere proprietatē, vel vsum-
fructum, vt per Bart. in d. l. Titia §. fin. nu. 3.
& ibi Bald. Imol. & Cuman. Corn. cons. 257.
n. 4. vers. vis autem verborum sonat. lib. 1. &
cons. 173. n. 4. in fin. lib. 3. Quia hæc opinio
est fundata in textu in l. si Titio fundus de
vsufr. legat. qui loquitur in legato rei parti-
cularis: Secus autem est in legato omnium
bonorum mobilium, & stabilium, quòd licèt
non sit vniuersale, quia non comprehendit
56 iura, † & actiones, Alex. cons. 45. n. 12. lib. 2.
Corn. cons. 173. n. 9. lib. 5. Cardin. Mantica
de coniect. vlt. volun. lib. 9. tit. 2. nu. 1. tamen
comprehendit maiorem partem bonorum, &
secundum intentionem testatoris fortassè ve-
risimile est, quòd ipse voluerit omnia bona
comprehendere: Etenim tota hæc materia est
57 coniecturalis, & dicta verba † interpretantur
vario modo, secundùm coniecturatam men-
tem testatoris, vt benè per Card. Mantica di-
cto lib. 9. tit. 7. n. 4. Vnde si extant liberi im-
portant alimenta secundùm consuetudinem
Bulgari, si non extant liberi, & sint adiecta
vniuersitati bonorum, important vsumfructum
58 tantum, si est factum legatum certæ † rei est
in facultate vxoris eligere proprietatem,
vel vsumfructum; si vero est factum legatum
certæ rei, quod ferè absorbeat totam hære-
ditatem, vt in legato bonorum mobilium, &
stabilium, quod frequentius contingit, vt fe-
rè totum patrimonium absorbeat, licèt sit rei
particularis, tamen importat vsumfructum
tantùm, vt fuit de mente Socin. d. cons. 210.
col. 2. vers. sed in contrarium lib. 2. Ruin. cons.
41. n. 9. lib. 3. Bertran. cons. 91. col. fin. in secūda
iij. Card. Mant. vbi supra, & Sim. de Præt. d. fol.
417. n. 91. in fine.
Consequenter quæritur pro declaratione
huius tertij casus, Vtrùm vxor relicta vsu-
fructuaria omnium bonorum integrum vsum-
fructum consequatur, An verò extraneus hæ-
res institutus cum ea faciat partes per con-
* cursum? Et quidem communis * opinio est,
quòd vxor debeat habere totum vsumfru-
59 ctum, eo quia concursus † non datur quando
alicui relinquitur vsusfructus omnium bono-
rum altero hærede vniuersali instituto, l. vxo-
ri meæ. ff. de vsufr. legat. Castren. cons. 218.
num. 2. lib. 1. Socin. cons. 1. nu. 14. cum se-
quen. lib. 4. Ruin. cons. 190. nu. 11. lib. 2.
Gozad. cons. 47. num. 121. Paris. cons. 94.
num. 33. qui testatur de communi. & cons. 97.
num. 19. lib. 2. Alex. cons. 75. num. 15. lib. 7.
Natt. cons. 297. n. 2. Picus in d. l. Titia cum
nuberet num. 3. ff. de legat. 2. Gabr. consil.
102. num. 3. lib. 2. Cardin. Mantic. lib. 9. de
coniect. tit. 6. num. 17. Quamuis enim ex di-
spositione l. si alij, de vsufr. legat. concursus
60 locum † habeat in legatis particularibus in
quibus vni relinquitur totum integrale, &
alij pars substantialis, vt in casu ibi expresso,
vbi vni legatur fundus, alteri vero vsusfru-
ctus eiusdem fundi; tamen hoc ideò est, quia
61 nomen † fundi non potest verificari sinè vsu-
fructu, l. Meuius. §. fundi. ff. de leg. 1. Vndè
necessario est locus concursui, cùm eadem res
duobus sit relicta, l. si pluribus. ff. de legat. 1.
sed hæc ratio cessat, quando relicto alicui
vsufructu omnium bonorum, alter hæres vni-
62 uersalis instituitur, cum hæreditas † consi-
stat in iure etiam abstracto à proprietate, &
usufructu, & possit institutio verificari etiam
sinè usufructu. Castren. d. cons. 218. Ruin. dict.
cons. 190. n. 17. Gabr. d. cons. 102. n. 5. cum alijs
supra allegatis.
* Et hæc quidem * communis sententia sinè
scrupulo dubitationis locum habet, quando
63 est facta † separatio usus fructus à proprietate,
ut quia usus fructus uni, alteri proprietas
bono-

bonorum relicta sit, quia tunc non datur
concursus in vsufructu, cum mentio proprie-
64 tatis facta ad differentiam † vsusfructus, in-
telligatur de nuda proprietate, perindè, ac si
dictum fuisset deducto vsufructu, instit. de
vsufr. in princ. l. si tibi vsusfructus, ff. quemad.
vsufr. amit. Castren. in l. proprietatis, num. 2.
C. de probat. latè Accoramb. in l. naturaliter,
§. nihil commune, ff. de acquir. possess. & in
his terminis tradit Alber. in l. si proprietas,
ff. de vsufr. accrescen. Bald. in l. cùm quæstio,
sub num. 1. cùm sequen. C. de leg. & fatetur
Rimin. Sen. in cons. 411. num. 5. lib. 3. Quamuis
65 aliud dicendum sit, quandò † est facta mentio
proprietatis implicitè, seu concretiuè sub no-
mine fundi, vt in d. l. si alij, & in l. Sempro-
nius, §. fin. de vsufr. leg. & in d. l. si proprietas,
de vsufr. accresc. & declarat Bald. in d. l. cum
quæstio, sub num. 1. & sequen. & Alberic. in d.
l. si proprietas, cùm alijs supra citatis.

66 Simili quoquè modo, si † testator duos
æqualiter, & æquis portionibus in vsufructu
hæredes instituit, & ad inuicem substituit, ita-
ut si vnus ex eis moriatur alter in prædicto
vsufructu succedat, eique alterius prædefuncti
pars accrescat, euidens coniectura colligitur,
testatorem velle eos habere integrum vsum-
fructum absquè aliqua communicatione cum
hærede proprietario, cuius nullam mentio-
nem fecit in substitutione, prout fecisset, si
voluisset quòd ei accresceret pars vsusfructus,
ad l. 1. §. sin autem ad deficien. C. de caduc.
tollen. Et ita fuit tentum per Rotam in causa
Bononien. vsusfructus, 16. Iunij 1597. co-
ram Cardinale Pamphilio; Vbi ex dicta sub-
stitutione etiam inferrebatur hæredes vsu-
fructuarios esse in vsufructu prædilectos, l.
qui filias, in princ. ff. de legat. 1. Bart. in
l. fin. ad trebellian. cuius contrarium seque-
retur ex concursu hæredis proprietarij, quia
vnusquisque ipsorum licèt magis dilectus mi-
nus tamen separatim consequeretur ex dicto
concursu, quàm solus proprietarius, qui licet
minus dilectus consequeretur integram me-
dietatem vsusfructus, quòd esset absurdum,
Bart. in l. Gallus, §. etiamsi parente, ff. de
lib. & posthum.

Extenditur autem hæc communis conclu-
sio tribus modis: Primo, vt habeat locum
67 † etiam si quis in testamento fuerit hæres in-
stitutus, & in Codicillis vxori relictus fuerit
vsusfructus omnium bonorum, vt per Cardi-
nalem Mantica, d. lib. 9. de coniect. tit. 6. nu-
mer. 18.

Secundò debet extendi, vt locum habeat
68 etiam si quis fuerit † hæres institutus explici-
tè in omnibus bonis, aut in omnibus bonis
mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actio-
nibus præsentibus, & futuris, quia neque
tunc concurrit in vsufructu cum vxore, cui le-
gatus est vsusfructus omnium bonorum, sicu-
ti contra Ruin. tenet idem Card. Mant. vbi
suprà, num. 20.

Tertiò etiam debet extendi secundum Ro-
tam in allegata Bononien. vsusfructus coram
Cardinale Pamphilio, vt procedat licèt quis
69 fuerit † institutus in proprietate durante, &
extincto vsufructu, quia non propterea sequi-
tur, quòd ex regula pariformis determina-
tionis detur concursus, itaut is habere de-
beat proprietatem cùm vsufructu eo duran-
te, sicut eo extincto, cum dicta verba solùm
censeantur adiecta, ne hæredi vsufructuario
videatur vna cùm vsufructu etiam bonorum
proprietas relicta, & sic ad ostendendum ip-
sum non esse hæredem proprietarium in vita
cum onere restituendi post mortem, quod
causaret detractionem trebellianicæ, & alios
effectus, iuxtà not. per Bald. in l. id quod pau-
peribus, num. 14. C. de Episcop. & cleric. Sa-
lic. in l. extraneum, quæst. vltima, C. de hæ-
red. instit. & per Alex. cons. 162. num. 2. & 3.
lib. 2. & Ruin. cons. 36. num. 3. lib. 2. cum
his, quæ aliàs latissimè deducta fuerunt in
causa Perusina de Alfanis 13. Februarij 1597.
coram Orano.

Illud tamen admonendi sumus, quòd si ex-
70 traneus † hæres fuerit institutus pleno iure,
erit locus concursui, & vxor non habebit to-
tum vsumfructum, sed solum pro medietate,
& hæres pro alia medietate, Alex. cons. 56.
col. 2. in fin. vers. vnde cum in testamento,
lib. 3. Paris. cons. 94. num. 40. lib. 2. Natt.
cons. 297. num. 2. Becc. cons. 98. num. 3. &
11. Et licèt Ripa in l. re coniuncti, num. 40.
ff. de leg. 3. & Hieron. Gabr. cons. 102. n. 3. lib.
2. hanc limitationem reijciant, tamen optimè
illam defendunt Cardin. Mantic. d. lib. 9. de
coniect. tit. 6. num. 19. & Surd. d. quæst. 15.
num. 112. & seq.

71 Et idem est si extraneus † fuerit institutus
cum clausula omni meliori modo, &c. quia
hæc clausula importat idem quod pleno iure
secundùm Ruin. cons. 40. numer. 10. lib. 2.
Quod tamen fuit intellectum per Rotam in
causa Bononien. vsusfructus proximè allega-
ta, quandò huic clausulæ præcedit copula.
72 Secus quandò † stat sine copula, quia tunc
non operatur vltrà modum expressum, nec
ampliat institutionem, sed tantùm confirmat
in illis terminis, in quibus facta reperitur,
Felin. in c. cum super col. penul. de offic. de-
leg. Cassad. decis. 7. de appellat. Paris. cons.
12. num. 69. lib. 1. Acchil. decis. vnica, de verb.
signif. Veral. decis. 124. par. 1. & 273. lib. 1. in
manuscript.

Vsusfructus omnium bonorum in quibus rebus relictus videatur. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

1 *In legato vsusfructus omnium bonorum venit*

vsusfructus totius substantiæ testatoris.

2 *Item venit vsusfructus nominum debitorum.*

3 *Item vsusfructus rerum, quæ vsu consumuntur.*

4 *Item vsusfructus pecuniæ.*

5 *Item laudemium, quod vsufructuario debetur, non hæredi.*

6 *Item fructus recollecti à testatore, quamuis non cedant lucro legatarij, qui finito vsufructu debet illorum æstimationem restituere.*

7 *Vsusfructus, an debeatur in rebus venalibus si omnium bonorum vsusfructus legetur, remissiuè traditur.*

8 *Ius præsentandi ad vsufructuarium omnium bonorum pertinet, non autem ad hæredem, & num. 12. & 16.*

9 *Iuspatronatus in alium transit cum Vniuersitate, etiam sine consensu Episcopi.*

10 *Vsufructu legato omnis fructus rei ad vsufructuarium pertinet.*

11 *Ius præsentandi est fructus iurispatronatus.*

13 *Decis. 10 in fin. de iurepatr. in nou. declaratur.*

14 *Ius præsentandi, seu iuspatronatus, an transeat in maritum cum Vniuersitate data in dotem, & num. 15.*

17 *In legato vsusfructus omnium bonorum veniūt fructus rerum, quæ sunt alijs singulariter legata pro medietate.*

18 *Regula, quod generi per speciem derogatur, non procedit quandò genus, & species non concurrunt super eodèm iure, sed super diuerso.*

19 *Vsufructuarius omnium bonorum non concurrit cum legatario particulari, quando ex coniecturis apparet de mente testatoris.*

20 *Ampliatur quamuis legetur vsusfructus vxori dum vixerit, & vitam vidualem seruauerit.*

21 *Item quamuis vxor fuerit relicta vsufructuaria omnium, & singulorum bonorum.*

22 *Vsufructuarius, vt totum vsumfructum consequatur, oportet testatorem exprimere totalem, vel integrum vsumfructum, aut sine diminutione, aliàs concurrit cum legatario particulari.*

23 *In legato vsusfructus omnium bonorum non venit vsusfructus bonorum feudalium, quandò feudum est ex pacto, & prouidentia, secus si sit hæreditarium, & num. 24.*

25 *Vsusfructus constitui non potest in bonis emphyteoticis, nisi emphyteusis sit hæreditaria.*

26 *In legato vsusfructus omnium bonorum non veniunt bona fideicommisso subiecta secundum magis communem.*

27 *Testator censetur relinquere solum ius, quod habet in re relicta.*

28 *Verba testatoris de bonis loquentia debent intelligi secundum tempus mortis.*

29 *Bona fideicommisso subiecta sub institutione vniuersali non veniunt.*

30 *Verba generalia recipiunt restrictionem secundum subiectam materiam.*

31 *In legato vsusfructus omnium bonorum veniūt bona subiecta fideicommisso, quando hæredi vocato ad fideicommissum modicum præiudicium infertur.*

32 *Item, quando legatur vsusfructus omnium, & quorumcunque bonorum.*

33 *Item, quando fideicommissum pertinet ad hæredem scriptum, dummodò sit hæres vniuersalis, non autem legatarius, aut in re certa institutus, & num. 34.*

35 *Hæres institutus in proprietate dicitur in re certa institutus.*

36 *Hæres vniuersalis ad tempus institui nō potest.*

37 *Vsusfructus tunc demum extinguitur, quando à proprietate separatus ad ipsam proprietatem reuertitur, & cum illa consolidatur.*

38 *In legato vsusfructus omnium bonorum venit etiam vsusfructus eorum bonorum quæ post testamentum testator acquisiuit secundū* Bart. *sed contrarium, quòd veniant tantum bona, quæ fuerunt testatoris tempore testamenti, defenditur, ibidem num. 39.*

40 *Bonorum appellatione in dispositione testatoris, veniunt tantum præsentia, & non futura, licèt testator vsus fuerit verbis vniuersalibus, nec adiecerit pronomen meum.*

41 *Bonorum appellatione in testamento veniunt acquisita post ipsum testamentum, quando ex coniecturis apparet, quod testator respexit ad tempus futurum, etiamsi coniectura aliundè colligantur.*

42 *In legato vsusfructus omnium, & quorumcumque bonorum mobilium, & immobilium comprehenduntur etiam acquisita post testamentum.*

43 *Ex verbis vniuersalibus, & geminatis colligitur coniectura sufficiens, quòd testator voluerit etiam legare bona futura.*

44 *Legatum vsusfructus omnium bonorum factum coniunctæ personæ comprehendit etiam futura.*

45 *Idem est, quando legatum restrictum ad bona temporis testamenti redderetur inutile.*

46 *Interpretatio fieri debet, vt legatum aliquam vtilitatem afferat.*

47 *In legato vsusfructus veniunt etiam quæsita post testamentum, si testator hæredem in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus instituat, vsumfructum vero bonorum mandet alteri dari pro medietate.*

48 *Institutio trahitur etiam ad futura.*

49 *Vna pars testamenti aliam declarat.*

50 *Dictio, vero, est aduersatiua, & inducit repetitionem omnium qualitatum expressarum in præcedenti dispositione.*

OPPORTVNE autem ex prædictis sequitur videndum, si alicui vsusfructus omnium bonorum legetur, quibus ex rebus relictus præsumatur? Et quidem explorati
1 iuris est totius † substantiæ testatoris vsumfructum intelligi legatum.

tum §. quoties in fine, ff. de vsufr. Nulla enim res est, quæ non cadat in vsumfructum, l. vsufructu bonorum, ff. ad l. falcid. l. omnium la secunda & ibi not. ff. de vsufr. Igitur censetur le-
1 gatus † etiam vsusfructus nominum debitorum, per tex. in l. vxori meæ, de vsufr. legat. Vbi legato vsufructu omnium bonorum intelligitur etiam relictum calendarium, quod est liber rationum continens nomina debitorum, l. qui filium in princ. de leg. 3. & ita tradit Bart. in d. l. vxori meæ num. 1. & in l. fin. nu. 5. de vsufr. legat. Paris. cons. 94. num. 10. lib. 2.
3 Natt. cons. 297. num. 4. Item † censetur legatus vsusfructus earum rerum, quæ vsu consumuntur, l. 1. & 2. de vsufr. earum rerum quæ vsu consum. Sic etiam legato vsufructu om-
4 nium bonorum debetur † vsusfructus pecuniæ, cum & in ea vsusfructus consistat, d. l. 2. & §. constituitur instit. de vsufr. Alex. cons. 58. nu. 7. lib. 3. Socin. iun. consil. 96. nu. 3. lib. 1. Item vsu-
5 fructuario debetur † laudemium, cum sit fructus, qui propter ipsam rem percipitur, vt declarat Oldr. cons. 24. post princ. & post alios tradit Surd. decis. 31. num. 12. vbi attestatur
* de * communi simili quoque modo veniunt
6 fructus † recollecti à testatore licèt non cedant lucro legatarij: nam finito vsufructu debet eorum æstimationem restituere, & ità debet cauere, sicuti in his rebus, quæ vsu consumuntur est constitutum, Aym. consil. 300. n. 5.
7 An autem † vsusfructus debeatur in rebus venalibus distinguendum est, vt tradit Card. Mant. lib. 9. de coniectur. vlt. volunt. tit. 6. n. 13. & sequen.

Sed pulchra hic exoritur dubitatio, An ille, cui relictus fuit vsusfructus omnium bonorum habeat etiam ius præsentandi, itaut præsentatus ab eo sit præferrendus præsen-
8 tato ab hærede? Et affirmatiuè † concludendum est.
9 Primò, quia iuspatronatus † in alium transit cum vniuersitate etiam sine consensu Episcopi, c. ex litteris, & c. cum secundum de iurepatron. Ergò transit etiam in vsufructuarium omnium bonorum, quia huiusmodi legatum intelligitur vniuersale, l. quoties §. vlt. ff. de vsufr. coniuncta l. cogi in princip. cum l. præcedenti, ff. ad Sen. cons. trebell. & l. vxori meæ, ff. de vsufr. legat.
10 Secundò, quia vsufructu † legato omnis fructus rei ad vsufructuarium pertinet, l. vsufructu legato, ff. de vsufr. Ergò cum in bonis defuncti iuspatronatus cōprehendatur, ius præsentandi magis ad vsufructuarium, quā ad hæ-
11 redem pertinere debet, quia † est fructus ipsius iurispatronatus, Innoc. Butr. Abb. & alij in c. consultationibus de iure patron. glos. vlt. & ibi Doct. in c. cum Bertoldus de re iudic. Rot. decis. 10. de iur. patron. in nouis.
12 Et hanc opinionem, quòd ius † præsentandi magis pertineat ad vsufructuarium omnium bonorum, quàm ad hæredem, & consequenter quòd ab eo præsentatus præferatur, tenuit Rota in vna Alexandrina beneficij 29. Martij 1591. coram Cardin. Mantica, & post longam disputationem tuetur, Lambert. de iure patr. lib. 1. par. 2. qu. 10. princ. art. 3. vbi etiam n. 22. vers. posset etiam dici, cum sequ. refert Antonium Corsetum, qui postea fuit auditor Rotæ, Christoforum Albam primarios Doctores suo tempore legentes in studio Patauino ita consuluisse, & sic iudicatum fuisse.

Neque huic sententiæ obstat d. decis. 10. in fine de iure patron. in nouis; Vbi tenet quod si villa data fuerit in dotem, in qua sit iuspatronatus, & maritus, & vxor concurrant in præsentando, præsentatus ab vxore debeat præferri præsentato à marito, tametsi ipse maritus debeat fructus dotis percipere, c. per vestras de donat. inter vir. & vxor. c. salubriter de vsur l. dotis fructus in princ. ff. de iur. dot.
13 Si quidem, † vt ex uerbo, crederem, euidenter constat, hoc non fuit à Rota decisum, sed dictum à Collectore decisionis, & ita intelligit, Abb. in c. ult. n. 8. in fin. de concess. præben. & quamuis ipse sequatur opinionem collectoris, ea tamen non uidetur tuta, quia repugnant rationes superius descriptæ.

Præterea etiam si collectoris opinio admit-
12 tatur illa tamen sine ueri præiudicio potest habere locum quòad maritum, qui fructus dotis percipit pro sustinendis oneribus matrimonij, c. salubriter de usufr. & l. pro oneribus, C. de iur. dot. Huiusmodi autem fructus præsentationis ad sustinenda onera matrimonij non uidetur pertinere, sed ad honorē, & ideò
14 secundum aliquos † ad maritum non transit, sed debet apud uxorem permanere, ut dicit Ant. de Butr. in d. c. ult. n. 12. & Abb. n. 8. in fine de concess. præben. & Ias. in l. diuortio, §. si uir in fundo, n. 7. ff. sol. matr. Aliud uerò dicēdum est in usufructuario omniū bonorum, quia generaliter omnes fructus ad illū pertinet, nullaque habetur consideratio alicuius oneris.

Imò communis est opinio, quòd iuspatro-
15 natus transeat † in maritum cum uniuersitate data in dotem, ut attestatur Roch. de Curt. de iure patron. in uerbo ipse, uel is à quo, qu. 28. n. 62. ad finē: Et ideò communis etiam in-
16 telligitur opinio, quod † iuspatronatus transeat in usufructuarium omnium bonorum, & ita intelligit, & profitetur Lambert. d. lib. 1. par. 2. q. 10. princip. art. 3. in fine.

Consequenter quæritur, An legato usufructu omniū bonorum debeantur etiam fructus earum rerum, quæ sunt alijs singulariter lega-
17 tæ? Et respondendum est † deberi pro medietate, ut tenuit Rota in una Vrbeuetana fructuum 11. Ianuar. 1602. coram Horatio Card.
* Lancell. mota ex cōmuni * Doctorū opinione in hac materia, secundum quam concurrentibus usufructuario uniuersali omniū bonorum, & legatario bonorū particulariū, ambo cōcurrunt in usufructu, itaut usufructuarius omniū bonorū in rebus alij legatis medietatem usufructus habere debeat, alia uerò medietas, ad lega-

legatarium particularem pertineat, iuxta tex. in l. si alij, & in l. Sempronio, ff. de vsufruct legat. Bart. in d. l. Sempronio, num. 2. & in l. vlt. in fine eod tit. Couar. var. resol. lib. 2. c. 2. num. 7. plures refert Card. Mant. de Coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 6. num. 22. late Rolan. conf. 8. nu. 36. lib. 2. Ant. Gom. tom. 2. var. resol. c. 15. nu. 5. Craff. in §. legatum, quæst. 25. n. 1. multos cumulat Becc. conf. 98. num. 9. Qui omnes dicunt hanc esse * communem opinionem, eamque rationibus comprobant, & respondent ad sententiam Bald. qui contrarium tenuit in l. quoties in fin. C. famil. ercifcun.

18 Regula † enim, quòd generi per speciem derogetur rectè tollitur ab omnibus, cum illa non procedat in his terminis, in quibus genus, & species non concurrunt super eodem iure, sed super diuerso, vt latè deducit Rolan. in alleg. conf. 8. n. 37.

19 Sciendum tamen est, quòd † ex coniecturis ab hac opinione receditur secundum Abb. conf. 4. num. 6. lib. 2. Parif. conf. 97. n. 22. vol. 2. Card. Mant. vbi supra n. 23. in fine, itaut omnes fructus ad vsufructuarium pertineant, vel è contrà omnes habeat legatarius, prout ex coniectaurata mente testatoris colligi poteſt; ſed coniecturæ debent esse sufficientes, & claræ; Ideò secundum Rotam in dicta causa Vrbe-uetana fructuum, non sufficeret, quòd vsufru-

20 ctus † esset legatus vxori dum viueret, & vitam vidualem seruaret, ex quibus verbis resultat legatum annuum, ità vt plenus vsusfructus debeatur, iuxta conf. Parif. 94. lib. 2. quia in casu Parisij Catherina erat instituta in pleno, & integro vsufructu, vt ibi per eum, num. 19. & 27.

Pari ratione non sufficeret, quòd vxor esset

21 relicta † vsufructuaria omnium, & singulorum bonorum, & sic per verba vniuersalia, & importantia totalitatem, quia hæc coniectura tollitur ex ipsamet doctrina Bart. communiter * approbata in d. l. si alij, Vbi loquitur etiã si sit legatus vsusfructus omnium, & singulorum bonorum, & ita declarat procedere Cardin. Mant. loco citato: Nam dicta verba vniuersalia important totalitatem bonorum, non autem totalitatem vsusfructus, nec est bona illatio de vno casu ad alium: Ad hoc enim, vt

22 vsufructuarius consequatur integrum vsumfructum oportet testatorem exprimere totalem, vel integrum vsumfructum, aut sine diminutione, alias concurrit cum legatario particulari, vt per Craff d. q. 25, num. 3. & 4.

Sed quamuis vsufructu omnium bonorum legato totius substantiæ vsusfructus intelliga-

23 tur relictus, non † tamen debetur vsusfructus bonorum fæudalium, de quibus testator non poteſt disponere, c. 1. in princ. de success. fæud. Parif. conf. 98. n. 3. & 4. lib. 2. Neuiz. conf. 9. n. 2. Boer. quæst. 199. n. 4. Paul. de monte Pico in l. Titia §. Titia cum nuberet, nu. 99. de legat. 2.

24 vbi hoc restringit † in fæudo ex pacto, & prouidentia, secus si fæudum sit nouum, & hæreditarium, de quo pater poteſt disponere in præiudicium filiorum, & agnatorum, vt latè per Menoch. conf. 16. col. 3. 4. & 5. lib. 2.

Et quod dictum est de bonis fæudalibus,

25 procedit etiam † in emphyteoticis, quia si cõcessio fit ex pacto, & prouidentia, in eis vsusfructus relinqui, & constitui non poteſt, secus si emphyteusis sit hæreditaria, vt late per Picum in d. §. Titia cum nuberet, n. 101. Parif. d. conf. 98. nu. 8. lib. 2. Tiraq. de retract. consanguin. §. 1. glos. 7. n. 48.

Simili quoque modo vsufructu omnium bo-

26 norum legato, non videtur † legatus vsusfructus eorum bonorum, quæ sunt subiecta fideicommisso, secundum magis veram, & * communem opinionem, quam tenet Parif. d. conf. 98. n. 14. lib. 2. Socin iun. conf. 58. nu. 3. cum sequen. lib. 3. Card. Mant. qui dicit ita obtinuisse, de coniect. vlt. volun. lib. 9. tit. 6. n. 9. cũ seq. & n. 11. in fine, latè Bornin. de vsufr. mulieri relict. n. 48. & esse communem * testatur Craff. de vlt. volunt §. legatum, q. 27. Hanc etiam tenet Cæsal. conf. 516. per tot. lib. 4. quod consiliũ Rota fuit sequuta in vna Bononien. vsusfructus 11 Decembr. 1589. coram Card. Pamphilio. Etenim explorati iuris est, vt in dubio ne-

27 mo censeatur † relinquere quod nõ habet, sed solum ius, quod habet in re relicta, & si habeat, partem cẽsetur relinquere illam partem tantum, l. serui electione, §. seruus, vbi glos. Bart. & alij de leg. 1. Soc. iun. conf. 72. n. 70. lib. 1. Vndè si testator habeat aliquod ius, quod per eius mortẽ sit peremptorum, censetur tantum legasse ius, quod habet, non autem illud, quod cum ipso extinguitur, l. quod in rerũ, §. 1. ff de l. 1. & ibi Bart. quem sequuntur, Alex. Iaf. Zaf. & alij, Bald in l. 1. C. de sacrof. Eccles. Card. Mant. de coniectur. vlt. vol. lib. 9. tit. 1. n. 18. de communi * Soc. Iun. conf. 74. n. 28. lib. 1. & Corn conf. 83 & 165. col. 4. in princ. lib. 2.

Quæ opinio sine scrupulo dubitationis procedit, quandò testator ad bona sua se restrinxit, Rolan. conf. 71. n. 28. lib. 2. & Cæsal. vbi supra n. 17. Neque enim dicuntur bona grauati, quæ fideicommisso subiacent, Crau. conf. 144. col. 1. Et quamquàm viuẽte grauato dominiũ bonorum apud illum resideat, satis tamen est, quòd tẽpore mortis desinant esse sua, quia cũ testamentum conferatur in tempus mortis, c.

28 cum Marthæ, de celebrat miss. verba de † bonis loquentia debent intelligi secundum illud tẽpus, vt per Cæsal d. conf. 516. n. 30. cũ seq. & ante ipsũ Corn. conf. 165. n. 21. lib. 2. quem sequitur Rim. iun conf. 394. n. 5. lib. 4. Qua ra-

29 tione nec † etiam sub institutione vniuersali veniunt bona fideicommisso subiecta, Dec. cõf. 394. n. 1. Parif conf. 7. n. 9. lib. 1. Cæf. conf. 3. nu. 93. & d. conf. 516. n. 13. cum sequ. Et sic cessat coniectura, quæ deducitur ex verbo generali

30 (omnium) quia † verba generalia recipiunt restrictionem secũdum subiectam materiã, Bart. in l. generali, §. vxori, verf. item nota si testator, ff. de vsufr. legat. Capra conf. 45. n. 9.

Limi-

* Limitatur hæc * communis opinio secundùm Alber. in cons.73. vt non habeat locum,
31 quando hæredi † vocato ad fideicommissum modicum præiudicium infertur, vtputà si agatur de vsufructu paucorum annorum, & statim bona ad hæredem reuerti debeant.

Rursus limitatur per Socin. Iun. cons. 68.
32 n.16. lib.4. si testator † dixit de vsufructu omnium, & quorumcumquè bonorum, quia tunc veniunt etiam ea bona, quæ largo modo, & minus propriè comprehenduntur, ad ea, quæ habentur apud Roman. cons. 31. & consuluit Alciat. cons.135. lib.5. & Paul. Leon. cons.13. post num. 12.

33 Tertiò limitatur, quando † fideicommissum pertinet ad hæredem scriptum, quia eorum etiam bonorum, quæ subiecta sunt fideicommisso vsusfructus legatus intelligitur, sicuti respondit Alba cons.73. n.6. & Alciat. d. cons. 135. in 1. art. copiosè Socin. Iun. d. cons. 68. n.12. & 13. lib. 4. & Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt.142. n.2. In hoc etenim casu testator censetur velle grauare hæredem in bonis proprijs, quia, cùm non sit opus, quòd hæres aliquid redimat, cessat illa ratio, quòd non sit verisimile, quòd testator voluerit grauare hæredem ad redimendum rem legatam, iuxtà tradita in l. cùm filius. §. Dominus ff. de leg. 2. & benè declarat Card. Mantic. lib.9. de coniect. tit.1. num.21.

34 Sed illud locum habet † in hærede vniuersali, non autem in legatario, aut in re certa instituto, ità ex facto respondi in casu, in quo testator habens bona sua libera, & alia post eius mortem per fideicommissum restituenda Clementiæ sorori, voluit omnium bonorum hæredes vsufructuarias esse prædictā Clementiam, & Lauram eius vxorem æquis portionibus, donec vixerint, quas etiam in eodem vsufructu inuicem substituerat, durante autem, & extincto dicto vsufructu, hæredem proprietarium in prædictis bonis instituerat nepotem ex fratre; Nam cùm dubitaretur, An dimidia pars vsusfructus eorum bonorum, quæ ratione fideicommissi ad Clementiam spectabant, deberetur vxori; respondi non deberi, quia Clementia erat tantùm instituta in medietate vsusfructus, & sic in re certa, quo casu nō censebatur in bonis proprijs grauata, ex quò non erat propriè hæres, sed legataria, cùm testator haberet hæredem vniuersalem in proprietate, Dec. cons. 279. n.2. & 4. Castren. cons. 294. post. num.3. vers. sed hic aduertendum. lib.2. latè Cesal. cons.37. post num. 13. vers. his præmissis, lib.1.

Nec obstare dicebam, quòd hæres non esset institutus simpliciter, sed in proprietate, quo
35 casu † ipse quoquè videbatur in re certa institutus, & sic tam ipse, quàm Clementia iure accrescendi consequebantur totam hæreditatem, & vterquè dicebatur hæres vniuersalis, l. ex facto 13. §. ff. de hæred. instit. Castr. vbi suprà, & Ruin. cons. 165. n.1. ad fin. lib.3. Siquidem in eo casu constabat testatorem voluisse, quòd solus hæres proprietarius esset hæres vniuersalis. Primò, quia ad vitā tantùm voluit esse hæredes vsufructuarias Clementiā, & Lauram, quas mulieres æquis portionibus ad vsumfructum vocabat: Hæres verò proprietarius fuerat simpliciter institutus: Vnde ex intentione testatoris ipse fuerat hæres vniuersalis, non autem Clementia, & Laura, quæ non
36 potuissent † hæredes vniuersales ad tempus institui, l. hæreditas ex die ff. de hæred. instit. quo argumento in terminis vtitur Dec. cons. 273. n.4. in fine. Secundò, quia testator dictas mulieres in in vsufructu inuicem substituerat, ergò supposuit solum vsumfructum illis reliquisse, & institutum in proprietate esse hæredem vniuersalem, vt arguit, Cesal. d. cons. 37. post nu. 3. Tertiò, quia testator in legato vsusfructus non fuerat vsus verbo, instituo, vt fecerat quando egit de hærede proprietario, & clarum est quòd verbum, instituo, est proprium verbum, quo de vniuersali hæreditate iure directo disponitur, l. 1. & tot. tit. ff. de hæred. instit. Postremò omnem difficultatem tollebant verba illa, quibus testator hæredem proprietarium vocabat, dum illum durante vsufructu, & eo extincto hæredem instituerat; supposuit enim vsumfructum legatum extingui, ergò non intellexit illum cum proprietate aliqua relinquere, cùm alias nisi esset à proprietate separatus, non daretur illius ex-
37 tincto, quia tunc † dicitur extingui, quando à proprietate separatus ad proprietatem reuertitur, & cùm illa consolidatur, §. 3. in fine, & §. fin. Instit. de vsufr.

Vltimò dubitari contingit, An vsufructu omnium bonorum legato eorum etiam bonorū, quæ post testamentum acquisita fuerunt, vsusfructus legatus intelligatur? Et intelligi lega-
38 tum † Bart. existimauit in l. si ità col.2. nu. 41 versic. aut in testamento. ff. de aur. & argent. leg. quam sententiam latè defendit Bero. cons. 44. num.10. lib.2. & quæst.30. num.5. & seq. * & magis * communem dicit Thesaur. Decis. 168. n.1. vers. sed retenta.

39 Contrariam † verò opinionem, quòd in legato ea tantùm bona comprehendantur, quæ fuerunt testatoris tempore testamenti, tenet Crauet. in rubr. de leg. 1. num.92. Socin. Iun. cons.99. per totum lib. 3. qui multos allegat, quæ sententia in dubio mihi magis placet, cùm
40 regulariter traditum sit dispositionem † testatoris intelligi de bonis præsentibus, & non de futuris; d.l. si ita legatum. de aur. & arg. leg. l. vlt. in princ. eod. tit. & tradit Bart. per illum tex. in l. vltima. §. 1. de leg. 2. Quod procedit etiam si testator vsus fuerit verbis vniuersalibus, Fulg. cons.99. n.10. Corn. cons. 14. n.15. lib.1. Alex. cons.171. n.1. & sequen. lib. 6. Paris. cons. 31. n.31. cum sequen. lib. 2. Socin. Iun. dicit cōs.99. Item quāuis nō adiecerit pronomen (mecum) vt post alios quos refert, tradit Couar. in lib. pract. quæst. cap. 3. n.2.

Supra-

Supradicta tamen opinio Bart. absquè du-
41 bitatione locum habet, quando † ex coniectu
ris apparet, quòd testator respexit ad tempus
futurum, nam in ista materia in primis atten-
ditur voluntas testatoris, etiam si aliunde col-
ligitur, Socin. Iun. cons. 98. n. 26. lib. 1. Rolan.
cons. 39. n. 20. lib. 4. Card. Mant. de coniect.
vlt. volunt. lib. 3. tit. 11. n. 23. & latè consuluit
Hieron. Gabr. cons. 119. n. 8. & sequen. Vnde
42 si † legatum sit conceptum verbis vniuersali-
bus, & geminatis, veluti si dictum sit, lego v-
sumfructum omnium, & quorumcunque bo-
norum mobilium, & immobilium, vtiquè com
prehendantur etiam acquisita post testamen-
tum, Rolan. cons. 54. n. 44. lib. 3. Brun. de aug-
men. conclus. 4. limit. 3. Herculan. disputat. 1.
43 col. 21. vers. non obstat. Ex verbis † enim vni-
uersalibus, & geminatis colligitur coniectu-
ra, quòd testator voluerit etiam legare bona
futura, iuxtà cons. Crot. 14. n. 39. Bero. quęst.
59. per tot. Aym. cons. 294. col. 5. vers. si ver-
ba vniuersalia, qui benè loquitur, & latè dis-
currit super istis verbis vniuersalibus gemina-
tis, & de dictione, quæcunquè, quòd compre-
hendat ea, quæ aliàs non comprehenderentur,
plura congerit Tiraq. de retract. lign. §. 1. glos.
7. nu. 20. cum seqn. Et hanc opinionem, quòd
in legato vsufructus omnium, & quorumcun-
què bonorum mobilium, & immobilium, ve-
niant etiam bona acquisita post testamentum,
tenuit Rota in vna Spoletana vsusfructus 20.
Februarij 1585. coram fel. record. Clemente
Papa Octauo tunc Auditore.

44 Altera est coniectura, quando † legatum
usufructus omnium bonorum est factum ual-
dè coniunctæ personæ, nam ueniunt etiam fu-
tura, Bart. in d. l. si ità uers. hæc uera, & in l. si
cognatis. num. 2. uers. dico ergo, & ibi Socin.
n. 26. uers. 2. limitatio, de reb. dub. Ruin. cons.
160. n. 15. lib. 2. Cefal. cons. 144. nu. 28. lib. 1.
Neuixan. cons. 71. n. 5. & 8. Menoch. cons. 141.
n. 24. & 27. etiam alio coniuncto instituto, Me-
noch. d. n. 24. Marsil. sing. 636. Bero. cons. 44.
n. 25. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 216. n. 52. lib. 2.
Simon. de Præt. lib. 4. interpret. fol. 408. nu. 2.
cum sequen.

45 Tertia est coniectura, quando † legatum re
strictum ad bona tempore testamenti redde-
retur inutile: Puta si legatus sit vsufructus om-
nium bonorum mobilium, & testator sit talis
ætatis, vt superuiuere possit per plures annos,
quia cum mobilia, quæ extabant tempore te-
stamenti progressu temporis vsu consumãtur,
consequenter ne legatum efficiatur inutile,
debet intelligi legatus etiam vsusfructus bo-
norum acquirendorum, cùm illa interpreta-
46 tio † sit sumenda, per quam legatum vtilita-
tem afferat, iuxtà tex. in l. quoties, de reb. dub.
l. si quando, in princ. de leg. 1. Alex. cons. 248.
num. 6. lib. 6. & plura congerit Socin. Iun. d.
con. 98. n. 16. & sequ. lib. 1.

Quarta, & vrgens est coniectura, quando
47 testator † aliquem instituit hæredem in omni-
bus bonis mobilibus, & immobilibus: Vsum-
fructum verò bonorum voluit alteri dari pro
medietate; Nam in hoc legato venit etiam
vsusfructus eorum bonorum, quæ testator ac-
quisiuit post testamentum, ea ratione, quia in-
48 stitutio † trahitur etiam ad futura l. 1. §. si ex
fundo, & l. si ita quis, de hæred. instit. Ruin.
cons. 32. n. 8. lib. 2. Vnde cùm testator grauet
statim hæredem vsumfructum bonorum alteri
dare, constat, quòd intellexit de illis bonis, in
quibus illum instituerat hæredem: Sicut igitur
institutio trahitur ad futura, ita etiam gra-
49 uamen trahi debet, cùm † vna pars testamen-
ti aliam declaret, Bart. in l. si legatarius. §. fin.
de leg. 3. Ruin. cons. 109. num. 3. lib. 1. Quod
maximè procedit, quãdo institutio est concep-
ta de bonis præsentibus, & futuris; Quia si te-
stator statim subdat, bonorum verò vsumfru-
ctum pro medietate voluit ab hærede alteri
dari, necessariò intelligit de illis bonis, in qui-
bus eum hæredem instituit, & sic de præsenti-
50 bus, & futuris, propter illam † dictionem, ve-
rò, quæ est aduersatiua, & inducit repetitionẽ
omnium qualitatum expressarum in præceden
ti dispositione, iuxtà doctr. Bald. in l. omnes po
puli, sub n. 21. de iustit. & iure. Alex. in l. si fi-
lius à patre, in princ. sub n. 6. de liber. & po-
sthum. Ruin. cons. 111. n. 6. lib. 3. Socin. Iun.
cons. 83. n. 10. lib. 1. Alex. cons. 134. n. 24. lib. 6.
Et sic perinde habetur, ac si dixisset bonorum
verò præsentium, & futurorum vsumfructum
volo dari Sempronio pro medietate, qui casus
tunc non habet difficultatem: Nam cùm, vt di-
xi, in ista materia sit procedendum ex verisi-
mili mẽte testatoris, & vbi est verisimilis mens
testatoris quòd intellexerit de futuris, veniãt,
Menoch. cons. 142. n. 23. satis redditur ex præ-
dictis verisimilis mens testatoris, cùm vsum-
fructum eorum bonorum in quibus hæredem
vniuersalẽ instituerat, voluit dari Sempronio.

In relaxatione mandati vigore sententiæ, an citatio requiratur, breuiter declaratum. Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

1 Citatio in relaxatione mandati vigore sententiæ requiritur, aliàs executio non valet, maximè si non idem Iudex, qui sententiam protulit eam mandat executioni, sed alius n. 5. vel executio fiat aduersus hæredem condemnati, n. 6.

2 Ampliatur, etiam si adsit res iudicata ob non interpositam appellationem, vel propter desertam appellationem interpositam.

3 Item, quamuis fiat executio super eadem re, super qua fuit iudicatum, & inter easdem partes, inter quas fuit pronunciatum.

4 A communi opinione receditur, quando conuincitur per concludentem rationem.

VAL-

VALDE controuersa est illa quæstio, An in relaxatione mãdati vigore sententiæ requiratur citatio, vt patet ex traditis per Gabr. de citat. conclus. 1. nu. 129. & seqq. & quidem glos. magna in l. 1. prope finem. C. de Iudic. inquit sententiam mandari executioni sine causæ cognitione, manifestè his verbis insinuans, nequè partis citationem requiri: quæ enim causæ cognitionem nullã desiderant sine partis citatione geri possunt, glos. fin. in l. si deserta C. si propter publ. pens.

Verùm æquior, & humànior sententia est
1 quod † requiratur talis citatio, Alex. in l. à Diuo Pio §. in venditione n. 30. & seq. ff. de re iudic. Cassad. decis. 6. n. 2. de caus. possess. & propriet. Et in hac opinione magis incalescunt iura allegata per Alex. vbi suprà, Franc. in c. ex parte nu. 90. de appellat. benè Duen. regul. 92. in 2. ampliat. Et hanc quoquè sententiam aliàs Rota sequuta fuit coram Cardinale Blanchetto in causa Taurinen. Capellaniæ 24. Februarij 1579. & in causa Barchinonen. bonorum coram Cardinale Seraphino 16. Februarij 1587. Fundatur optima ratione, quia ex citatione non grauatur ille, qui petit executionem, & videtur satis cõueniens, quòd alia pars possit deducere suas defensiones, quę ei possunt competere pro impedienda executione.

2 Extenditur hæc sententia, vt † procedat etiam post rem iudicatam ob non interpositam appellationem, vel propter desertam appellationem interpositam, quo casu oportebit semper partem citare, vt videat, an aliquid opponere velit, quarè sententia non sit executioni mandanda, vt probat tex. in l. si contrà maiorem. C. de appellat. vbi dicitur, Iudicem tunc demum mandaturum sententiam suam executioni propter desertam appellationem, quando animaduerterit tempus appellationi præfixum præterlapsum fuisse: Hoc autem animaduertere Iudex non poterit, nisi demùm parte citata, l. fin. C. si per vim, vel alio modo, & ita ex d. tex. notat ibi Bald. & Bart. in l. vnica, n. 9. ff. nil nou. appell. pend. Angel. in l. 1. n. 30. C. de Iudic. Card. in Clement. sicut, q. 2. n. 4. de appellat. Alex. in d. l. à Diuo Pio. §. in venditione n. 32. Dec. cons. 97. n. 2. Afflict. in constit. lib. 2. rub. 17. n. 13.

3 Rursus ampliatur, vt locũ † habeat quamuis fiat executio super eadem re, super qua fuit iudicatum, & inter easdem partes, inter quas fuit pronunciatum, vt fuit tentum per Rotam in vna Romana Sancti Thomæ 17. Decembris 1604. coram Coccino. Nec obstat, quod contraria opinio videatur magis communis, vt per Gabr. d. conclus. 1. n. 131. quia quicquid dicendum sit, hodie stante decisione Rotali, & quòd multi superuenerunt scriptores non mediocris auctoritatis, qui prædictam
4 opinionem sequuti sunt, à † communi opinione receditur, quando conuincitur per concludentem rationem, vt per Felin. in c. 1. nu. 54. de constit. Gabr. cons. 100. num. 45. & sequen. & cons. 101. n. 10. lib. 2.

Præterea hæc opinio, sine vlla dubitatione
5 procedit, quoties † non ipse idem Iudex, qui sententiam protulit, mandat eam executioni, sed eius successor, tunc enim oportebit semper præmittere citationem, per tex. in l. ædictum vers. planè ff. de Iudic. Bald. in l. ordo col. 2. n. 12. vers. nota ex hac lege. C. de execut. rei iudic. Alex. in d. §. in venditione n. 35. de communi. Dec. in cap. ex ratione num. 17. vers. prædicta conclusio de appellat.

6 Idem est, quando fit † executio sententiæ aduersus hæredem condemnati: Nam licèt ius exequendi transeat contra hæredem l. ex contractu ff. de re iudic. l. postulante, vbi Bart. Angel. Imol. & Alex. notant. ff. ad trebell. oportet tamen semper præmittere citationem tãquàm aduersus personam nouam, Angel. post Innoc. in d. l. 1. num. 29. C. de Iudic. & in l. oratione num. 3. ff. de ferijs, Alex. in d. §. in venditione num. 34. Felin. in d. cap. ex ratione n. 10. de appellat. Rolan. cons. 20. n. 15.

Filius in potestate constitutus si instituatur sub conditione casuali, vel mixta, an dicatur præteritus, vel potius reiecta conditione testamentum quòad legitimam sustineatur. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

1 Filius in potestate constitutus si instituatur sub conditione casuali, vel mixta non dicitur præteritus, sed reiecta conditione testamentum quoad legitimam sustinetur secundum veriorem, & magis communem sententiam, & n. 14.

2 Conditio casualis, vel mixta de qua loquitur tex. in l. si pater. C. de instit. & substit. ita dicitur propriè cõditio, sicut conditio potestatiua.

3 Tex. in l. omnimodo C. de inoff. testam. declaratur, & n. 5. & sequen.

4 Testamẽtum dicitur subuerti etiam quando datur de nullitate.

6 Dictio penitus omne etiam minimum excludit.

7 Tex. in l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam. comprehendit illum, cui fuit aliquid relictum quocunque titulo sub conditione.

8 Interpretatio potius a iure antiquo sumenda est, quam à iure nouo, quando ad illud fuit facta reductio per ius nouissimum.

9 Tex. in l. scimus §. cum autem C. de inoff. testam. quomodo sit correctus per authen. ex causa C. de lib. & posthum.

10 In legibus Codicis contrarietas dari non debet.

11 Interpretatio fieri debet, vt leges antiquæ minus quam fieri possit corrigantur.

12 Dies,

12 *Dies incerta, & sic dies mortis instituti, importat conditionem casualem.*
13 *Testamentum hodie valet non obstante conditione, dummodò relinquatur titulo institutionis.*

GRAVIS admodum, & perplexa est disputatio; Nunquid filius in potestate constitutus, qui instituitur sub conditione casuali, vel mixta dicatur præteritus, vel potius relicta conditione testamẽtum sustineatur quoad legitimam? In qua difficultate plurimi Doctores ex professò tenuerunt testamentum non sustineri, vt latè defendit Socin. qui plures rationes adducit in cons. 97. per totum & in cons. 98. in princ. vbi om-
* nes alios enumerat & de * communi testatur lib. 3.
1 Quidquid tamen sit contraria † sententia amplectenda est tanquam verior, & magis cõmunis; Quòd enim sit verior probatur ex eo, quia fundatur in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam. Vbi in distinctè dicitur, quòd de legitima sunt reijciendæ conditiones: Nam
2 conditio † casualis, vel mixta de qua loquitur tex. in l. si pater. C. de institut. & substitut. Ita dicitur propriè conditio, sicut conditiò potestatiua, Imò magis propriè dicitur conditio illa, quæ est casualis; quàm ista potestatiua: Nàm illa nihil ponit in esse culpa, & impedimẽto fortunæ, vel tertij, ista verò propriè nullam moram, vel dilationem sustinet, nisi facto, & culpa nostra, quòd etiam apparet ex illis alijs verbis, ibi, Vel quodcunque onus, &c. quæ verba sunt vniuersalia, & comprehendunt ea omnia, quæ aliàs non comprehenderentur. l. 1. in fin. ff. de his quæ in fraud. credit. Et non est dubium, quòd conditio etiam mixta, vel casualis dicitur grauamen, siuè onus.

Nec aliquid facit, quòd d. l. quoniam in prioribus, debeat intelligi in casibus, in quibus testamentum esset validum, sed filio competeret querela ad illud rescindendum, & sic in conditionibus potestatiuis, secus in illis casibus, in quibus testamentum esset nullum, & filio competeret quærela ad faciendum declarari nullitatem, ex quo venit ad interpretationem, l. omnimodò. C. eod. tit. de inoffic. testam. in qua prætenditur, quòd tractetur tantùm de quærela circà rescissionem testamenti.
3 Quia respondetur, quòd † tex. in d. l. omnimodò loquitur etiam quando testamentum posset dici nullum, & in casu, in quo filius habebatur pro præterito, & hoc colligitur ex illis verbis (in quibus de inofficiosis defunctorum testamentis, vel alio modò subuertendis) quæ verba (vel alio modo subuertendis) debent etiã verificari, quãdo filio in potestate esset aliquid relictum cum grauàmine, vt tũc habeatur pro præterito, quò casu tanquàm præteritus habet potestatem subuertendi testamentum duplici via, vna per contratabulas, alia per ius dicendi testamentum nullum, l. maximum vitium. C. de liber. præterit. Et ita declarant Salic. in d. l. quoniam in prioribus sub n. 5. vers. & ego idẽ sequor, vbi etiam Roder. Suarez in 1. ampliat. sub n. 5. vers. secundùm fundamentum istorum &c. Alex. in d. l. si pater col. 7. circa med. vers. sed contraria opinio.

Nec dicatur, quòd in dicta l. omnimodò præsupponitur testamentum validum, ex quo datur querela ad rescindendum, & subuertendũ, quia respondetur, quòd dicitur etiã testamen-
4 tum † subuerti, quãdo datur de nullitate, prout dicitur in d. l. maximum vitium. C. de Lib. præter. Et tantò magis, quia extant etiam illa alia verba, Vel alio modo, &c. quæ si non comprehẽderent casum nullitatis, essent superflua, prout considerat Imol. in l. fin. n. 13. vers. Item aduertendum ff. de condit. instit.

Nec etiam obstat illa ratio, super qua se fundaut Socin. & alij, qui pro contraria opinione allegantur: Videlicet quod in d. l. omnimodo Imperator expressè dicit, quòd quòad casum præteritionis iura antiqua remaneant intacta & consequenter non posse dici prædictum tex. loqui in casu, in quo filio esset aliquid relictum cum grauamine, & sic quando haberetur pro preterito secundum iura antiqua, qui posset quærelare de nullitate: Quia respódetur, quòd
5 quandò † Imperator dicit, quòd iura antiqua quoad præteritionem remaneant intacta, intelligit quando omninò filius est præteritus, & nihil fuit relictum, secus quandò aliquid fuit relictum, minus legitima, ità tradit, & declarat Imol. in d. l. fin. sub nu. 14. vers. Item non obstat, quòd iura prædicta, &c. ff. de condit. instit. Alex. in d. l. si pater col. 7. circa fin. vers. quia fateor, quòd quando filio nihil omninò relinquitur, & Suarez in d. l. quoniam in prioribus, sub nu. 6. vers. ad tertium, dum dicebatur, &c. Et quòd ita sit, satis clarè mihi videtur hoc posse colligi ex verbis ipsius tex. ibi, dùm Imperator dicit, si verò, vel præterierint, vel exhæredatione, vel alia eorum mentione facta, nihil eis penitus reliquerint, tunc vetera iura locum habere sancimus, &c. Ex quibus verbis apparet Imperatorem velle ea tantùm iura antiqua remanere incorrecta, quæ irritant testamentum eorum, qui vel nullam mentionem fecerint de filijs, vel si aliquam fecerint, nihil eis penitus relinqueunt: Ergò quando de illis fecerunt mentionem, & aliquid reliquerunt cum grauamine, non potest dici, quòd iste casus sit comprehensus sub dicta reseruatione iurium antiquorum.

Quòd probatur etiam ex illa dictione
6 (penitus) cuius † natura est, vt omne etiam minimum, & quomodocunque relictum excludat, glos. in l. si qui aduocatorum. C. de postul.

& in

& in l. 2. C. de conſt. pecun. Alber. in ſuo dictionario in verbo, penitus, cùm alijs, de quibus per Pariſ. conſ. 58. num. 11. lib. 1. & conſequenter iſtud verbum (penitus) non poteſt verificari in eo patre, qui inſtituit filium ſub conditione caſuali, vel non poteſtatiua, quia, & filium nominauit, & illi non modo nihil penitus reliquit, ſed imò inſtituit. Ergo iſte caſus ex diſpoſitione iſtius legis non remanet incorrectus, ſed correctus.

Confirmatur hoc ex illis verbis, de quibus in ipſa l. omnimodò, ibi, Et hæc quidem de ijs perſonis ſtatuimus, quarum mentionem teſtantes fecerint, & aliquam eis quantitatem relinquerint, &c. quæ verba verificātur etiam in inſtitutione facta ſub conditione caſuali.

Præterea, & hoc comprobatur ex his, quæ tradit Grat. in conſ. 112. num. 8. lib. 2. qui
7 probat d. l. quoniam † in prioribus comprehendere illum, cui fuit aliquid relictum quocunquè titulo ſub conditione, cùm tex. loquatur in filijs habentibus emolumentum, in quibus etiam filijs verificantur illa verba, de quibus in eodem textu, ibi, qui ex antiquis legibus de inofficioſo teſtamento, &c. cum de iure antiquo filij, quibus erat aliquid relictū quocunquè titulo ſub conditione, & non iure inſtitutionis, ex quo aliquod emolumentum habebant, non poſſent dici præteriti, ſed quia illud erat conditionale competebat querela; Ergò tanto magis debet comprehēdere illum, qui fuit inſtitutus, quia aliàs eſſet abſurdum, quòd teſtamentū eſſet validum propter emolumentum relictum filio iure legati, & non eſſet validum, ſi fuiſſet relictum iure inſtitutionis.

Nec obſtat ſi dicatur iſtam rationem Grati nil facere pro opinione iſta, ex quo per ius nouiſſimum ſit factus regreſſus ad ius antiquum, per tex. in §. aliud quoquè capitulum, in Authen. vt cùm de appellat. cognoſ. nam ſicut de iure antiquo requirebatur titulus inſtitutionis, ita etiam de iure nouiſſimo; Et ſic, an teſtamentum, in quo filius ſit inſtitutus ſub conditione caſuali ſit nullum,
8 potius eſſe † ſumendam interpretationem à iure antiquo, ad quod fuit facta reductio per ius nouiſſimum, quàm à iure codicis nouo, quod per poſterius ius fuit correctum: Quià reſpondetur quod in dict. §. aliud quoq; capitulum, ſit mentio tantum de titulo inſtitutionis, prout apparet ex eius lectura, meritò in reliquis quoad reiectionem conditionis caſualis, vel mixtæ debet dici, quòd ius priſtinum remaneat intactum, l. ſancimus C. de teſtam. l. præcipimus C. de appellat. Quod eo magis eſt dicendum, quia hoc pacto fauetur teſtamentis, l. ſi pars, ff. de inoffic. teſtam. c. fin. de re iudic. Suarez in d. l. quoniam in prioribus, ampliat. prima paulò ante num. 6. verſ. ſed in re dubia.

Secundò hæc ſententia fundatur in l. ſcimus §. cùm autem, C. de inoffic. teſtam. quæ loquitur de relicto facto filio poſt mortem inſtituti, quæ eſt conditio caſualis, cùm non dependeat à volūtate filij, l. hæres meus, in 2. reſpon. de condit. & demonſtrat. poterat enim filius ante inſtitutum mori, & ſic dies fideicommiſſi non cedere, l. cùm heres ff. quādo dies leg. ced. quo caſu filius remanebat præteritus, l. ita tamen §. qui rogatus ff. ad trebell. & tamen dicit tex. ad litteram, quòd remouetur, & tollitur de medio dicta conditio, quo ad legitimam.

Et ex hoc patet reſponſio ad id, quod quidam dixerunt; quòd hic §. ſit correctus per auth. ex cauſa C. de lib. præter. ſumptam ex dict. §. aliud quoquè Capitulum, in auth. vt cùm de appellat. cognoſc. Quia non eſt ve-
9 rum, nam eſt ſolum † correcta in eo, quod volebat ſufficere relinqui per fideicommiſſum, cum hodie debeat relinqui iure inſtitutionis, ſed non in eo quòd remouet conditionem caſualem, quia ſi hodie inſtituatur filius ſub conditione caſuali, quò ad legitimam reijcitur conditio, & ſic quò ad reiectionem conditionis iſte, §. eſt incorrectus, Imol. in l. ſuus quoquè colum. 3. circa fin. verſ. ſed ille §. cum autem ff. de hæred. inſtit. & ibi Paul. de Caſtr. num. 2. benè Suarez in d. l. quoniam in prioribus, ampliat. 1. num. 4. cum ſeq. qui reſpondet ad omnia, quæ exaduerſo allegantur.

10 Non obſtat, quòd † in legibus Codicis non debet dari contrarietas, l. 1. §. quibus, C de nouo Cod. facien. & in terminis noſtris tenuit Io. Marc. Aquil. in repet. l. cēturio. par. 1. n. 84. de vulg. & pupill. Quia omiſſa iſta regula ita generali dico, quod non eſt contrarietas, ſed ampliatio, & qui ampliat non corrigit, Dec. in l. edita n. 22. C. de eden. Nam vbi in principio illarum legum forſan Imperator loquutus fuerat de conditione non caſuali, lex iſta venit ad ſuppletionem: Et reſponſio, quæ ab aliquibus datur ad dictū §. cum autem, quòd ibi filius erat in alio caſu exhæredatus, eſt diuinatiua, quia tex. ille de hoc nullum verbum facit, ſed ſolum ſe fundat in eo, quòd reijcit conditiones, vt etiam reſpondet Suarez vbi ſuprà. Nec eſt bona reſponſio, quòd diuinatio tollitur, cum d. §. cum autem referat ſe ad d. l. omnimodò & l. quoniam in prioribus, quæ loquuntur de tollendo querelam tantum, quia, vt dixi dictæ leges loquūtur etiam quando teſtamentum poſſet dici nullum, & in caſu in quo filius habetur pro præterito, quod etiam patet ex verbo (inofficioſo) ibi poſito, quod poteſt comprehendere etiam remedium contratabulandi datum præterito, vt per Suarez, vbi ſuprà ſub num. 6.

11 Nec aliquid facit, quòd debeat † ſumi interpretatio, per quam leges antiquæ minus corrigantur, Et ideò quòd cùm in dict. §. cùm autem, de eo tantum quæratur, vtrum fideicommiſſum relictum ab extraneo poſt mortem, debeatur pro aliqua parte purè, præſumendum eſt teſtamentum illud fuiſſe validum, ita vt opus eſſet querela ad reſcindendum: Quia dico, quòd iſtud repugnat verbis dicti

§. cùm autem, nam in dict. §. Imperator vult tollere conditionem respectu legitimæ: Quod enim dubium poterat esse data validitate testamenti, quod reliquum debebatur post mortem? sed quia validitas dependebat ex eo, quòd pro legitima reijceretur conditio, Ideò Imperator ad sustinendum testamentum voluit conditionem reijci à legitima, & in reliquis seruari conditionem.

Nec dicatur dictum §. cùm autem loqui in casu, quo filius sub die incerta ad totum erat vocatus per fideicommissum, & sic ibi non
12 adesse conditionem; Quia respondeo † quòd dies incerta, & sic dies mortis instituti importat conditionem casualem, vt est text. in l. dies incerta, & in l. quibus diebus §. quidam Titio ff. de cond. & demonstr. gloss. fin. circa medium in l. Seius saturninus. ff. ad Tre-
* bellian. * de communi Ias. in l. si cui legetur §. hoc autem, num. 6. de legat. 1. Paris. consil. 82. num. 4. lib. 4.

Nec referebat iure antiquo, an filius in totum, vel pro parte esset hæres institutus sub conditione casuali, quia semper testamentum erat nullum: Venit postea l. quoniam in prioribus, & d. §. cum autem, & substulit quò ad legitimam conditionem, adeo quòd quò ad legitimam relictū remanebat purum: sed quia ista lex contentabatur quocunque relicti titulo superuenit d. §. aliud quoque Capitulum, & voluit requiri titulum institu-
13 tionis, dummodo igitur † titulo institutionis relinquatur testamentum hodie valet, quia reijcitur conditio quò ad legitimam: Et ideo Emanuel Costa in cap. si pater. §. idem filio num. 35. cum sequent. de testam. fatetur hanc
* opinionem *communem, sed difficultatem remanere, an filius sit institutus, vel substitutus, quia si est substitutus remotio conditionis non sufficit, quia semper remanet præteritus à primo gradu, quod etiam dicit Ripa in l. 1. ff. de vulg. & pupill. num. 7.

Ex his igitur apparet hanc opinionem esse verissimam, & probari per leges, quibus nullo modo potest responderi nisi cauillando, vt dicunt Paul. de Castr. & alij infrà allegandi.

14 Eam etiam censeo † esse magis * commu-
* nem, quia Doctores antiqui, qui exaduerso adducuntur non tractant in specie, An dispositio de qua in dict. l. si pater. C. de instit. & substit. sit correcta per d. l. scimus §. cum autem, sed tantùm notant id quod dicitur in d. l. si pater, Nec dicunt, an hodie ita esset obseruandum, & ita loquuntur Odofr. Iacob. Butrig. Cin. n. 8. & Petr. de Bellapertica in d. l. si pater: Et primus ex antiquis, qui non obstante dispositione §. cum autem, quòd etiam hodie sit obseruandam dispositio, l. si Pater, fuit Rayner de Foroliuij respondens ad Bart. qui mutauerat opinionem, ex quo postea melius considerando inuenit tex. pro opinione glos. in d. l. scimus §. cum autem, de inoffic. testam. prout refert Paul. de Castr. in d. l. si pater, n. 8. vers. Bart. dicit se pluries, &c. & hoc quoq; post alios tradit Suarez in d. l. quoniã in prioribus in 1. ampl. sub n. 5. Meritò prædicti Doctores, qui non animaduerterunt ad d. §. cum autem, nec in indiuiduo tractarunt, An hodie sit seruanda dispositio de qua in d. l. si pater, vel sit correcta, non possunt numerari inter alios Doctores tenentes contrariam opinionem.

Præterea etiam cõputatis prædictis Doctoribus pro contraria parte, nihilominus dico,
* quòd opinio nostra est magis *communis, quia illam tenuerunt omnes infrascripti, videlicet.

Glos. in d. l. si pater. C. de instit. & substit.

Ricard. de Malumbr. quē refert Socin. cons. 234. vers. sustineri non potest lib. 2. & referunt quoquè omnes scribentes in d. l. si pater.

Bart. in d. l. si pater sub num. 2.

Paul. de Castr. ibidem sub nu. 8. qui dicit, quod totus mundus sequitur opinionem Bart. tanquàm veriorem.

Corn. ibidem n. 10. & n. 25. vers. ex quibus patet, & cons. 114. col. 1. qui dicit, quod magis cõmuniter obseruatur, & cons. 301. sub nu. 6. lib. 4. qui attestatur de communi opinione.

Alex. ibidem tam in addit. ad Bart. quam in lectura sub n 8. vers. sed contraria opinio.

Ias. n. 19. vers. contrariam opinionem.

Iacob. de S. Georgio sub n. 13. & 14. qui dicit etiam, quòd ita fuit iudicatum per tres sententias.

Ioan. Sicard. ibidem num. 6. vbi attestatur de communi opinione.

Salicet in d. l. quoniam in prioribus sub n. 5. vers. & ego idem sequor, & in d. l. scimus. §. cū autem vers. interim ergo est præteritus.

Ripa in l. 1. num. 7. ff. de vulg. & pupil. qui tenet, quod est correcta quantum ad institutionem, & in respons. 128.

Socin. ibidem sub n. 31. vbi de magis cõmuni attestatur. & in d. cons. 234. col. 1. vol. 2.

Honofr. de Perusio.

Ioannes de Monte Sperello.

Ioannes Bapt. de Sancto Seuerino quos refert Socin. in d. cons. 234.

Guglielm. de Benedict. in c. Raynutius in verb. reliquit num. 28. de testam.

Emanuel Costa in c. si pater de testam. lib. 6. & in l. Gallus §. & quid si tantū fol. 112. quem quoq; refert Michael Crass. in tract. de succes. tam ex testam. in §. testamentum, quæst. 37.

Roder. Suarez in d. l. quoniam in prioribus ampliat. 1. sub n. 5. & præsertim in fine.

Ant. Gomes. tom. 1. variar. resol. c. 11. de succes. contra testam. sub n. 29. vers. hodie tamen talis conditio, &c. vbi attestatur de communi.

Vasq. de succes. creat. lib. 1. §. 10. & in d. l. quoniã in prioribus n. 179. vbi attestatur de cõmuni. & lib. 4. §. 30. par. 2. nu. 117. & de success. progr. & in dict. l. scimus §. cum autem fol. mihi 46. vers. deniquè per hunc tex. Vbi post Ias. attestatur de magis communi.

Couar. in c. si hæredes sub n. 9. vers. sed ipse compertum habeo, de testam.

Guido

Guido Pap. decis. 456.

Bertrand. consil. 171. sub num. 2. in vltima parte lib. 1. vbi attestatur, quod ista hodie est communis,* & quòd ab ea, nec in indicando, nec in consulendo esset tutum recedere, & cõs fil. 135. in princ. par. 2. lib. 2.

Crat. cons. 112. num. 4. lib. 2. qui de communi opinione attestatur.

Curt. Iun. cons. 148. num. 9. lib. 2. qui de communi attestatur.

Villalob. comm. opin. in verbo filius n. 120.

Petr. Io. Anchar. quæst. 47. n. 5. cum seqq.

Iul. Clar. in §. testamentum. quæst. 39. ad fin. qui dicit hanc esse magis communem, & veriorem, & dicit quoquè, quòd plures Illustres Doctores attestantur hanc opinionem communiter in practica obseruari.

Card. Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 18. num. 14. alias fol. mihi 306.

March. Ant. Cuccus in tract. de legitima fol. mihi 114. vers. sed contrarium tenuerunt.

Gabr. cons. 131. num. 14. vbi etiam attestatur de communi lib. 1.

Michael Cras. in d. tract. de success. tàm ex testamen. in §. testamentum, quæst. 37. versic. contrariam verò partem.

Tyber. Decian, cons. 50. lib. 2.

Et sic apparet pro hac opinione esse 33. Doctores, inter quos extant 11. qui attestantur de communi, vel magis communi, nec computo Bald. in cons. 84. in princip. lib. 4. nec Angel. cons. 97. colum. 2. ex quo alibi tenuerunt contrarium.

Pro parte verò contraria extant Doctores antiqui ante Bartol. & aliqui alij Doctores vsquè ad tempus Socini, quos omnes enumerat ipse Socin. in consum. 98. in princ. lib. 3. Nempe Azo. Iacob. de Aret. Iacob. de Rauen. Petr. de Bellapert. Guliel. de Cun. Rayn. de Foroliuij, Rodulf. Cin. Odofr. Bald. Angel. Benedict. de Plumb. Fulgos. Cuman. Franc. de Rampon. Bellamer. Ant. de Butr. & ipse Socin. in d. cons. 98. inter quos non est computãdus Baldus, quia tenuit contrarium in d. consil. 84. nec etiam Angel. qui etiam tenuit contrarium in d. cons. 97. nec Socin. qui tenuit contrarium tàm in cõsilijs, quàm in lecturis, & Bellamer. decis. 26. quia imò Rota contrarium tenuit vbi supra, & ipse Bellamer. inclinat pro hac opinione tanquàm æquiore, & in fine relinquit electionem lectori, & sic demptis istis essent tantum quatuordecim.

Post verò Socin. nullus ferè sequutus est hanc opinionem nisi Dec. Duaren. Modern. Aquilan. Rnin. Gualden. Simon de Prætis, nec inter istos potest numerari Alciat. in rubric. de vulg. & pupill. num. 11. quia loquitur in longè diuersis terminis à casu nostro, nempè quando filius esset substitutus sub conditione, An hodie posset sustineri tanquàm esset institutus in primo gradu, in quo negatiuè tenuerunt Costa, & Ripa in locis supra allegatis. Nos verò sumus in institutione facta sub conditione, quæ dicitur facta in primo gradu. Et sic cùm opinio contraria habeat solum 30. Doctores, inter quos, vt dixi, antiqui non essent numerandi, quia non animaduerterunt ad d. §. cùm autem; Et opinio nostra habeat 33. Doctores, clarè apparet, quòd hæc opinio est magis* communis: Vnde secundum eam debet iudicari, quia est etiam æquior, cum per eam consulatur filio, & testamento, vt per Bellam. vbi suprà, item quia communiter vbiquè obseruatur, & practicatur, vt dicit Clar. d. quæst. 39. ad finem, & eam amplexa fuit Rota in vna Rauennaten. hæreditatis 30. Maij 1586. coram Cardinale Seraphino.

An sub vulgari substitutione contenta in compendiosa restricta ad bona testatoris tacita pupillaris contineatur. Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio vulgaris operatur, vt succedatur testatori, non autem pupillo nec comprehenditur sub compendiosa, nisi quando verba, & mens etiam vulgari conueniunt.*

2 *Contenta in compendiosa restricta ad bona testatoris non continet tacitã pupillarem, per quam substitutus possit consequi bona pupilli.*

3 *Substitutio pupillaris tacita sub vulgari etiam expressa verbis specialibus non cõtinetur, quando apparet testatorem nolle pupillariter substitu re, etiam si tacitè, vel per coniecturas id percipiatur.*

4 *Substitutio restricta ad bona testatoris euidentem coniecturam facit, quòd testator voluit facere fideicommissariam substitutionem, non autem pupillarem, etiam si filius moriatur in pupillari ætate.*

5 *Substitutio compendiosa restricta ad bona testatoris operatur, vt censeatur facta substitutio in re certa.*

6 *Facta per verbum commune sine mentione pupillaris ætatis est fideicommissaria, nec potest esse directa.*

7 *Substitutio pupillaris tacita quomodo contineatur sub vulgari per interpretationem legis.*

8 *Non suppletur contra mentem testatoris etiam tacitam, & præsumptam.*

9 *Suppletur à lege, quando in eum casum, quo filius in pupillari ætate decederet substitutionem non fecit, secus si fecit fideicommissariam.*

10 *Substitutio directa in eundem casum reddit fideicommissariam superfluam & ei aduersatur.*

11 *Sustitutio pupillaris cum fideicommissaria concurrere non potest.*

12 *Substitutio exemplaris tacita continetur sub vulgari.*

13 *In substitutione compendiosa verbo communi facta, & restricta ad bona testatoris non conti-*

netur exemplaris.
14 *Bald. in l. precibus num. 41. C. de impub. & alijs subst. reprobatur.*
15 *Socin. Iun. & Eman. Costæ opinio refellitur.*
16 *Sub vulgari substitutione contenta in compendiosa comprehenditur pupillaris omninò tacita à lege præsumpta.*
17 *Lex superflua remedia non inducit.*
18 *Expressum semper facit cessare tacitum, quando tacitum est superfluum.*

EST etiam egregia illa
quæstio, An sub vulga
ri substitutione con-
tenta in compendio-
sa restricta ad bona
testatoris contineatur
tacita pupillaris? Et
non contineri est re-
soluendum: Nam
1 quamuis † sub com-
pendiosa comprehendatur vulgaris, quando
verba, & mens etiam vulgari conueniunt, per
per quam succeditur testatori in bonis suis nõ
autem in bonis pupilli l. cohæredi. §. cum fi-
* liæ, de vulgar. Bar. & *communiter Doct. in l.
Cẽturio, vbi post alios Ripa n. 46. ff. eod. Corn.
cons. 297. col. 2. lib. 1. Bald. cons. 270. col. fin.
2 lib. 5. tamen † sub illa vulgari non contine-
tur tacita pupillaris, per quam substitutus cõ-
sequi possit bona pupilli; Quoniam si propter
illam restrictionem excluditur pupillaris, quæ
(restrictione circumscripta) fuisset genera-
* liter expressa secundum * communem, & re-
ceptam Doctorum sententiam, quam tenent
Bald. in l. precibus, num 44. vers. præterea at-
tende, & ibi Salic. col. pen. n. 26. C. de impub.
Ripa in dict. l. centurio num. 120. de vulgar.
Alex. cons. 162. col. fin. lib. 2. cum alijs alle-
gatis per Card. Mant. de coniectur. lib. 5. tit.
7. num. 12. & lib. 7. tit. 3. nu. 18. multò magis
excluditur omninò tacita, sicuti est illa, quæ
continetur sub vulgari, vt in terminis ait Dec.
in l. in testamento C. de testamen. milit. col.
5. in princip. & clarissimè Sforz. Odd. de com-
pendiosa fol. 38. à tergo versic. respondeo
quòd, &c.

3 Etenim receptissimum est, si quo † modo ap
pareat testatorem noluisse pupillariter substi-
tuere, etiamsi tacitè, vel per cõiecturas id per-
cipiatur, tacitam pupillarem sub vulgari e-
tiam expressa verbis specialibus non contine-
ri l. quamuis. C. de impub. & alijs substit.
Marian. Iun. cons. 103. num. 44. lib. 1. Quòd
4 verò ex † restrictione substitutionis ad bona
testatoris euidens coniectura colligatur etiam
si filius moriatur in pupillari ætate faciendi
fideicommissariam substitutionem non autem
pupillarem trad. Corn. cons. 322. nu. 9. lib. 3.
Dec. cons. 371. in fine, Paris. cons. 73. num. 54.
lib. 2. cum alijs allegatis per modernos Aqui-
lan. in d. l. centurio nu. 174. de vulgar. Card.
Mant. de coniect. lib. 5. tit. 7. n. 17. Qui dicunt
adeò claram, & vehementem esse præsumptio-
nem, quæ capitur ex restrictione testatoris ad
bona propria, vt necesse sit liquido apparere
de contraria voluntate, ita vt vix alia interpre
tatio admitti possit. Si igitur ex hac coniectu-
ra percipitur sufficienter noluisse testatorem
disponere de rebus pupilli, qui proprius est ef-
fectus pupillaris, sequitur necessariò, vt resistẽ-
te mente testatoris non possit sub vulgari in
eadem substitutione compendiosa contineri
tacita pupillaris l. iam hoc iure, in fine, de
vulg. & pupillar.

Et quidem si ad hunc effectum illa coniectu
ra sufficit, quòd substitutio facta sit personis
imparibus, quo casu natura pupillaris non re-
pugnat, multò magis sufficere debet coniectu-
ra sumpta ex restrictione ad bona testatoris,
quæ immediatè ex pupillari, & secundum eius
naturam capi non possunt; Vnde necessariò in-
fertur voluntas pupillariter non substituendi,
vt declarat Ripa, in d. l. centurio n. 100. & an-
te n. 106. vers. tertiò facit, vbi post Salicet. in
d. l. precibus ait, impossibile esse, vt substitutio
restricta ad bona testatoris contineat pupilla-
rem, vt patet ex not. à Corn. cons. 95. n. 13. lib.
2. Dec. cons. 371. n. 4. qui ait ex hac restrictio-
ne constare apertè, quòd noluit disponere de
bonis pupilli, quod illa etiam ratione suade-
tur, quia nisi hæc restrictio id operaretur esset
prorsus superflua ad l. si quando de leg. 1. ope-
5 ratur autem † restrictio, vt censeatur substi-
tutio facta in re certa Alex. in l. 1. de vulg.
6 n. 9. quæ cum † sit per verbum commune sine
mentione pupillaris ætatis est fideicommissa-
ria, nec potest esse directa, vt notant omnes in
d. l. cohæredi. §. fin. de vulg. Et consequen-
quenter ita substituendo manifestè ostendit
nolle se pupillariter substituere, aut de bonis
pupilli aliquo modo disponere.

Nec dici potest testatorem omisisse dispo-
nere de bonis pupilli eorumquè dispositionem
reliquisse dispositioni iuris; Nam si non ex ver
bis saltem ex mente, & ratione collecta ab ex-
pressis dum substitutionem restrinxit ad bona
sua, sufficienter expressit se excludere bona
pupilli l. maritus, cum simil. C. de procurat.
Et hæc expressio est æquipollẽs verbali expres
sioni. Bart. in l. Prætor ait col. 1. de nou. oper.
nunc. Tametsi ad hunc effectum sufficiat ta-
cita voluntas, & coniectura, vt dictum fuit,
quæ coniectura hoc casu propter naturam
limitationis est violenta Ripa in d. l. centu-
rio ad num. 106. Corn. cons. 95. numer. 13.
cum alijs præmisis.

7 Nec refert, quòd † tacita pupillaris conti-
neatur sub vulgari per interpretationem le-
gis etiam contra verba testatoris d. l. iam
hoc iure, Bald. cons. 170. num. 5. lib. 5. Quia
verum quidem est casum pupillaris suppleri
per legem, & substitutionem ad illam exten-
di non ex mente testatoris, quæ colligi possit
ex verbis, vel ex dispositione ipsius; Verum
etiam est mentem præsumi à lege ipsa prop-
ter

ter dispositam, siquidem considerata substitutione vulgari specialiter, vel generaliter expressa propter hanc dispositionem præsumit lex, quod si testator cogitasset de substitutione pupillari, vel putasset eum casum euenturum in illum etiam substituisset, vt optimè declarat Caccialup. in d. l. precibus, num. 10.
8 Ideoquè contra † mentem testatoris etiam tacitam, & præsumptam lex tacitam pupillarem non supplet d. l. iam hoc iure, in fine, & d. l. quamuis, Rursum nihil hoc refert, quia
9 pupillarem † supplet lex, quando in eum casum, quo filius in pupillari ætate decederet, substitutionem non fecit; Sed quando in eum casum etiam mortis, scilicet in pupillari ætate substitutionem fideicommissariā fecit, lex non supplet tacitam pupillarem, quia induceret in eundem casum substitutionem diuersam, &
10 contrariam, quia directa † substitutio in eundem casum reddit fideicommissariam superfluam, & ei aduersatur Bald. conf. 20. col. 2. vers. 4. ratio, lib. 3. Vnde licèt testator in casu, quo filius moreretur in pupillari ætate ei substituat per fideicommissum, impossibile est, vt lex supplere possit tacitam pupillarem, ca-
11 su quo filius moreretur impubes, quia † pupillaris, cum fideicommissaria concurrere non potest, optimè Ruin. conf. 103. num. 27. lib. 2. Card. Mant. de coniect. lib. 5. tit. 14. num. 24. & tit. 16. num. 12. 16. & 23. & latè Moder. de Aquilan. in d. l. centurio n. 41. in 3. parte.

Sanè quod dicitur de pupillari procedit etiam in exemplari l. humanitatis, vbi omnes C. de impub. & alijs substit. Anchar. consil. 8. col. 2. Alex. conf. 25. in fine lib. 1. Idcircò ta-
12 cita † etiam exemplaris continetur sub vulgari, Bart. in l. ex facto, de vulg. num. 23. Salicet. in d. l. precibus nu. 39. Sicuti igitur quando compendiosa restricta est ad bona testatoris, sub illa non continetur exemplaris, quia non potest concurrere cum fideicommissaria, Dec. conf. 371. num. 3. & col. fin. in princ. Ruin. d. conf. 103. Marian. Inn. conf. 103. num. 47. & 48. lib. 1. qui post Anchar. d. conf. 8. colum. 2.
13 cōcludunt in substitutione † compendiosa verbo communi facta, & restricta ad bona testatoris non contineri exemplarem, quia continetur fideicommissaria, ita etiam dicendum est de pupillari. Vnde quemadmodum huiusmodi restrictio excludit pupillarem, quæ (illa restrictione circumscripta) esset generaliter expressa, ita, & multo magis excludit omnino tacitam, quæ est minoris potentiæ Doct. in l. cum quid ff. si cert. petat. vbi Ias. nu. 17. Alex. conf. 59. num. 10. lib. 3. Authen. multo magis C. de Sacrosanct. Eccles. Dec. in d. l. in testamento col. 5. in princ. Absurdum enim esset substitutum, qui per restrictionem substitutionis ad bona testatoris, non potest succedere per pupillarem generaliter expressam admitti ad eadem bona per pupillarem omnino tacitam ad cap. cum quid de reg. iur. in 6. nec est verisimile testatorem voluisse capi bona pupilli per omnino tacitam, quæ noluit capi per expressam.

14 Non obstat † dictum Bald. in d. l. precibus num. 41. quem similiter refert Corn. col. 13. num. 22. in fine; Quia Baldus non loquitur de compendiosa restricta ad bona testatoris; Et quia, si licèt mihi sentētiam meam liberè proferre illud dictum, quod Baldus magis disputando, quàm docendo, aut decidendo non ita consideratè protulit, sustineri nequit, & est contra mentem omnium Doctorum atiquorum, qui illo tempore * communiter affirmabant, substitutionem compēdiosam verbo communi factam sine distinctione temporum esse omni tempore fideicommissariam, nec continere pupillarem: Nam si verum esset, quod disputādo asserit Baldus, quòd si non contineretur pupillaris generaliter expressa, tamen contineretur pupillaris tacita sub vulgari in eadem compendiosa contenta, Quæstio illa per tot annos agitata, & acerrimè disputata fuisset frustatoria, & inanis; Effectus enim disputationis ille erat, vt sciretur, Vtrum si filius moreretur in pupillari ætate consequi posset eo modo substitutus bona pupilli, & directo succedere, quod non posse Doct. cum Glos. in d. l. precibus etiam tempore Bart. & Bald. communiter* asserebāt, pro qua opinione respondit Bart. conf. 241. in princip. concludens non posse succedi impuberi, nisi per fideicommissum, & sic præsupponit sub vulgari in eiusmodi compendiosa contenta pupillarem non contineri, quod etiam alij omnes censuerunt asserentes esse huiusmodi substitutionem omni tempore fideicommissariam, quæ concursum tacitæ pupillaris non admittit, vt dictum fuit: Et hanc opinionem, quod sit omni tempore fideicōmissaria, sequutus est etiam Bald. dicens se semper ita consuluisse conf. 350. lib. 4. & alibi sæpe, & firmauit Rota in eadem Firmana bonorum 5. Nouembris 1584. coram Bubalo.

15 Ex his puto † opinionem Socin. Iun. conf. 121. n. 32. lib. 1. & Emanuelis Costæ in cap. si pater de testam. in 6. par. 3. in verbo, de filio ad filium n. 13. & 14. veram non esse, & in casu nostro pupillarem tacitam sub vulgari contenta in compendiosa non contineri, & illis casibus, quibus sub compendiosa non continetur pupillaris, vt generaliter expressa, nunquam locum esse posse pupillari omnino tacitæ veluti scripsit etiam Odd. de compend. par. 4. in fine fol. 38. & par. 5. quæst. 2. fol. 81. vers. sed ego, vbi reprobat. Socin. d. conf. 121. & Costam. Imò arbitror ego constitui posse hanc
16 conclusionem, quod † nunquàm sub vulgari contenta in compendiosa comprehēdatur pupillaris omnino tacita à lege præsumpta per rationem assignatam à Socin. in d. l. centurio n. 273. & Rip. num. 147. Siquidem si compendiosa ita concepta est, vt contineat pupillarem generaliter expressam, cessat causa, cur lex sub vulgari illam subintelligat, quia esset

17 superflua, & lex † superflua remedia non introducit ad l. 1. §. si vir, de acquir. possess. Ias. in l. qui bis idem in 2. not. n. 9. de verb. oblig. Et nihil interest, vtrum dispositio sit expressa, vel generalis, aut minus tacita, vel minus specialis Dec. in l. in toto iure de reg. iur. col. 1.
18 expressum † verò semper facit cessare tacitum si tacitum esset superfluum Aret. in l. 3. de legat. 1. col. 4. in princip. Sin verò compendiosa ita concepta sit, vt pupillaris generaliter expressa contineri non possit, tunc minus contineri potest, tanquàm omnino tacita sub vulgari, vt declaratum fuit. Illa enim ratione qua excluditur expressa eadēmet excluditur omnino tacita, vt per Odd. vbi supra.

An mater possit dicere testamentum nullum ex proposita facti specie discutitur. Cap. XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Vocatus in euentum, quòd præcedens conditioni non pareat dicitur vulgariter substitutus, & per vulgarem admittitur.*
2 *Substitutio vulgaris fit etiam per verba directa.*
3 *Plures si vocentur sub contrarijs conditionibus quilibet eorum dicitur institutus, & primum locum obtinet prout conditio portabit.*
4 *Conditio quòad legitimam reijcitur, siue sit potestatiua siue casualis, vel mixta. & n. 6.*
5 *Opinio Bald. in cons. 84. lib. 4. approbatur à Rota.*
7 *Mater ne possit testamentum nullum dicere, sufficit quòd in eo gradu, in quo testamentum valet, sit instituta, & non præterita.*
8 *Agnati si sunt instituti, & substitutus filius, primus gradus corruit, & incipit valere testamentum à secundo gradu.*
9 *Lex. 2. C. de instit. & substit. declaratur.*
10 *Institutiones plures æquè principaliter fieri possunt sub contraria conditione.*
11 *Hæres semel, nō potest desinere esse hæres directo.*
12 *Cephal. cons. 452. n. 21. lib. 3. declaratur.*

TESTATOR vniuersales hæredes instituit filios masculos non solum legitimos, sed etiam bastardos, si qui ex eo procrearentur, & si sine filijs decederet, instituit hæredem eius vxorem seruando vitam castā, & vidualem, & si cōtrariū faceret, & nuberet, eo casu hæredem instituit eius matrē. Obijt deinde testator sine filijs: Quæritur, An mater posit dicere testamentum nullum?

Pro parte affirmatiua facit, quia cum tempore testamenti testator nullos filios haberet, mater, quæ primum locum obtinebat, erat de iure in primo gradu instituenda, & tamen ex tenore testamenti apparet, quòd in primo gradu instituti sunt filij nascituri non solum legitimi, sed etiam bastardi, in secundo vero vxor, & in tertio mater, si vxor vitam castam, & vidualem non seruaret, quo casu mater dicitur substituta, & non instituta, siquidem
1 vocatus † in euentum, quòd præcedens conditioni non pareat, dicitur ei vulgariter substitutus, & per vulgarem admittitur, l. 2. C. de instit. & substit. Bart. in l. 1. de vulg. & pupill. num. 54. Alexan. num. 29. Ripa n. 221.
2 Et cum † vulgaris fiat etiam per verba directa, Instit. de vulg. & pupill. in princip. l. 1. & 2. §. sed si quis ita ff. eodem, illud verbum instituo non arguit institutionem, sed substitutionem factam vxori in euentum, quòd conditioni non pareret; mens enim testatoris videtur fuisse, non, vt concurrerent vxor, & mater, vt cohæredes, sed succederet mater post vxorem, si conditioni non pareret, iuxtà l. verbis Ciuilibus, de vulg. & pupill. cum ibi not. & pro hac opinione facit in terminis decisio Bald. cons. 504. lib. 5. quam refert, & sequitur Ripa in d. l. 1. num. 7. de vulg. Item facit consilium Cephal. 450. n. 21. lib. 3.

Sed istis non obstantibus, Ego in contrariam sententiam procliuior sum, quòd imò testamentum non possit dici nullum; Nam
3 quando † aliqui vocantur sub contrarijs conditionibus, quilibet eorum dicitur institutus, & primum locum obtinet, prout conditio ipsa portabit, Aret. post. Fabr. instit. de vulgar. & pupill. in princ. num. 4. vbi Viglius,
* n. 6. attestatur * de communi, quorum doctrinam approbauit Rota in vna Rauennaten. hæreditatis 24. Nouembris 1582. coram Cardinale Seraphino. Vnde enim vxor sit instituta faciendo vitam vidualem, & in casu contrarij sit instituta mater, non potest negari, quòd mater dicatur instituta cum vxore in eodem gradu, quo casu testamentum non dicitur nullum defectu præteritionis matris, quia quo-
4 ad ipsam † conditio habetur pro non apposita respectu legitimæ, & est, ac si purè fuisset instituta, l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam. l. scimus §. cum autem eod. tit. & clarè determinat Bald. cons. 84. lib. 4. Guido Pap. decis. 456. & Bertran. cons. 135. lib. 2. par. 2. Et licèt Bald. d. cons. 504. lib. 5. quem refert Ripa vbi suprà contrarium teneat, tamen ad
5 sustinendum testamentum verior est † opinio Bald. in dict. consil. 84. quam etiam approbauit Rota in eadem causa Rauennaten. die 14. Martij 1582. Nam quicquid sit in personis, quæ non sunt necessariò instituendæ in primo gradu, in quibus posset cadere talis difficultas propter conditionem, tamen in per-
6 sonis à quibus reijcitur conditio, semper † institutio quoad legitimam remanet pura, siue conditio sit potestatiua, siue casualis, vel mixtā, vt per Bart. in l. si pater num. 2. C. de

instit.

instit.& substit. vbi Paul. de Castr.nu.8.dicit, quòd totus mundus sequitur opinionem Bart.vt testamentum sustineatur, & hanc opi-
* nionem magis * communiter obseruari attestatur Corn. consf.114. in princ. lib.4. Iaf. in d.l.si pater num. 19. vers. contrariam opinionem,Socin.in l.1.sub n.31. de vulg.vbi de magis communi,Grat. consf.112.n.4. lib.2. Curt. Iun.consf.148. num.9. lib.2. Ant.Gom. tom.1. var.resolut.cap.11. num.29.vers.hodie tamen, Clar. in §.testamentum, quæst.39.ad finem,
* qui dicit hanc opinionem magis * cõmunem, & veriorem, Card.Mantic.de coniect. vlt.volunt.lib.11.tit.18.num.14.

Non obstat, quòd in primo gradu instituti sint filij nasciturі, quia primus gradus fuit factus caducus, ex quo nulli filij nati sunt, & sic testamentum incipit valere à secundo gradu, in quo per contrariam conditionem ma-
7 ter dicitur hæres instituta; sufficit † enim quod ab eo gradu,in quo testamentum valet, mater sit instituta, & non præterita, l.si filiusfamilias, de hæred. instit. l. ex facto,§. huius de vulg. & pupil. l.3.§.fin. de lib.& posthum. Cum enim mater non esset necessariò instituenda cùm filijs nasciturіs,sufficit,quòd fuerit instituta in gradu, in quo præterita rumperet testamentum, qui est quandò non nascuntur filij legitimi, sicut videmus in l. Gallus,§.idem credendum, ff. de lib. & posthum. Vbi sufficit instituere nepotem si filius moriatur, qui succedit ex institutione,cùm succedat antequàm alteri sit delata hæreditas, quia tunc potest esse iure directo remota conditione;secus si non esset vocatus per verba institutionem importantia, quia tunc etiam remota conditione,non esset institutus,sed substitutus.

Etsi dicatur, quòd sunt instituti etiam bastardi antè matrem, dico quòd si nati fuissent etiam de iure antiquo valuisset testamentum, quia ille gradus fuisset peremptus, & cœpisset valere à secundo, in quo mater est instituta, quòd esse potest, etiam secundum leges antiquas, vt in iuribus præallegatis; Et hoc est quod voluit Alex. in l.si pater, num. 4. ff. de
8 vulg.vbi erant † instituti agnati,& substitutus filius,vultque,quòd primus gradus corruat,& incipiat valere testamentum à secundo gradu, quod etiam dicit idem Alex. in l. inter cætera in fine,ff.de lib.& posthu. & sequitur, Iaf. in authen. nouissima, nu.6.C.de inoff.testam. Et licèt Ripa in d.l. 1. num. 7. & alij improbent Alex. tamen improbant, quia in casu suo variatur modus succedendi,quia vbi erat substitutus, vult quòd sit institutus simul cùm primis institutis,quòd fieri non potest,Oldr.consf. 171. num. 12. Sed in casu nostro non agitur, quòd substitutio fiat institutio, nec quòd mater concurrat cùm bastardis in primo gradu institutis, sed quòd deficiat primus gradus tanquàm bastardi nati non sint, & incipiat secundus gradus tenere primum locum, in quo mater reperitur instituta,& in priori gradu non reperitur aliquis, qui præteriri non posset, vt post alios benè declarat Emanuel Costa in c.si pater, §.eidem filio nu. 39. vers. ego tamen de testam.lib.6. qui declarat optimè hanc materiam: Nec hic variatur modus succedendi, quia mater non est substituta, sed instituta,quia verba ergà matrem sunt directa,Videlicet,Instituò hæredem, Vndè licèt sit instituta sub contraria conditione, si non nascentur, tamen quòad legitimam hæc conditio reijcitur,vt dixi,& sic non obstat dictum Ripæ de quo supra.

Non etiam obstat,l.2.C.de instit. & substit.
9 Quia ibi si † hæres non pareret cõditioni erat alter substitutus, & non institutus, ex quo onus erat adiectum hæredi post aditam hæreditatem,quo casu non potest esse nisi per viam substitutionis: Et licèt vulgaris etiam possit fieri per verba directa, tamen hoc non tollit,
10 quòd plures institutiones † æquè principaliter fieri non possint sub contraria conditione, & tamen sint institutiones, & non substitutiones.

Est igitur differentia, an aliquis sit institutus, vel substitutus postquàm alter fuit hæres, nam isto casu, siuè testator vtatur verbis dire-ctis,siuè alijs, semper est substitutus alter po-
11 steà vocatus,cùm semel hæres † non possit desinere directò esse hæres, & iste non est casus noster.

12 Nihil etiam facit † consf. Cesal.450. nu.2 t. lib 3. quia in causa illa de Borgogninis constabat de intentione testatoris,quòd si filij nascebantur deberent directò esse hæredes, & ideò illa verba (& donec nascantur) de necessitate erant improprianda ex l. si ità scriptum, de hæred. instit. Quia si Nappus interim,quòd filij nascerentur fuisset hæres, si filij postea nati fuissent, non potuissent esse hæredes directò,sed solùm per fideicommissum, vt fuit etiam dictum per Rotam in eadem causa coram Cardinale Seraphino de anno 1585.sed si viuente Cæsare de Nappis fuisset purificata conditio,quod filij non nascerentur,puta quia fuisset mortua mulier, ex qua debebant nasci Cæsar, & illi de Borgogninis fuissent hæredes directò,tanquàm caducato primo gradu institutionis, sub cuius contraria conditione ipsi erant instituti. Sed in casu nostro,conditio, si testator morietur sinè filijs fuit purificata per mortem testatoris, quia tunc constitit istum decessisse sine filijs, ideò statim factus est locus institutioni de matre,& vxore factæ, si moreretur sine filijs: Et sic concludo testamentum non posse dici nullum.

An valeat legitimatio non facta mentione filiorum legitimorum. Cap.XXXV.

SVMMARIVM.

1 In legitimatione non requiritur citatio filiorum legitimorum.

Non

2 *Non est facienda mentio filiæ legitimæ, quando illius non interest, quòd fiat legitimatio, vel ne, quod declara, vt infra, num. 7.*

3 *Filia exclusa à statuto, & testamento propter dotem, non habet beneficium contrà testamentum, nec etiam quoad supplementum legitimæ.*

4 *Clausula, quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon legibus Imperialibus, statutis qualitercunque roboratis, cæterisque contrarijs non obstantibus, &c. in legitimatione apposita, quid operetur, & n. 10.*

5 *Legitimatio non valet ex defectu voluntatis Papæ, si pater, qui fecit legitimare filium, non narrauit quòd habebat filiam, seu alium filium legitimum, & naturalem.*

6 *Valet sine citatione, quando est facta mentio filiorum legitimorum.*

8 *Filia dotata à Patre non potest venire contrà testamentum Patris, sed debet esse contenta dote sibi relicta à Patre, iuxta formam statuti, dummodò pater testetur in fauorem filiorum, & descendentium, qui alias sint capaces, secus si sint incapaces.*

9 *Rescriptum gratiosum subreptitium est semper nullum.*

10 *Clausulæ generales nihil operantur in ignoratis, vel in his, quæ sunt facti.*

11 *Legitimatio non facta mentione de filijs legitimis, & naturalibus, non valet etiamsi adsit derogatoria, & clausula non obstantibus, &c. & quàmuis Papa legitimaret nomine proprio, & de plenitudine potestatis.*

PATER non facta mentione, quòd habebat filiam legitimam, & naturalem obtinuit à Papa legitimari, & habilitari eius filium spurium ad omnia iura, & bona paterna, tàm ex testamento, quàm ab intestato perinde ac si ex legitimo matrimonio natus esset, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis quibuscunque, legibus Imperialibus, & statutis municipalibus, cæterisque contrarijs, auctoritate apostolica, de speciali dono, & gratia, &c. Postea is pater decessit instituto hærede dicto filio legitimato, & relicta tantùm dote ipse filiæ legitimæ, & naturali, quæ propterea dicit debere admitti ad totam hæreditatem allegando dictam legitimationem non facta mentione de ipsa, non suffragari. Quæritur quid iuris?

Pro validitate legitimationis adducitur, quòd fuit obtenta ad instantiam Patris, qui vti Dominus bonorum suorum poterat de illis ad libitum disponere, & ideò non videbatur necessaria mentio, nec citatio dictæ filiæ legitimæ, postquam non poterat impedire voluntatem patris petentis legitimari filios; Præsertim quia legitimatio est donum patris,

1 & gratia Principis, in qua † non requiritur ci-
tatio filiorum legitimorum, Feder. de Sen. cōs.
57. Bald. cons. 105. primo videndum est, lib. 5.
& cons. 56. lib. 2. Ias. cons. 110. col. 3. vers. mo-
ueor in primis, lib. 4. Bart. & Paul. de Castr. in
l. Gallus, §. & quid si tantum, col. pen. vers. sed
aduerte, de lib. & posthum. Alex. cons. 2. n. 15.
lib. 1. Tiraquel. in l. si vnquam in verbo, susce-
perit liberos, nu. 65. & 76. Gabr. de citat. concl.
1. n. 135. qui alios citat. Et hanc partem quòd
non requiratur citatio, tenuit Rota apud Ac-
chil. decis. 2. qui fil. sint legit.
Quod non videbatur habere difficultatem
in hac facti specie propter statutum excludens
filias dotatas à successione intestati, & contrà
testamentum Patris, quo casu filiæ non intere-
rat fieri legitimationem, vel ne; Et conse-
2 quenter de illa † mentio non videbatur faciē-
da, Castren. cons. 27. n. 1. & sequen. lib. 2. Ias.
cons. 68. col. 6. vers. 6. principaliter lib. 3. Ruin.
cons. 68. n. 3. vers. præterea, & cons. 93. n. 7. 8. &
3 12. lib. 3. Quando enim † filia est exclusa a
statuto, & testamēto propter dotem, tunc non
habet beneficium contrà testamentum, nec
etiam quòad supplementum legitimæ, Bald. in
authen. res quæ, n. 16. C. com. de legat. Ruin.
cons. 56. n. 3. lib. 3. Dec. cons. 505. n. 6. vsque ad
finem, Aym. cons. 12. n. 15. Rol. cons. 95. n. 18.
lib. 3. Menoch. de arbitr. iud. cas. 142. n. 2.
Præterea hæc legitimatio videbatur suffra-
gari, quia fuit facta à Papa cùm clausula (qui-
busuis cōstitutionibus, & ordinationibus Apo
stolicis, necnon legibus Imperialibus, statutis
qualitercunque roboratis, cæterisq. contra-
4 rijs non obstantibus) quæ † clausula sic conce-
pta sufficit ad derogationem contrarium di-
sponentium, cum sit apta omnia comprehen-
dere, quæ in contrarium possent opponi & in
specie, & in genere, Adeò quòd legitimatio
non facta speciali mentione de filia suffraga-
tur, vt tradit Ias. d. cons. 68. col. 5. vers. 3. mo-
ueor cum seq. in 3. 4. & 5. fundamento lib. 3.
& cons. 110. col. 4. vers. præterea lib. 4. Alex.
cons. 187. num. 14. & 15. & nu. 18. lib. 5. Rolan.
cons. 61. num. 57. & 58. lib. 1.
Sed istis non obstantibus est resoluendum,
5 legitimationem esse nullam † ex defectu vo-
luntatis Papæ, quia non fuit ei narratum,
quòd Pater, qui fecit filium legitimare habe-
ret filiam legitimam, & naturalem, quo ca-
* su communis * est Doctorum conclusio, quòd
non valeat legitimatio, Iacob. de Beluis in §.
& quoniam, in authen. quib. mod. nat. effic. sui
Paul. de Castr. in l. Gallus, §. & quid si tantum,
in fine, de lib. & posthum. vbi Ias. n. 85. Socin.
col. fin. vers. 2. conclusio, & cons. 65. n. 10. lib. 3.
Roman. cons. 292. Alex. cons. 25. & cons. 66.
lib. 1. Corn. cōs. 93. n. 21. lib. 2. Paris. cōs. 3. n. 15.
lib. 2. Rolan. cons. 89. nu. 32. lib. 1. Couar. Epit.
par. 2. cap. 8. §. 9. n. 7. & lib. 2. var. resol. cap. 20.
in fine Decian. cons. 40. num. 48. lib. 3. Siluester
Aldobran. inter cons. Crotti cons. 422. nu. 37.
cum plurib. sequen. quod etiam est positum in-

ter

ter conf.Riminal.fen. conf. 717. cùm alijs per Gabr. de legitimat.conclnf.7. in princ. Et hæc
* opinio nedùm eſt communis, * ſed etiã veriſſima,quicquid dixerint Feder.de ſen. Bald. Iaſ. & Ruin. in conſilijs ſupra allegatis; Et ſupradicti Doctores loquuntur non ſolum quando Pater habet filium, ſed etiam ſi habeat filiam, & hanc opinionem tenuit Rota apud Peregr. deciſ.91. lib.2. licèt in eo caſu in quo facta fit
6 mentio filiorum legitimorum teneat † non requiri illorum citationem, vt per Put. deciſ.89. lib.2.& in his terminis procedit deciſ. Acchil. de qua ſupra; Et ratio eſt,quia tunc legitimatio poteſt fieri eis inuitis, ſecus verò ſi de illis non fuit facta mentio, quia hoc caſu non præſumitur,quòd Papa vellit illis præiudicare, & conſequenter legitimatio eſt nulla ex defectu voluntatis, vt fatetur idem Ruin.conſ.199.nu. 57.lib.2.& conſ.28.col.4.lib.5.

Non obſtat, quòd valeat legitimatio non facta mentione de filia, quando per hoc ei non præiudicatur, vt per Iaſ. & Ruin. in locis ſupra citatis; Quia reſpondetur,quòd quamuis hæc limitatio ſit vera, & eam ſequnta fuerit Rota in vna Romana de Buſſeido de anno 1567. coram Robuſterio;Non tamen applicatur caſui noſtro;quia poſſet procedere,quãdo
7 † filia fuiſſet omninò inhabilis ad ſuccedendum,prout in fæudo loquitur, Ruin. conſ. 36. num.4.lib.1. vel quando extitiſſent filij legitimi,& naturales, à quibus etiam nõ ſubſequuta legitimatione filij illegitimi fuiſſet excluſa,quaſi tunc non intereſſet ipſius filiæ fieri legitimationem, vel ne, in quibus terminis loquitur Paul. de Caſtr.d.conſ.27.lib.2. Sed hic filia patri ſucceſſiſſet ſi non fuiſſet facta legitimatio,cùm non extarent filij legitimi,& naturales; Et ideò cùm ratio præiudicij ipſius filiæ,propter quam de ea fieri debeat mentio locum habeat, debet etiam locum habere eadem diſpoſitio, vt benè conſiderat, Gabr. d. concluſ.7.n.23.& ſeq. Et hanc opinionem amplexa fuit Rota in vna Sabinen. Caſtrorum, 1.Aprilis 1588. coram Bubalo, Vbi in ſpecie fuit reprobatum d. conſ.Iaſ.68. & conſ. Ruin.
8 93. lib. 3. Et quamuis filia † dotata à Patre non poſſit venire contra teſtamentum patris, ſed debeat eſſe contenta dote ſibi relicta à patre iuxtà formam ſtatuti, tamen hoc ſtatutum procedit, vbi Pater teſtatur in fauorem filiorum, vel deſcendentium,qui aliàs ſunt capaces,vt per Natt.de ſtat.exclud. fæm.q.4.nu. 14. & firmauit Rota in cauſa Romana de Lante 11.Maij 1676. coram fel. record. Clemente Papa viij. tunc Auditore, & in illa de Alterijs coram bo. me. Epiſcopo Lauretano: Secus verò ſi filij ſint incapaces,vt in caſu noſtro, vbi teſtamentum patris excludens filiam non poteſt ſeruire ad validandam legitimationem ante obtentam,quæ fuerat ab initio ipſo iure nulla, cum non poſſit pater diſpenſationem nullam per ſuum teſtamentum validari,& præiudicare filijs legitimis, & naturalibus, quia hoc modo faceret nouam legitimationem à ſe ipſo ſine Principe,vt per Socin. in ſubſcriptione ad conſ.Ruin.71.lib.3.nu.28. & pluribus ſequen. & facit Caſſad.deciſ.3. & 4.de perſ.ſuper regul.

Non obſtat Ruin.d.conſ.93. n.3. & d.conſ. 93.nu.7.volens quòd etiam non facta mentione legitimorum, legitimatio valeat, licèt per eam non fiat præiudicium legitimis, quem ſequitur Gabr. d. concluſ.7. nu. 28. Quia vltrà quòd hæc opinio nobis non præiudicat,cùm ſatis ſit, quòd non fiat præiudicium filiæ legitimæ, & ſic quòd non excludatur à ſucceſſione;dico, quòd Ruin. fuit reprobatus à Rota
* in dictis conſ.Nã cum ſit * communis concluſio, quòd legitimatio non facta mentione le-
9 gitimorum ſit ſubreptitia, reſcriptum † gratioſum ſubreptitium eſt ſemper nullum, Aym. conſ. 68. num.3. Et quod nullum eſt nullum producit effectum, ex regula communi. Et in omnem euentum Ruin. poſſet ſaluari ſolùm in duobus caſibus. Primò quando non eſſet facta mentio agnati tranſuerſalis ex allegatis per Gabr. d. concluſ. 7. num. 14. & tenuit Rota in cauſa Bononien. de Borgogninis corã Robuſterio.Secundò, quòd legitimatio valeat quoad remotionem infamiæ, & quoad honores, ſecus quoad ſucceſſionem,vt per Tiraqu. de reuocand.donat.in verbo,donatione largitus, num.316. & ſequen. & fuit reſolutum in illa Portuen. bonorum de Columna 27. Nouembris 1577.coram Cardinale Seraphino, & latè fuit etiam idem tentum coram Robuſterio in illa Romana de Peruſchis, 13. Ianuarij, & 29. Februarij 1580.

Nec refragatur generalis derogatio legum, & ſtatutorum, quam in ſimili legitimatione tenuit obſtare,Iaſ.d.conſ.68.lib.3.n.16.Quia
10 ſimiles † clauſulæ generales nihil operantur in ignoratis,vel in his,quæ ſunt facti, quæ Papa præſumitur ignorare, vt per Gabr. d.con-
11 cluſ.7.n.17.Et quòd † in legitimatione,etiam ſi adſit derogatio, & clauſula non obſtan.&c. debeat fieri mentio de filio legitimo, & naturali tradit Curt.ſen.conſ.19.n.7.Quod procedit etiam ſi Papa legitimaret nomine proprio, & de plenitudine poteſtatis, Butr.in c.per venerabilem, col.13.qui fil.ſint legit. Pariſ.conſ. 3.nu.16.lib.2.Aldobrandin. inter conſ.Rimin. ſen.conſ.717. num.3. & tenent ferè omnes ſupracitati.

Petitorium, quandò ſuſpendi poſſit paucis declaratum. Cap. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Petitorium ſuſpendi poteſt vbicunquè agitur remedio poſſeſſorio.*
2 *Poteſt ſuſpendi tam in iudicio reintegranda, quàm adipiſcenda.*

Suſpen-

3 *Suspensio petitorij operatur, quòd Iudicis ligatæ sint manus, itaut in illo pronunciandi facultatem non habeat.*

4 *Petitorio suspenso omnes probationes ad discolorandum titulum tendentes reiectæ censentur.*

5 *Petitorij suspensio pluries fieri potest, & pluries quoque ab ea recedi.*

6 *Potest fieri nedum in prima instantia, sed etiam in secunda, & tertia.*

7 *Item tam in causa profana, quàm in beneficiali.*

8 *Petitorio suspenso probationes concernentes ipsum petitorium non præiudicant suspensioni, quando sunt factæ ad iustificandum possessorium.*

9 *Petitorij suspensio habet vim protestationis, vt quidquid fit in causa, fiat solum ad effectum possessorij.*

10 *Fieri potest, quamuis pars consenserit super petitorio cognosci.*

11 *Operatur dummodò fiat antè conclusionem in causa in vltima instantia, quæ est conclusio totius causæ, & non alias.*

12 *Declara, nisi Iudex, qui de causa cognoscit aliud ex iusta causa viderit expedire, tunc enim etiam post conclusum in causa suspensio petitorij admittitur.*

13 *Petitorij suspensio non admittitur, quando calumniosè fuit petita.*

14 *Item non admittitur in secunda instantia, quando in prima quis obtinuit sententiam fauorabilem in petitorio.*

15 *Petitorium trahit ad se possessorium.*

16 *Suspensioni petitorij non est locus in secunda instantia, quando sententia lata in prima in ipso petitorio ad fauorem actoris habuit suum plenarium effectum, veluti si transiuit in rem iudicatam, secus si sententia non habuit effectũ, nec in rem iudicatam transiuerit.*

17 *Sententiæ effectus per appellationem suspenditur.*

18 *Petitorij suspensio tertio venienti ad causam non nocet, dummodo ius tertij sit separatum à iure suspendentis.*

19 *Non habet locum, quando periculum esset in mora, & sine scandalo suspensio fieri non posset.*

20 *Item non habet locum in iudicijs possessorijs sui natura mixtis.*

21 *Item, nec admittitur, quando actor qui prius intentauerat petitorium, petijt illud suspendi, & de possessorio cognosci.*

22 *Allegans contraria repellitur.*

23 *Petitorij, & possessorij cumulatio non habet locum, quando vtraque pars proponit remedium possessorium retinendæ.*

* RECEPTA est apud * omnes, &
vera conclusio, quòd quando pro-
ponitur remedium possessorium.
1 tunc possit † petitorium ipsum su-
spendi, c. Pastoralis vbi Abb. nu. 2.
Imol. nu. 6. & omnes Doctores de
caus. possess. & propriet. Rota in nou. decis. 5.
nu. 3. eod. tit. & fuit dictum in vna Bononien.
bonorum coram Oradino relata à Caputaqu.
decis. 70. in manuscript. In qua Domini consti-
2 tuerunt regulam, quòd tam † in iudicio rein-
tegrandæ, quàm adipiscendæ, potest petito-
rium suspendi, per d. c. Pastoralis, & Gozad.
cons. 10. n. 22. 34. 35. & 38. Et huiusmodi su-
3 spensio operatur, quòd † Iudicis ligatæ sint
manus, itaut in petitorio, & illum concernen-
tibus pronunciandi facultatem non habeat,
d. c. Pastoralis, de caus. possess. & propr. Clem.
vnica, eod. tit. Socin. in l. rem quæ nobis, q. 9. n.
19. vers. secunda ratio, ff. de acquiren. possess.
Rota decis. 19. num. 2. de restit. spoliat. in nou.
4 Ideò omnes † probationes ad discolorandum
titulum tendentes reiectæ censentur, Put. de-
cis. 76. lib. 2. Caputaq. decis. 322. par. 2.
5 Item † suspensio petitorij pluries fieri po-
test, & pluries quoque ab ea recedi, Rota de-
cis. 8. de caus. possess. & propriet. in nouis, & te-
nent Ant. de Butr. & Abb. in d. c. Pastoralis, Pe-
regr. decis. 76. alias 54. Incipien. fuit resolutum
in vna Bononien. lib. 1. & decis. 9. lib. 2. Paris.
cons. 70. num. 9. lib. 3. Gozad. d. cons. 10. n. 22.
6 vers. imò pluries potest suspendi, Et potest † fie-
ri nedum in prima instantia, sed etiam in se-
cunda & tertia, quod tradunt Doct. in d. Cle-
men. vnica, & tenuit Rota in d. decis. 8. vers. in
tantùm Capic. decis. 30. n. 6. Caputaqu. decis.
323. incip. petitoriũ, par. 2. per tex. in d. Clem.
7 vnica; Nec est habenda ratio, an † causa sit
profana, vel beneficialis, nam in vtraque pro-
cedit d. conclusio, vt constat ex allegatis de-
cisionibus, & ex Parisio, & Gozadino, qui lo-
quuntur in causis profanis.
8 Præterea licèt appareant † factæ probatio-
nes concernentes petitorium, nihilominus il-
læ non præiudicant suspensioni, quandò sunt
factæ ad iustificandum possessorium, Ant. de
Butr. in c. 1. de sequestr. possess. & fruct. Gozad.
d. cons. 10. nu. 34. quod in dubio præsumitur,
9 quia † suspensio petitorij habet vim protesta-
tionis, vt quicquid fit in causa fiat solum ad
effectum possessorij, vt per Pontan. de spol.
c. 9. par. 2. num. 96. vers. omnis tamen suspen-
dendi potestas.
10 Similiter huiusmodi † suspensio fieri potest
quamuis pars consenserit super petitorio co-
gnosci, Gozad. d. cons. 10. nu. 21. Rota diuers.
decis. 9. num. 1. par. 3. lib. 2. Et si commissio di-
cat, vt procedatur tam in petitorio, quàm in
possessorio, adhuc poterit non solum semel, sed
etiam pluries in eadem instantia petitorium
suspendi, veluti si post primam suspensionem
pars denuò passa sit super petitorio cognosci,
Gozad. d. cons. 10. n. 34. vers. 3. Mil. in repert.
vers. possessorium cum petitorio, Rota diuers.
d. decis. 9. n. 1. par. 3. lib. 2.
Declaratur autem supradicta regula, vt
11 procedat † dummodò suspensio petitorij fiat
antè conclusionem in causa in vltima instan-
tia, quæ est conclusio totius causæ, aliàs secus,
Rota d. decis. 8. vers. ante tamen conclusionẽ,

de

de cauf.posseff.& proprietat. in non.Gozad.d.
12 conf.10.num.20. & 22. Nisi † Iudex, qui de causa cognoscit, aliud ex iusta causa viderit expedire, quia tunc etiam post conclusum in causa, suspensio petitorij admittitur, per tex.in d.c. Pastoralis, & declarant ibi Doct. & Pontan.de spol.par.2.c.6. n.48. vers. hæc namque suspensio.

Secundò declaratur, vt suspensio petitorij
13 non sit admittenda, quandò † petitur calumniosè, veluti si constaret de bono iure illins contra quem peteretur suspensio, vt tradit Pontan.in d.tract.de spolio d.par.2. c.6.n.45. Rota diuerf. d. decif.9. antè finem, & decif. 1118.n.1.lib.3.par.3.Mohed. decif.198. alias, 14.de restit.spoliat. & probatur in d.c. Pastoralis, vbi Abb.n.35.vers.nam duæ rationes, de cauf.posseff. & propriet.
14 Tertiò declaratur, quandò † quis in prima instantia obtinuit sententiam fauorabilem in petitorio, quia tunc in alia instantia non est lo-
15 cus suspensioni, cum petitorium † trahat ad se possessorium, c.cùm dilectus, de cauf.posseff. & propriet. Rota d.decif.8. eod. tit. in nouis, vers.quod perditur priuilegium.
16 Sed hoc intelligitur quandò † sententia lata in petitorio ad fauorem actoris habuit suum plenarium effectum, veluti si ab ea non fuit appellatum, & transiuit in rem iudicatam, vt intelligit Rota in d.decif.8. in illis verbis, quia verum est si ille actus haberet, siue habuisset suum effectum. Item in illis, quia tunc petitorium, &c. secus si sententia non habuit effectum, nec transiuit in rem iudicatam, quia tunc petitorium poterit suspendi, licèt super eo fuerit pronunciatû, ità tenuit Rota in vna Palentina decimarum, 5.Iunij & 8.Nouembris 1589.coram Penia. Et ratio est, quia per ap-
17 pellationem † effectus sententiæ suspenditur, c.venientes, de iur.iuran.l.vnica, §.integrè, ff. nihil innou.appell.pend.& causa reducitur ad eumdem statum, in quo erat in prima instantia, l. ita demùm vbi Bart. in princ. Bald. & alij, C.de procur.Roman.conf.381.nu.2.Aym. conf.220.num.6. Capel.Tolof.quæst.280.n.1.
18 Quartò declaratur, nam † suspensio petitorij non obstat tertio venienti ad causam, Ant. de Butr.in c.in litteris, nu.23. Abb.nu.33. de rest.spoliat.Pont. d.c.6.nu.53. lib.2. Rota decif.3.de cauf.poss.& propriet.in nouis. Dummodò secundum Butr. ius tertij sit separatum à iure suspendentis, & licèt Abb. vbi supra, num.33.vers.sed aduerte, & in c.veniens il secundo nu.7. vers. quod autem de testib. contrarium teneat, quem sequitur Felin. ibi n.12. tamen ego à sententia Butrij non recedo, in quam procliuior etiam est Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, n.80.vers.quid dicendum, ff.de acquir. posseff. quem videas, nam ibi distinguendo conciliat istas opiniones.
19 Quintò declaratur, quandò † esset periculum in mora, & sine scandalo suspensio petitorij fieri non posset, quia tunc non admittetur, Butr.in c.ex parte, n. 33. de restit. spol. Gozad.d.conf.10.num. 9.& 42.in fine, cum alijs allegatis per Gabr. de restit. spol. concl. 1. num. 148.
20 Sextò declaratur, vt suspensio † non sit admittenda in iudicijs possessorijs natura mixtis, qui diffiniri nequeant sine ipsius petitorij cognitione, Aegid. in d.c.pastoralis in quinta quæst. princip.Rub. Alex.conf.167. num.2. Contard.de moment.posseff. limit.2.§.8. n.9. Pont.d.cap.6.n.51. vers.licèt posset. Veluti si ageretur interdicto aquæ ducendæ, glof. in l. 3.§.quædam, verf. priuatio, ff.de interdict. Vel ageretur in possessorio in causa matrimoniali, Caffad.decif.4. num.3. verf.& ita, vt lit. pend.In his enim, & similibus casibus, cùm possessio habeat annexam causam proprietatis, suspensio petitorij non admittitur, Vitalin. in d.clem.vnica nu.52. de cauf.posseff. & propriet.Ripa de* communi in d.l.naturaliter, §. nihil commune, num.154.de acquiren. posseff. Socin.Iun.conf.182. num.10.lib.2. Grat.conf. 139.num.12.lib.1.
21 Septimò declaratur, vt non procedat, quandò † actor, qui prius intentauerat petitorium, petijt illud suspendi, & de possessorio cognosci. Hoc enim ipso, quòd ad petitorium confugit fassus est aduersarium possidere c. examinata, de Iudic. Quò fit, vt si ad suspendendum petitorium admitteretur sibi futurus sit contrarius, Ideoque tanquàm contraria
22 † allegans est repellendus, Bart. in d.§. nihil commune num.10.Alex.num.20. Cyn.in l ordinarij, num.5.C.de re iudic. Diuersum esset, si vtraque pars proponeret remedium possessorium retinendæ, & vnaquæque instaret pro suspensione petitorij: tunc enim non ex regula suspensionis, sed ex natura iudicij, cessaret
23 † cumulatio possessorij, & petitorij, tum ratione ordinis, tum etiam ratione repugnantiæ, Bart.in d.§.nihil commune, n.29.Ripa n.168. Abb. in d. c. Pastoralis sub num.16. cum alijs per Menoch.de retin.posseff.remed.3.n.548.

Creditor simul & hæres defuncti, an & quando deducat suum creditum ex bonis hæreditarijs, & quo tempore talis deductio facta intelligatur eleganter explicatum. Cap. XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, & hæres defuncti adeundo hæreditatem cum beneficio inuentarij, potest deducere suum creditum etiam sine facto Iudicis, nisi vellet aliquam rem particularem sibi appropriare pro suo credito, vel alias vti beneficio separationis, quia tunc seruanda est forma l. à Diuo Pio, § super rebus ff.de iudic. & num.3.*

2 *Inuentarium operatur, vt actiones, quæ cōpetunt hæredi in effectu non confundantur, & n.12.*

4 Cre-

4 *Creditor simul, & hæres defuncti, potest deducere suum creditum etiam non confecto inuentario, dummodo non fuerit simpliciter institutus, sed grauatus restituere.*

5 *Hæres grauatus restituere hæreditatem, quam minuit æs alienum dicitur integrè restituere, etiam quòd deducat debitum hæreditatis.*

6 *De hæreditate non dicitur nisi quod superest deducto ære alieno.*

7 *Deductio crediti, quæ fit ab hærede creditore censetur facta de tempore aditionis hæreditatis, non autem de tempore restitutionis fideicommissi, & num. 15.*

8 *Creditor hæres defuncti si ab initio non deducit suum creditum amittit illius fructus, & eos tenetur in trebellianicam imputare.*

9 *Hæres grauatus in restitutione fideicommissi potest retinere suum creditum.*

10 *Creditor hæres grauatus restituere, si nullum patiatur damnum, censetur de suo credito sibi satisfecisse de tempore restitutionis hæreditatis.*

11 *Actio, & passio in eodem subiecto esse non possunt quòad actionem personalem, secus quòad hypothecariam.*

13 *Additio hæreditatis, quandò habeat vim solutionis, & quando non, & nu. 14.*

* ILLVD quoquè apud omnes* est absolutum,
quòd creditor, qui est
hæres sui debitoris cū
beneficio inuentarij,
1 potest † sibi de suo
credito satisfacere;
Quia adeundo hæreditatem cùm dicto beneficio constituitur in eodem statu, in quo futurus esset, si non adiuisset hæreditatem, & facit censeri iacentem ipsam hæreditatem, vt not. Bald. in l. fin. §. in computatione, num. 3. & Iaf. num. 4. C. de iure deliber. Quo casu potest
2 deducere suum creditum, quia † beneficium inuentarij operatur, vt actiones, quæ competunt hæredi in effectu non confundantur, idem Bald. in l. irritum, C. ad leg. falcid. & in l. si vxor, num. 2. C. de bon. auct. Iud. possid. Roman. cons. 276. num. 2. Iaf. in l. more, nu. 53. de acquir hæred. Et ad hunc effectum non requi-
3 ritur † aliquod factum Iudicis, nisi hæres velit aliquam rem particularem hæreditatis sibi appropriare pro suo credito, vel aliàs vti beneficio separationis, vt loquitur Bald. in l. debitori, C. de pact. num. 1. Nam hoc in casu seruanda est forma, l. à Diuo Pio §. super rebus, ff. de iudic. sicuti declarauit Rota in causa
☞ Romana fideicommissi de Goris, 27. Nouembris 1591. coram Cardinale Serafino.
4 Quinimò prædicta locum habent, † quamuis hæres non confecerit inuentarium, dummodò tamen non fuerit simpliciter institutus, sed grauatus restituere; Quia hæres etiam non confecto inuentario, quando est grauatus fideicommisso, non amittit suum creditum, sed
5 illud deducere potest, cùm hæres † grauatus restituere hæreditatem, quam minuit æs alienum, dicatur integrè restituere, etiam quòd deducat debitum hæreditatis, quia non dici-
6 tur esse de hæreditate, nisi † quod superest deducto ære alieno, Bald. in d. l. debitori, n. 4. C. de pact. & ibi Dec. n. 4. Angel. cons. 64. in fine, Paul. de Castr. in l. ità tamen, §. si ex trebelliano num. 2. ad trebel. & cons. 77. col. 1. lib. 2. Ruin. cons. 112. n. 19. & cons. 115. nu. 13. lib. 2. Rolan. cons. 65. n. 13. lib. 2. cum alijs cumulatis per Decian. cons. 85. num. 2. lib. 2. & per Rolan. de inuent. car. 198. & sequen.

Et istæ quidem conclusiones sunt veræ, &
* tenentur * communiter à Doctoribus; Difficultas est, quando hæres grauatus sibi non satisfecit de suo credito implorando officium Iudicis, quo casu licèt omnes conueniant creditum deduci posse, nihilominus controuertunt, An talis deductio ab hærede facta censeatur tempore additionis hæreditatis, an verò tempore restitutionis fideicommissi: Sed verius est
7 hanc † deductionem censeri factam de tempore additionis hæreditatis; ne aliàs creditor
8 damnum patiatur, quia si non sibi † satisfaciat ab initio amittit fructus sui crediti, & illos tenetur in trebellianicam imputare; Vndè ne amittat fructus, necesse est inducere solutionem ex ipsa additione hæreditatis, vt benè in his terminis tradit, Paul. de Castr. in l. peculium, in princip. ff de pecul. & licèt Docto-
9 res dicant, quod hæres † grauatus in restitutione fideicommissi possit retinere suum creditum, Bald. in d. l. debitori, num. 4. Dec. nu. 3. Curt. iun. n. 3. Paul. de Castr. in l. ab omnibus, §. fin. de leg. 1. Aym. cons. 144. num. 5. non tamen infertur, quòd antea non sit facta solutio, cum tẽpore restitutionis possit retineri quod antea fuit solutum; Et sic Doctores non excludunt retentionem, quæ fit per fictam solutionem, per quam extinguitur obligatio quotiescunquè creditor adeundo hæreditatem debitoris ex confusione damnum pateretur, iuxtà l. stichum, aut Pamphilum, §. additio, ff. de solut. per quem tex. optima ratione Bart.
* Paul. de Castr. Imol. & cæteri * communiter ibi, & Marian. cons. 170. nu. 5. lib. 2. iuxtà mentem Papiniani distinguunt, An hæres ex dilatione solutionis pateretur damnum, aut contrà non pateretur, Quia si damnum pateretur volunt quòd censeatur sibi soluisse statim hæreditate
10 adita; si autem damnum † non pateretur dicunt deductionem crediti factam censeri de tempore restitutionis hæreditatis.

Ex quo benè tollitur illa ratio, quòd hæres sine beneficio inuentarij, non possit sibi sol-
11 uere, cùm actio, † & passio in eodem subiecto esse non possint; Quia vltrà quòd hæc ratio non est generalis, cùm procedat tantùm in actione personali, non autem in hypothecaria, vt notant Doctores in d. l. debitori in princip. vbi Castr. num. 2. & benè declarat idem Castren. in l. cum quis, §. fin. de solut. Neguf. de pignor.

pignor in 1. membro 5. part. princip. num.
53. dico, quòd si est verum, prout ex prædi-
ctis verum esse constat, quòd vbi hæres pati-
tur damnum ex confusione, tunc admittitur
ista ficta solutio, vtiquè fatendum est, quòd
tempore aditionis, & sic eodem instanti, quo
creditor efficitur debitor per quamdam fi-
ctionem separetur creditum suum ab hæredi-
tate, vt adenndo tantò minus consequatur
ex hæreditate, quantùm importat suum cre-
ditum; Etenim quemadmodum in l. fin. C. de
iure deliber. introductum fuit, vt confecto in-
12 uentario † per hæredem actiones non confun-
derentur, sed quòd hæres fungeretur vice
duarum personarum, vt per Bald. in d. l. fin.
§. in computatione nu. 3. & 4. Purpurat. in
d. l. debitori nu. 32. C. de pact. Itá quoquè
iura antiqua, vbicunquè suberat æquitas, in-
troduxerunt hanc fictionem, & voluerunt,
13 quòd ipsa aditio † haberet vim solutionis, vt
est tex. clarus in d. l. Stichum, aut Pamphi-
lum, §. aditio, de solut. & declarant omnes
suprà allegati.

Sed istud intelligitur procedere quoties-
14 cunquè hæres † possedit hæreditatem, & il-
lam totam restituit, secus si nunquàm illam
possedit, sed tota ad alium peruenit, tunc
enim non potest induci hæc ficta solutio per
aditionem, sed hæres tantùm agit ex prime-
ua actione, quæ hoc in casu reuiuiscit, quam-
uis fuerit confusa per aditionem, vt per
Alex. in d. l. debitori nu. 10. & ibi Ias. num.
6. vers. tertius casus Dec. num. 8. & Curt.
Iun. num. 22. Socin. cons. 29. in fine lib. 4.
Aut saltem ei competit condictio indebiti,
vel incerti, Bald. cons. 115. incip. Domina
Contessina lib. 5. Aym. cons. 144. sub num.
5. Rolan. de inuentar. car. 202.

Ex quibus concludendũ est creditorem hæ-
redem fideicommisso grauatũ censeri sibi sa-
tisfecisse statim adita hæreditate, & illius pos-
sessione adepta, non autem tempore restitu-
15 tionis, quam † opinionem vltrà Castren. suprà
relatum tenuit etiàm Bart. in d. l. peculium,
quam legit sub l. sed si damnum, Soci. Iun. d.
cons. 170. n. 5. & seq. lib. 2. Alciat. cons. 113. col.
fin. lib. 9. Port. Imolen. cons 92. n. 94. Et vide-
tur fuisse de mente Angel. in cons. 64. propè fi-
nẽ, dùm dicit, quòd per aditionẽ videtur sibi
hæres soluisse; Et hanc quoquè sententiã am-
plexa fuit Rota in vna Romana de Incorona-
tis 28. Iunij 1577. coram felic. recor. Clemẽ-
te Papa Octauo tunc Auditore, & rursus in
alia Romana fideicõmissi 15. Octobris 1584.
coràm bo. me. Bubalo, in qua fuit responsum
ad cõs. Pancirol. 98. n. 7. quod in contrariũ al-
legabatur, quòd ibi hæres non patiebatur dã-
num ex solutione de tempore aditionis; Qui-
nimmò ipsemet nu. 19. vers. eodem modo te-
net, quòd si hæres patiatur damnum respectu
fructuum, censeatur sibi satisfecisse ab initio
de tempore aditionis sequẽdo dictum Paul. de
Castr. in d. l. peculium in princip. ff. de pecul.

Actori quandò variatio sit permissa, & an per obseruationem terminorum substantialium à via executiua recessum videatur. Cap. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Variatio actionis actori permittitur, itàut vna intentata actione possit siuè in prima, siuè in vlteriori instantia, alteram intentare, etiam diuersam, & contrariam, dummodò commissio causa sit generalis, & non restricta ad certam actionem.*

2 *Remedium recuperandæ potest intentari omisso remedio retinendæ.*

3 *De nullitate contractus opponi potest licèt anteà ad illius executionem actum fuerit.*

4 *Actor, qui ordinarium iudicium intentauit non potest deinde executiuè agere, nisi adsit clausula, quòd vna via electa alteri præiudicatum non censeatur.*

5 *Item, nisi lis ordinaria pendeat super contrauentione alicuius instrumenti, Quia tunc actor non prohibetur vigore eiusdem instrumenti executiuè agere.*

6 *Iudex, qui incæpit procedere via ordinaria contrà debitorem relicto illo iudicio potest executiuè agere creditore contradicente, secus si creditor consentiat processui ordinario.*

7 *Creditor, qui virtute instrumenti obligatione cameralis roborati intentauit expresse viam ordinariam, potest si debitor sit contumax recedere ab illo iudicio, & viam executiuam intentare.*

8 *Termini substantiales sunt obseruandi etiam in via executiua, quandò agitur de causa graui.*

CONTINGIT persæpè dubitari, An in
prosequutione causæ
actori variatio per-
mittatur? Quæ dispu-
tatio duos distinctos
casus habet. Primus
est, quandò versamur
circà varietatẽ actio-
1 num, & tunc dicendum est, quòd licita † est
variatio in tantùm, quòd vna intentata actio-
ne potest siuè in prima, siuè in vlteriori in-
stantia altera intentari etiam diuersa, &
contraria, dummodò commissio causæ sit
generalis, & non restricta ad certam actio-
nem, Afflict. decis. 53. & decis. 156. vbi
2 omisso † interdicto retinendæ intentatum fuit
interdictum recuperandæ, idem vult Boer.
decis. 402. nu. 14. & tenuit Rota decis. 254.
& tribus sequen. part. 1. diuers. & in vna
Placentina Aquarum 8. Martij 1596. coràm

Cardinale Arigono, vbi prius petita fuerat executio contractus, & cùm sententia fuisset lata in partibus ad fauorem partis petentis executionem dicti contractus, & pars aduersa appellasset, & causa fuisset in Rota commissa cùm clausula generali, Quam, & quas &c. & cùm toto negocio principali, &c. & in Rota fuisset pronunciatum contrà sententiam de partibus, & pars appellasset, fuit dubitatum
3 corám Iudice ad quem, an pars ista † posset dare de nullitate contractus, cùm anteà prosequuta fuisset executionem illius, & fuit resolutum, quod sic, ratione de qua suprà.

Secundus casus est, quandò non versamur circà varietatem actionum, sed circà modum
4 agendi, veluti si actor † ordinarium iudicium intentauerit, & postmodùm vellit aggredi viam executiuam, & hoc casu si non adsit clausula, quòd vna via electa alteri præiudicatum non censetur, variatio non est permissa, cùm per talem electionem creditor sibi præiudicauerit, c. vt qui dicas, de elect. lib. 6. c. 1. de postul. prælat. eod. lib. Authen. qui semel. C. quomodo, & quando Iudex, notat glos. in l. perinde la 2. ff. ad leg. Aquil. Bald. in l. diffamari in 2. col. C. de ingen. & manum. Aretin. in §. omnium in 3. col. Instit. de act. Maran. de ordin. iudic. in 6. par. nu. 24. & ità fuit resolutum per Rotam in vna Romana donationis 4. Maij 1558. corám Alexandro Iunio, & rursus in alia Romana pecuniaria 9. Octobris 1561. corám Caputaquen. vt refert Lancellot. de attentat. in 2. part. cap. 4. tit. de attent. lite penden. limit. vlt. Qui licèt dicat articulum esse dubium, & Rotam in alia Romana obseruationis concordiæ 23. Iunij 1561. corám Oradino tenuisse contrarium, tamen re vera dicta decisio non repugnat, cùm tantum in ea dicatur, quòd li-
5 te † ordinaria pendente super contrauentione alicuius instrumenti, non prohibetur actor vigore eiusdem instrumenti executiuè agere, ex quo agendo ad obseruantiam contrauentioni intentatæ videtur renunciasse, & ità declarando decisiones prædictas firmauit Rota in vna Romana pecuniaria 28. Iunij 1593. corám bo. me. Litta.

Romanus autem in cons. 133. nu. 1. sic ex mente glos. in Clement. sæpè in verb. parti-
6 bus, distinguit; Quod si Iudex, † ipse, qui vtroque modo procedere potest, inceperit procedere via ordinaria contrà debitorem, creditor poterit contradicendo facere, vt procedat via executiua, secus si non contradicat, sed consentiat expresse processui ordinario, quia tunc ex post non poterit recedere ab illo iudicio; sed in eo persistendum erit vsque ad finem litis, Ità etiam refert Galesi. in tract. suo de forma obligat. Camer. particula 3. quæst. 2. nu. 4. qui etiam sub nu. 7. ex pluribus
7 ostendit quòd si † creditor, qui virtute instrumenti obligatione camerali roborati intentasset expressè viam iudicij ordinarij contrà debitorem suum eum citando, & talis debitor sit in eo iudicio cótumax, creditor poterit recedere ab illo iudicio ordinario, & viam executiuam intentare, nec poterit reus pendentiam iudicij ordinarij allegare in pœnam suæ contumaciæ, ità limitando suprà dictam conclusionem, quòd scilicet via ordinaria electa non possit via executiua intentari, iuribus ibi per eum allegatis.

Sed dubium est, an per obseruationem terminorū substantialium à via executiua recessum censeantur: Et dicendum est quòd non, vbi quis vult absolui per sententiam,
8 Nam hoc in casu termini † substantiales sunt obseruandi etiam in via executiua, quando agitur de causa graui, veluti excedente summam scutorum ducentorum iuxtà facultates Auditoris Cameræ, quicquid dicat decis. 4. de appellat. in nouis; Et ità fuit resolutum in vna Romana Fornariæ prima Iunij 1576. coram Robusterio, & deindè in vna Fauentina transactionis 29. Aprilis 1596. corám Cardinale Blanchetto, &c.

Dominus vassallo viuente, an, & quando possit alium inuestire de feudo. Cap. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Dominus viuente Vassallo potest alium inuestire de feudo conferendo collationem in tempus mortis possessoris sinè hærede.*
2 *Conuentiones respicientes casum mortis alterius de iure communi non valent.*
3 *Vsusfructus si alicui sit constitutus in vita sua, potest constituens de eodem vsufructu disponere, vt post mortem illius ad alium deueniat.*
4 *Inuestitura feudi facta per Dominum viuente vassallo in casum caducitatis, & deuolutionis habet effectum, siuè inuestiens antè primum feudatarium decedat, siuè vassallus secundus præmoriatur, nam eius hæredes possessionem feudi vacantis nanciscuntur, dummodò sint legitimi, & in feudo successibiles.*
5 *Ius conditionale contingens ex contractu inter viuos est transitorium ad hæredes etiàm antè conditionis existentiam.*
6 *Inuestitus de feudo viuentis in casum caducitatis, seù deuolutionis vacante feudo potest, auctoritate propria possessionem corporalem apprehendere.*
7 *Vassallus abusiuè inuestitus quandò possit propria auctoritate feudum capere.*
8 *Inuestiens aliquem de feudo nondum sibi aperto, non potest inuestituram reuocare etiam antequam feudum aperiatur, nisi concessio sit facta propter importunitatem impetrantis, & num. 9.*
10 *Dominus viuente feudatario, potest filio eius*

qui

qui successurus est, concedere nouam inuestituram, & quid talis inuestitura operetur.

11 *Prelatus non tenetur adimplere inuestituram à Prædecessore factam de caducitate successionis, & nu. 19.*

12 *De feudo viuentis potest quis nedum verbaliter sed etiam realiter inuestiri, quandò ex iusta causa possessor fuit priuatus.*

13 *Inuestitura facta de caducitate successionis feudi etiam incerti valet.*

14 *Inuestitura de feudo viuentis non habet effectum si Vassallus primus moriatur cum legitimis heredibus, ad quos feudum deuoluatur.*

15 *Item non valet si fiat purè.*

16 *Non ligat inuestientem, nisi stipulatio sit adhibita.*

17 *Successor inuestientis, vt teneatur adimplere inuestituram factam de feudo viuentis, debet succedere, vt heres.*

18 *Fiscus, si inuestiens condemnetur, non tenetur ad præstationem dicti feudi, cùm non sit heres illius, sed tantum successor.*

20 *Ius Prelati, seù Clerici consistit in sola administratione, nec causatur ex successione, sed electione.*

21 *Prelatus non potest supplantare suum successorem in præueniendo ante tempus.*

22 *Tenetur facere Vassallo inuestituram realem, si feudum operatur viuo prædecessore inuestiente.*

23 *Prelatus etiàm superior, & mediatus potest reuocare inuestituram factam de caducitate successionis, quamuis feudum fuisset vacaturum aliter, quàm per mortem possessoris.*

24 *Præsentia in feudalibus, an inducat consensum remissiuè traditur.*

25 *Inuestitura facta de feudo viuentis tanquam vacante non valet.*

26 *Ambitiosa restringitur ad suum casum.*

27 *Concessio facta de re, vt deuoluta ex causa non vera, non operatur, quamuis posset valere si esset facta de re, vt deuoluta ex causa vera.*

28 *Contractus non operatur vltrà intentionem agentium.*

29 *In priuilegio causa debet attendi, & ea cessante cessat priuilegium.*

30 *Causa in Principe præsumitur, quandò ipse nullam expresit, sed si vnam expresit, licet inualidam, alia valida non præsumitur.*

31 *Clausula in concessione feudorum Regni Neapolis apponi solita, quòd Rex cedit, & transfert in concessionarium omne ius, omnemquè actionem Regiæ Curiæ quomodocunquè, & qualitercunquè competentem, & competituram non operatur, nisi quoad iura deuoluta ex causa expressa.*

32 *Clausula generalis refertur ad rem, & causam prius specificatam.*

33 *Renunciatio generalis restringitur ad contractum specialem super quo interponitur.*

34 *Verba generalia indefinitè prolata recipiunt interpretationem à verbis specialibus.*

IN hac quæstione constituenda est regula
affirmatiua: Quòd Do-
1 minus † viuente Vas-
sallo possit inuestire
alium de feudo, conferendo collationem in
tempus mortis possessoris sinè hærede, & sic
in casum caducitatis, & deuolutionis; Quæ inuestitura quotiescunque feudum aperitur, debet haberi rata etiàm à successore inuestientis, & Vassallus mittendus est in corporalem feudi possessionem, c. 1. qui succed. ten. & ibi Bald. & Aluar. in c. moribus, si de feudo fuerit
2 contro. Quamuis etenim aliàs de iure † communi similes conuentiones respicientes casum mortis sint reprobatæ, l. inter stipulantem, §. Sacrum ff. de verb. oblig. l. fin. cùm ibi not. ff. de pact. tamen inuestitura hæc reprobata non est; Sumus namquè in contractu cælebrato super re ipsius Domini concedentis, qui nullo modo erat obligatus primo feudatario ad non infeudandum secundo in casu caducitatis ipsius feudi, argum. l. si ità quis §. ea lege ff. de verbor. oblig. Sic etiam videmus,
3 quòd si esset alteri constitutus † vsusfructus in vita sua, potest constituens de eodem vsufructu disponere, vt post mortem illius ad aliù deueniat, l. qui fructus, & l. fundi ff. de vsufr. legat. l. vt hæredibus de legat. 2. benè Aluar. in c. 2. de feud. dat. in vim leg. commis. & notat. Andr. de Isern. in d. c. moribus.
4 Amplia primò, vt inuestitura † hæc rata haberi debeat non solùm ab inuestiente, & eius hærede, in casu, quo inuestiens antè primum feudatarium decedat, verùm etiam in casu, quo ipse Vassallus secundus præmoriatur: Quia vacante feudo eius hæredes possessionem nanciscuntur, d. c. 1. qui succed. tenean. & declarat Aluar. ibi col. 2. & est tex. in c. 1. hic potest esse tit. qui succed. ten. dummodo sint legitimi, & in feudo successibiles; Et
5 facit ratio, nàm † ius conditionale contingẽs ex contractu inter viuos est transitorium ad hæredes etiam ante conditionis existentiam, §. ex conditionali Instit. de verbor. oblig.
Secundò amplia, Nàm statim, quod feu-
6 dum † vacat, potest inuestitus auctoritate propria ingredi possessionem corporalem, Aluar. in d. c. 1. col. 1. hic potest esse tit. qui succed. ten. dum dicit quod per inuestituram abusiuam non transit possessio, sed licentia ingrediendi possessionem; sed idem Aluar. in c. 1. in princip. 2. col. quid sit inuestit. inquit quod
7 tunc Vassallus abusiuè inuestitus potest propria auctoritate feudum capere, quando in-

inuestitura diceretur, quod inuestiuit, & tra-
didit, per Innoc. in c. ex his, de consuetud. &
not. in l. prædia, ff. de acquir. possess. Sed huic
dicto aduersatur, quia verbum, (tradidit) non
videtur posse adaptari ad fæudum viuentis,
nisi dicamus illud referri ad tempus mortis,
sicut ipsamet inuestitura.

8 Tertio amplia, vt inuestiens † aliquem de
fæudo nondum sibi aperto, non possit inuesti-
turam reuocare etiam antequam fæudum
aperiatur, Andr. de Isern. in d. c. 1. qui succed.
ten. col. 9. & ibi Nicol. de Neap. & Aluar. col.
vlt. talis enim concessio est permissa de iure
fæudorũ, vt ibi, & in d. c. moribus: Quod limi-
9 ta, nisi † per importunitatem impetrantis con
cessio facta fuisset, arg. c. 2. & 3. de concess.
præben. de qua tamen importunitate debet
legitimè constare, vt per Aluar. in loco proxi-
mè allegato.

10 Quartò amplia, Nam † viuente fæudatario
eiusdemq; fæudi possessore potest Dominus fi-
lio eius, qui successurus est concedere nouam
inuestituram, cum hoc, quod habeat locum
post mortem patris, & releuabit ab onere ca-
11 piendi post mortem ipsius Patris, nisi † Domi-
nus fæudi sit Prælatus, qui deinde prædecedat
fæudũ tenenti, quia tunc non tenebitur eius
successor talem inuestituram ratam habere, vt
per Ant. de Alex. in rubr. qui succed. ten.

12 Quinto amplia, vt ne dum verbaliter, ve-
rum etiam realiter possit quis de fæudo viuen
tis inuestiri glos. 2. in d. c. 1. hic potest esse tit.
qui succed. ten. & ibi Aluar. col. 2. vers. quæro
subsequenter, & col. vlt. Quod intelligi debet
secundum eos, quando ex aliqua iusta causa
possessor priuatus fuisset.

13 Sexto amplia, vt valeat † inuestitura facta
de caducitate successionis feudi etiam incer-
ti, vt puta de primo fęudo, quod vacabit Bald.
in c. 1. de fæud. dat. in vim leg. commiss.

Sed quamuis viuente Vassallo possit quis
de fæudo inuestiri, vt dictum est, Nihilominus
huic conclusioni dantur nonnullæ declaratio-
14 nes: Quarum prima est, vt inuestitura † hu-
iusmodi tunc demum effectum consequatur si
vassallus primus moriatur sine legitimis hęre-
dibus, ad quos fæudum deuolueretur, aliàs se-
cus, vt in iuribus pręallegatis, & maximè in d.
c. 1. hic potest esse tit. qui succed. ten. vbi Al-
uar. in verbo compelluntur.

15 Secunda declaratio est, nisi † inuestitura de
fæudo viuentis pure fiat, quia tunc nullo mo-
do valet per tex. in d. c. 1. hic potest esse tit.
qui succed. tenean. glos. 2. in verb. scilicet
qui succed. ten. & ibi Aluar. in secunda op-
positione.

16 Tertia est declaratio, vt † inuestitura hæc
non liget inuestientem, nisi stipulatio sit adhi-
bita, quandoquidem inuestituram à se factam
sine stipulatione tenetur solũ quis ratam ha-
bere, quando inuestitus est in possessione se-
cundum Bald. in l. 2. in fin. quo temp. mil.

17 Quarta affertur declaratio, quoniam † ad
hoc, vt successor inuestientis teneatur ratifi-
care hanc inuestituram, debet succedere, vt
hæres, & ita loquuntur iura præallegata: Vn-
de si inuestiatur quis de fæudo vacaturo iux-
ta formam dictorum iurium, & postea inue-
stiens condemnetur, ita quòd bona sua acci-
18 piat Fiscus, aperto fęudo non † tenebitur Fi-
scus ad eius præstationem, cùm non reputetur
hoc casu hęres, sed successor l. quotiens in fi-
ne, ff. de nouat. l. inter eos, §. 1. ff. de fideiuss.
l. fin. ff. de duob. reis, Bald. in d. c. 1. hic potest
esse tit. qui succed. ten. col. 3. & Aluar. ibidem
quæst. vlt.

19 Et idem † est in Prælato, qui non tenetur
adimplere inuestituram à Prędecessore factam
de caducitate successionis, d. c. 1. qui succed.
ten. c. moribus, si de fæud. fuér. controu. & c.
1. de controu. inter Dom. & Vass. Et ratio est,
20 quia † ius Prælati, seu Clerici consistit in sola
administratione, nec causatur ex successione,
sed electione l. si certarum in fin. cum ibi not.
ff. de testam. milit. c. 1. de præben. c. Aposto-
lica 8. quæst. 1. Et successor non censetur ea-
dem persona cum Prælato prædecessore: Sed
in hærede veri Domini aliud est, quoniam ge-
rit vicem defuncti, l. spem ff. de donat. l. nec
emptio, C. de contrah. empt. Et Prælatus
21 † non potest supplantare suum successorem in
præueniendo ante tempus Archid. in c. decess-
sor 25. quæst. 2. & Bart. in l. illa institutio in
22 princip. ff. de hæred. instit. Sed solum † si fæu-
dum aperiretur viuo ipso Prælato inuestiente
tenebitur facere Vassallo inuestituram realem
d. c. 1. qui succed. ten. & c. 1. de cleric. qui
inuestit. fec. Et hoc adeo verum est, vt Præla-
tus etiam superior, & mediatus possit reuoca-
re inuestituram factam dę caducitate succes-
sionis, Bald. in d. c. 1. col. 4. hic potest esse tit.
23 qui succed. ten. Quod procedit † etiam si fæu
dum fuisset vacaturum aliter, quàm per mor-
tem possessoris, vt quia ad tempus limitatum
illud tenebat: Nam si interim alter inuestire-
tur verbaliter, & postea moriatur inuestiens,
successor suus non hæreditario iure veniens
non arctabitur stare dictæ inuestituræ, Bald.
in d. c. 1. hic potest esse tit. qui succed. ten.
quem refert, & sequitur Aluar. ibi column.
secunda.

Sed intellige prædicta, nisi ipse inuestitus
de fæudo fuerit iam missus in possessionem
talis fæudi consentiente d. primo Vassallo, vt
in d. c. 1. qui succed. ten. cum concord. Non
tamen sufficit, quod sit præsens missioni in
possessionem illę primus ad hoc, vt successor
Prælati teneatur: Imò requiritur consensus
expressus secundum Andr. de Isern. in d. c. 1. &
Nicol. de Neapoli, quos refert Aluar. ibi-
dem in vltim. quæst. argum. eius quod not.
Din. in reg. qui tacet, de reg. iur. in 6. Et ra-
tio est, quia tractatur de præiudicio tertij,
scilicet Prælati successoris ad not. in l. etiã de
24 auct. tut. Sed circa hoc, an † præsentia in fæu-
dalibus inducat consensum videas latè Iacob.
de

de S. Georgio in verb. & cum pacto de non alienando, col.5.& 6. & Curt. de fæud.4. par. vers.& in primis quæro. Et propterea si inuestitus de nouo immissus fuerit in possessionem clandestinam, tunc successores Prælati non compellerentur adimplere, ex quo iura prędicta videlicet, c.1. qui succed. ten. sunt odiosa, cum permittant inuestituram de re viuentis contra l.fin.C.de pact. merito non debent trahi nisi ad casum, de quo loquuntur, c. Odia de reg.iur.lib.6.

25 Quinta declaratio est, Nam † si inuestiretur quis de fæudo viuentis tanquam vacante, & sic deuoluto ob mortem, & postea ille, qui mortuus putabatur viuus repertus sit, talis inuestitura, quæ si fuisset facta de fæudo, vt deuoluendo valuisset, nullo modo valebit, Andr. de Isern.in d.c. moribus, si de fæud. fuer. controu. quem refert, & sequitur Aluar.in vltim. quæst. & Iacob. in verb. inuestiuit col.vlt. Ra-
26 tio est, quia talis inuestitura † tanquam ambitiosa est restringenda ad suum casum, & non extendenda per tex.in c. susceptum de rescrip. in 6.& in l.si ita, ff.de aur.& argen.leg. Debet enim inuestitura dicere de fæudo deuoluto, & deuoluendo vt per Aluar. vbi supra post Andr. Quinimò subdit notabiliter Andr. in d. c. moribus, quòd si inuestiatur quis de fæudo tãquam vacante per mortẽ, vt puta Lelij, & re vera nõ vacabat per mortem eius, sed ob refutationem, vel felloniam, aut aliam causam, inuestitura non tenet per d. c. susceptum, sequuntur Iacob, & Aluar.in locis præallegatis:
27 Sic ergo, si concessio † posset valere de re, vt deuoluta ex vna causa vera, & fieret de re, vt deuoluta ex alia non vera, nihil operatur, & idem firmat Alex.cons.128. col.3. lib.5. allegat, l.si de certa, C.de transact.& l. cum quæritur cum l. seq. de except. rei iudic. Et facit
28 quia † contractus non operatur vltrà intentionem agentium, l.non omnis, ff.si cert. pet. l.1.§. an veniat, ff. depositi. Item facit quia
29 † in priuilegio causa debet attendi & ea cessante cessat priuilegium, vt plenè per Socin. cons.166.in si.lib.2. vers.postremo, vbi allegat etiam cons. Cardin. 96. quod est satis ad propositum. Erit ergo cautela secundum Iacob, vt in inuestitura apponantur verba (siue vacet fæudum per mortem, siue quouis alio modo) & ita dicit limitandum esse d.c.susceptum.

Et ex his alias in causa ardua infertrebatur Neapoli in Regio consilio: Rex enim concesserat Comiti Materæ Terram Ginosæ, vt deuolutam ad Regiam Cameram, ob notoriam rebellionem Antonij Grisoni, defendebatur Antonius à crimine rebellionis, fuerat tamen hostis: Fuit dictum concessionem non valere, quia causa hostilitatis, quę forsan fuisset vera, non fuit expressa, & causa rebellionis narrata fuit falsa, & vltra prædicta fuit allegatus cons. Curt.cons.21.col.10.in fine, dicens illud, quod
30 dicitur in Principe † præsumi causam procedere, quando nullam expresit, sed si vnã expresit licet inualidam, non præsumitur alia valida per l.cum de in rem verso, ff. de vsur. & l.si certis annis, C. de pact.

Sed quæro, quid esset si in priuilegio appo-
31 neretur † clausula, quod Rex cederet, & transferret in concessionarium omne ius, omnemque actionem Regiæ Curiæ quomodocunque, & qualitercumq; competentem, & competituram, vt videtur esse de forma omnium priuilegiorum? Et adhuc puto clausulam hanc non operari, nisi quoad iura deuoluta ex causa ex-
32 pressa; Clausula enim † generalis refertur ad rem, & causam prius specificatam, d.l. si de certa, & l. legatorum, §.1.& ibi Bart.de leg.2. l.si ex pluribus, ff. solut.matr. l.si ita quis, §.fin. ff.de verb.oblig. Et facit Bald.in l.iubemus, C.
33 ad Velleian.dicens, quòd † renunciatio generalis restringitur ad contractum specialem, super quo interponitur: Et idẽ Bald.in l. quod
34 per istum, C. famil.hærcis. vbi quòd † verba generalia indefinitè prolata recipiunt à verbis specialibus intellectum.

Vt cessionarius possit petere assistẽtiam ex iure cesso super fæudalibus, an requiratur, quòd in cessione consensus Domini interueniat. Cap. XXXX.

SVMMARIVM.

1 *Cedens alicui omnia iura sibi competentia contrà alterum videtur etiam cedere potestatem capiendi auctoritate propria ei in instrumento concessa.*

2 *Nouus consensus Domini non requiritur in cessione rei faudalis, quando in concessione ipse Dominus consensit, quòd res possit vendi, & alienari.*

3 *Cessionarius intentans vtilem actionem ex cessione, non debet illam fundare super obligatione, & hypothecà fundata in personam suam, sed in personam cedentis, & petere adiudicari sibi.*

4 *Contractus super faudo non valet, per quem transfertur dominium, seu hypotheca, aut aliud ius in faudo.*

5 *Cessionarius potest petere assistentiam ex hypothecà, & potestatem capiendi ipsi cedenti competentem, & petere faudum sibi adiudicari, dummodo in adiudicatione nouus consensus Domini interueniat.*

6 *Consensus obtentus ab Agente ex iure cesso post conclusum in causa valet de aquitate.*

APVD omnes est receptum, quòd si habeo debitorem instrumentarium, qui propter debita hypothecauit mihi omnia bona fæudalia cũ consensu Domini, Et cedam omnia iura mihi competentia contra illum alicui alteri, puta Sempro-

1 pio, videor † etiam cedere potestatem ca-
piendi auctoritate propria mihi in instru-
mento concessam, Bart. in l. prima §. fin. ff.
de nou. oper. nunc. Et hæc quidem conclusio
nullam habet dubitationem. Difficultas est,
An ad hoc, vt cessionarius possit petere assi-
stentiam ex iure cesso super fæudalibus, requi-
ratur, quod in cessione interueniat consensus
Domini? Et resoluendum est, quòd si bona
erant mihi hypothecata cum potestate capien
di propria auctoritate, & illa vendendi, alie-
nandi, vel in solutum retinendi (vt communi-
ter apponitur in instrumentis, non requiritur
2 † nouus consensus in cessione, quia satis est,
quod Dominns consentiat potestati mihi tra-
ditæ de capiendo, & retinendo, vel venden-
do: Videtur enim Dominus consensisse gene-
raliter non solum quòd illa bona fæudalia sint
hypothecata, & per me capi possint, sed etiam
quòd per me possiut alienari, faciunt not. per
Andr. de Isern. in l. Imperialem in princ. de
prohib. feud. alien. per Feder. quòd quando
consensus est concessus generaliter alienatio-
ni, potest fieri alienatio cuicunque, secus si sit
concessus simpliciter, vt alienetur in Titium,
quia non poterit alienari in Seium. Si verò
non sit ità ampla potestas vendendi data ad-
huc in hypotheca mea vallata consensu Do-
3 mini idem est dicendum, quia † cessionarius
intentans vtilem actionem ex cessione non
habet illam fundare super obligatione, & hy-
potheca fundata in personam suam, sed in
personam meam, & petere adiudicari sibi, vt
declarat Bart. in l. 1. C. & ff. de act. & obligat
post glos. Ergo cum intentat actionem, quæ
non præsupponit obligationem, seu hypothe-
cam acquisitam sibi ex cessione, debet valere
contractus tanquam non transferrens in eum
dominium, neque hypothecam, aut obligatio-
nem, sed simplicem actionem hypothecariam
datiuam, non fundatam super aliqua obli-
gatione existente in persona sua: Ille enim
4 contractus † super fæudo non valet, per quem
transfertur dominium, seu hypotheca, aut
alind ius in fæudo, vt dicit Andr. in const. con-
stitut. 3. col. 2. Vnde concludendum est, quòd
cessionarius poterit petere assistentiam in hy
potheca, & potestatem capiendi mihi compe-
tentem, & petere fæudum sibi adiudicari, &
procedit iudicium; sed in adiudicatione dein-
5 de facienda sibi requiritur nouus † consensus
Domini, cum in primo Dominus consenserit
quòd adiudicatio fieret mihi, & non illi: Vndè
consensus non extenditur ad illum, sed nouus
requiritur, sicut dicitur in adindicatione, quæ
fit ex secundo decreto, vt not. Andr. in con-
stit. si quis post litem, & in c. 1. §. quid ergo de
inuestit. de re alien. fact. bene Capic. decis. 51.
6 num. 9. 10. & 11. qui etiam dicit, quod † con-
sensus obtentus ab Agente ex iure cesso post
conclusum in causa valet de æquitate. Et hæc
sunt notanda, quia eueniunt de facto: Et qua-
tenus dicitur requiri nouum consensum, for-
tius procedit si apponatur clausula quoad ex-
pressa tantùm, &c. & ità iudicauit sacrũ regiũ
Consiliũ Neapolitanũ in causa Gasparis Con-
te mercatoris Catalani cum filia Luce Rusi
vxoris quondam Francisci Ferrandi, Vbi in
adiudicatione opus fuit nouo consensu.

Allegatio Lapi 89. in quibus casibus locum habeat, & in quibus nòn, ex sententia Rotæ plenè, ac dilucidè explicatum. Cap. XLI.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans beneficium ad iustificationem sui tituli non tenetur docere de titulo sui prædecessoris, sed sufficit probare, quod Prædecessor longo tempore beneficium possederit, quodque communi opinione reputabatur habere ius, & titulum in beneficio.*

2 *Titulus beneficij Prædecessoris non est plenè probandus.*

3 *Allegatio Lapi vtilitatis gratia, & ad tollendam difficultatem probandi titulum prædecessoris, vsu fuit recepta.*

4 *Ad probandum titulum antecessoris sola possessio absque communi reputatione non sufficit, iuxta allegat. Lapi, nec communis reputatio, si possessio sit recens.*

5 *Ad probandum titulum auctoris hodie iuxta stylum Rotæ, sufficit probare antecessorem fuisse triennalem pacificum possessorem.*

6 *Triennalis possessor per regulam aduersus omnes est tutus titulo suo.*

7 *Succedens in ius alterius magis grauari non debet, quàm Prædecessor si viueret.*

8 *Allegatio Lapi non admittit probationem in contrarium, quod declara, vt in n. 11. & 70. & 72.*

9 *Item continet potius præsumptionem, quam fictionem.*

10 *Fictio, & præsumptio quomodo inter se differant, explicatur.*

12 *Allegatio Lapi procedit non solùm quando beneficium impetratur, vel vacat per mortem naturalem Prædecessoris, sed etiam quando vacat propter mortem ciuilem.*

13 *Resignatarius non tenetur iustificare titulum resignantis, quàmuis non constet de resignatione, nisi per narratiuam ordinarij, dummodò resignatarius ipse lite pendente obtinuerit nouam prouisionem, etiam quoad effectum resignationis, & huic nouæ prouisioni consenserit is, qui resignasse dicitur, & num. 14.*

15 *Beneficium per permutationem legitimè factam potest canonicè retineri, etiam si de titulo non constet.*

16 *Nominatus ad beneficium non tenetur probare titulum Prædecessoris.*

17 *Allegatio Lapi locum habet, etiam si probetur prædecessorem habuisse titulum ab initio inualidum, nisi ab ipso successore, qui opponit de allegatione, titulus inualidus esset productus, & num. 18.*

19 Item

19 Item procedit, quamuis prædecessor sciuerit eius titulum esse infectum.
20 Item locum habet, quamuis daretur concursus titularis veri, & putatiui.
21 Impetratio beneficij per obitũ titularis putatiui, qui fuit pacificus possessor triennalis, præfertur impetrationi factæ per obitum titularis veri.
22 Allegatio Lapi locum habet, non solum vbi agitur de præsumendo titulum, sed etiam quandò agitur de præsumenda dispensatione.
23 Item operatur, quòd successor non teneatur iustificare dispensationem obten.tam ab auctore, licet subreptitia prætendatur.
24 Locũ habet in quibusuis beneficijs etiam exẽptis.
25 Item contra habentem regressum.
26 Item procedit in retrocessione, quam successor allegare potest in fauorem Prædecessoris.
27 Resignatarius præsumitur retrocessisse in fauorem resignantis, qui per triennium possedit beneficium resignatum, dummodo impetrans probet dictam possessionem triennalem, et quod resignans decesserit in possessione.
28 Item præsumitur retrocessisse, quàmuis adeptus esset possessionem, & de illa cõstaret per instrumentum, si post possessionem adeptam passus fuit resignantem possidere triennio.
29 Retrocessio præsumpta iuxta allegationem Lapi ad fauorem resignantis, non habet locũ ad fauorem eius, qui non publicauit resignationem.
30 Allegatio Lapi non intrat, quando post porrectam supplicationẽ cedens superuixit triennio, & postea eo mortuo fuit præstitus consensus.
31 Intrat etiam si possessio fuerit capta à Prædecessore litteris non expeditis.
32 Item prodest non solum immediato successori, sed etiam secundo, vel tertio.
33 Regula de triennali est merè personalis, nec ad successores eius priuilegium transfertur.
34 Allegatio Lapi non iuuat possessorem, sed successorem triennalis possessoris.
35 Habet locum, quamuis non probetur possessio auctoris de tempore obitus, dummodo probetur triennalis possessio pacifica.
36 Item Procedit, quãuis ordinarius nõ visitauerit.
37 Item locum habet in spolio, si spolians spoliauit suum spoliatorem.
38 Item procedit, etiam si habilitates auctoris, Videlicèt Clericatus, ætas, & alia exactè non probentur.
39 Clericatus secundum Rotam non probatur per publicam vocem, & famam, quando agitur de habilitatibus proprijs, non autem auctoris.
40 Allegatio Lapi procedit, quamuis non probetur possessio triennalis pacifica ipsius auctoris, dummodo exaduerso non doceatur de titulo in persona alterius.
41 Item procedit, quamuis interuenerit molestia de facto, nisi molestia fuerit super possessione, & fructibus.
42 Resignatarius iuuatur allegatione Lapi, licèt facta fuerit resignatio post commissã causam contra resignantẽ litteris non expeditis, cum clausula dummodo, &c. antè tamen triennium ad articulandum.
43 Allegatio Lapi locum habet, vbicunque etiã antecessor fuit triennalis pacificus possessor, postquam aduersarius destitit ab executionibus contra eum relaxatis, & illis renunciauit, vel aliàs post rem iudicatam, aut litem derelictam lapsum sit triennium.
44 Non habet locum in beneficijs vnitis.
45 Item nec procedit, si prædecessor non fuit triennalis pacificus possessor.
46 Item non habet locum, si antecessor de tempore obitus non possidebat.
47 Possessio ad effectum allegationis Lapi in auctore requiritur, quòd fuerit pacifica tẽpore obitus & litigiosa non suffragatur iuxta stylũ Rotæ.
48 Allegatio Lapi non habet locum si possessio antecessoris fuerit spoliatiua.
49 Itẽ non procedit ad fauorem successoris spoliatoris secundum veriorem, & magis communem opinionem, etiam si spolium non sit violentum, dummodo spolians non spoliasset suum spoliatorem, & num. 50.
51 Non præcludit viam habenti iura anteriora ad illa prosequenda, licèt Prædecessor post sententiam contra eum latam, & executoriales decretas longo tempore possederit.
52 Habet locum in resignatione, quæ sit irreuocabiliter perfecta, non autem in ea, quæ reuocabiliter.
53 Resignans, quando resignatio non est perfecta; vt quia sit tantum porrecta supplicatio, potest pænitere, nec ius ab eo dicitur abdicatum; secus si resignatio est perfecta, quia etiamsi post resignationem per triennium pacifice possederit, tamen præsumitur retrocessio.
54 Allegatio Lapi non habet locum si Prædecessor vere, & nomine proprio non possedit.
55 Item non prodest pensionario, nec etiam translatario ad effectum iustificandi gratiam transferrentis, quamuis agatur contra successorem in beneficio, qui reseruationi non consensit, nec pensionem vnquam soluit.
56 Non habet locum si Papa prorogauerit regulam de triennali.
57 Tempus prorogatum non est idem.
58 Allegatio Lapi non procedit ad fauorẽ illius, qui non est successor, siue habentis gratiã si neutri.
59 Gratia si neutri dicitur euentualis, & nil certi tribuit ex persona antecessoris.
60 Obtinens gratiam si neutri nouam penitus gratiam, & nouum titulum habere dicitur.
61 Allegatio Lapi non habet locum in successore, qui titulum sui prædecessoris impugnauit.
62 Ex actu impugnato nemo debet commodum reportare.
63 Successor qui titulũ sui prædecessoris impugnauit, iuuatur allegatione Lapi, si succubuerit, secus si nõ succubuerit in impugnatione, & n. 64.
65 Allegatio Lapi non facit, quin successor teneatur iustificare titulum resignantis adhuc viuentis, de quo constabat in actis, sed non erat in forma probanti.

69 Non

67 *Non habet locum, si quis resignauit in aliquem puta Titium reseruato regressu, & Titius possedit triennio, & postea eum fuisset locus regressui. idem resignans secundò resignauit etiam reseruato regressu in Sempronium, qui obyt, & alius fuit prouisus per obitum; Sed, an hoc sit verum vide num. sequenti.*

68 *Item nõ procedit si Prædecessor fuit Simoniacus.*

69 *Episcopus super simonia non dispensat, imò nec Papa solet dispensare cum Simoniaco, vt beneficium acquisitum per simoniam retineat.*

71 *Probatio ex confessione resultans admittitur etiam contra præsumptionem iuris, & deiure.*

73 *Allegatio Lapi facit præsumere meliorem titulum de mundo.*

74 *Præsumptia allegationis Lapi non tollitur per probationem tituli infecti, cum ex cursu temporis validus præsumatur.*

75 *Declara, nisi probaretur, quòd ad vtilitatem alterius auctor à principio possidebat, quia tunc non præsumeretur tulus diuersus à causa dictæ possessionis.*

76 *Habens beneficium in commendam dicitur ad vtilitatem Ecclesiæ possidere, nec in eo allegatio Lapi locum habet.*

77 *Possessionis causam nemo sibi mutare potest.*

78 *Allegatio Lapi nõ procedit hodie quo ad præsumptam retrocessionem, vbi resignatio non fuit publicata, nisi ageretur de præsumenda publicatione auctoris ad fauorem resignatary, quia tũc hac allegatio bene facit præsumere resignationem fuisse publicatam. & n. 79.*

80 *Item non habet locum, vbi agitur in petitorio.*

81 *Item nec procedit, quando successor sciebat communem reputationem sui auctoris falsam esse, licèt aliud sit, vbi Prædecessor sciebat titulum suum esse infectum.*

82 *Non prodest successori in beneficio quo minus titulum sui auctoris ostendere teneatur, quando superior ex officio inquirit de titulo Clericorum suorum, nisi superior ipse tacitè, vel expressè visus sit consensisse, quia tunc cõtra eum benè poterit inquiri, sed ille non arctabitur ad probandum titulum & n. 83.*

84 *In allegatione Lapi, vt ea locum habeat non requiritur negligentia illius, qui prætendit ius in beneficia, & opponit contra impetrantem, quod tenetur iustificare titulum sui auctoris.*

85 *Requiritur negligentia resignatary, qui post resignationem stetit in possessione per triennium.*

86 *Ignorans non censetur iuri suo renunciare.*

87 *Renunciatio expressa non trahitur ad ignorata.*

88 *Allegatio Lapi locum habet, si habens regressum permisit postquàm regressui factus fuerat locus, successorem pacificè possidere, ad effectũ, vt successor possit excludere habentem regressum.*

89 *Impetrans non iuuatur allegatione Lapi, quando habens regressum ignorauit antecessorem pacificè possidere.*

90 *Allegatio Lapi contra ignorantem non procedit secundum Sarnensem.*

91 *Præscriptia lõgi temporis contra ignorãtem non currit, etiam si aliquis sciat ius sibi competere, & ignorat factum. quo mediante competit sibi exercitium illius iuris & n. 92.*

93 *Tempus statutum currit etiam ignoranti, quando præfigitur in merum cuiusquam fauorem, & non in odium negligentis.*

94 *Allegationi Lapi est locus absque vlla consideratione scientiæ, vel negligentiæ illius contendentis. quòd iustificetur titulus Prædecessoris, quando præsumi potest titulus in auctore absque eo, quòd præsumamus contendentem cum impetrante renunciasse, vel cassasse aliquod ius.*

95 *Item locum habet allegatio Lapi nulla habita consideratione scientis, & negligentis, qui prætendit ius in beneficio vbicumque potest præsumi ab initio titulus iustus, vel quòd ex post facto superuenerit absquè eo, quòd extinguatur ius alterius.*

QVAM sit frequens in foro disputatio de allegatione Lapi 89. nemo est qui nesciat, per eam enim causæ beneficiales sæpè in Rota definiũtur: Ideo nõ erit inutile illam explicare: Hoc igitur vult Lapus in summa, Quòd impetrãs † beneficiũ ad iustificationẽ sui tituli non teneatur docere de titulo sui prædecessoris, per cuius mortem illud impetrauit; sed sufficiat ei probare, quòd Prędecessor longo tẽpore beneficiũ possederit, quodquè cõmuni opinione reputabatur habere ius, & titulũ in beneficio, Idem tenet Rota decis. 10. in fine, de rerũ permut. in antiq. & decis. 4 eod. tit. in nouis Ægid. decis. 593. & 644. Anchar. cons. 117. vbi loquitur de antecessore, qui possedit 17. annis, quod erat in viridi obseruantia tempore Cassadori, vt ipse refert de caus. possess. propriet. decis. 2. in princ. & decis. 3. Idem tenuerunt Gemin. & Franc. in cap. susceptũ de rescript. in 6. Boer. decis. 42. num. 5. Sarn. in regul. de trien. q. 16. 49. in fine, Et idem fuit etiam tentum per Rotam in vna Pampilonen. Parochialis de Ianzi à 1. Iunij 1604. coram Coccino, & alias sæpè.

Ratio huius conclusionis est, quia non est pronunciandum super iure, & titulo Prædecessoris, & ideo † non requiritur plena eius
2 probatio, vt sentit Ægid. dicta decis. 593. Cassad. d. decis. 2. de caus. possess. & propriet. Altera ratio est, quia subest magna difficultas probandi titulum prædecessoris; Nam sequeretur absurdum, quòd successor teneretur probare non solum titulum antecessoris immediati, sed etiam aliorum antecessorum, & sic vltra centesimum, vt eleganter animaduertit Lap. in d. allegat. col. 16. & Ægid. in d. decis. 644. Vtilitatis ergò gratia † receptum fuit, vt impetranti sufficiat probare diutinam possessionem Auctoris vnà cum communi opinione, quod pluribus exemplis comprobari posset.

4 Neque enim sola † possessio absque communi

pi reputatione sufficit, nec cõmunis reputatio
si possessio sit recens, vt supponit Lapus vbi su
pra n.8.vers. venio ad secundum, & post n.15.
vers. & procedunt prædicta, & tradit Ægid. in
supracitatis decisionibus 591. & 644. post me-
dium Cassad. d. decis. 2. Paris. cons. 37. num. 6.
iuncto n. 8. lib. 4. Ferret. cons. 9. num. 4. vers.
Comprobo, & cons. 18. num. 2. Rebuff. super re-
gul. de anual. glos. 21. ad finem, Crescen. decis.
21. de probat.
5 Hodie tamen † sufficit probare solam trien
nalem possessionem auctoris, iuxta stylum Ro
tæ, quæ longum illud tempus, hoc est decen-
nij, quod per lapum requirebatur à Prædeces-
sore reduxit ad triennium propter regulam
de triennali, quæ post Lapum à Concilio Ba-
siliensi processit, & est sumpta ex Clem. 1. de
* sequestr. possess. & fruct. Et ita nunc * commu-
niter obseruatur, vt sufficiat probare antecés-
sorem fuisse triennalem possessorem pacificum
secundum Cassad. d. decis. 2. num. 6. de caus.
possess. & propriet. & decis. 7. post nu. 7. vers.
sed prout dixi, de procurat. Sarnen. super re-
gul. de trien. quæst. 16. n. 2. Mohed. decis. 11.
alias 120. Et ratio est secundum Achill. decis.
6 34. de probat. Quia † triennalis possessor per
regulam aduersus omnes est tutus titulo suo,
Et ideo sicut ille non tenebatur aliud iustifi-
care, ita nec successor, ne magis grauetur is,
7 qui succedit † in ius alterius, quàm prædessor
si viueret, contra regulam, qui in alterius, de
reg. iur. lib. 6.
Sed non parua exoritur quæstio à nobis ta-
men breuiter terminanda. An scilicet in alle-
gatione Lapi versetur potius fictio, quàm præ-
sumptio? Aliqui enim videntur sentire in ea
magis versari fictionem; vt Sarnen. in reg. de
trien. d. quæst. 16. n. 8. Et hoc suaderi potest,
8 quia † in hac allegatione non admittitur pro-
batio in contrarium; Videlicet, quòd Antecces
sor tempore mortis non fuerit verus Rector,
& quòd possederit sine vitio, vt tenet Lap. col.
16. in ante fin. vers. Nec obstat. Ergo conse-
quens est, quòd sit fictio, nam contra fictionem
legis non admittitur aliqua probatio, quòd ve
ritas aliter se habeat, vt est glos. in cap. 2. de
arbitr. in 6. Felin. in c. quanto n. 2. de præsum.
9 Sed verius est, quòd sit † præsumptio non
fictio, quia Lapus præsumit superuenisse iustũ,
& canonicum titulum, vt in d. allegat. col. 15.
in fine, & tradunt omnes in principio allegati.
10 Istudquè probatur viua ratione, quia † fictio
inducitur super certo, & contra ipsam verita-
tem: Sed præsumptio inducitur super incerto,
in quo præsumitur aliquid fuisse, vel esse, glos.
in l. vnica §. accedit C. de rei vxor. act. Alex.
cons. 158. n. 7. lib. 2. Alciat. de præsumpt. par.
1. n. 2. & sequen. & par. 2. n. 3. Cum ergo non
appareat verum antecessor habuerit iustum ti
tulum, & ex longeua possessione, & communi
opinione præsumatur, quòd iustus titulus su-
peruenerit, sequitur quòd ista sit præsumptio,
non fictio.

11 Nec facit, quòd non † admittatur probatio
in contrarium, quia hoc non excludit præsum
ptionem, quando super ea inducitur firmum
ius, quod habetur pro veritate l. antiq. C. ad
Velleian. latè Alciat. in loco præallegato n. 3.
vbi limitat septem modis. Voluit enim Lapus,
quòd ista sua præsumptio sit quasi species præ-
sumptionis iuris, & de iure. Quod eo magis
dicendum est, quia in tractatu pertinente ad
beneficia non solet habere locum fictio.
Extenditur primò hæc conclusio Lapi, vt
12 procedat non solum † quando beneficium im-
petratur, vt vacans per mortem naturalem
prædecessoris, sed etiam quando vacat prop-
pter mortem ciuilem, veluti si fuit permuta-
13 tum, aut resignatum; Nam † resignatarius nõ
tenetur aliter iustificare titulum resignantis,
cum eadem sit ratio in moriente ciuiliter, quæ
in naturaliter, vt sentit Lapus in themate di-
ctæ allegationis, Cassad. d. decis. 2. n. 4. & 5.
& decis. 4. de caus. possess. & propriet. Caput-
aquen. decis. 25. par. 1. per totam. Istudquè
14 locum habet quàmuis † nõ constet de resigna-
tione nisi per narratiuam ordinarij, dummo-
do resignatarius ipse lite pendente obtinuerit
nouam prouisionem etiam quoad effectum re-
signationis, & huic nouæ prouisioni cõsenserit
is, qui resignasse dicitur, vt tenuit Rota in vna
Placentina Canonicatus prima Iulij 1551. co-
ram Reomano relata per Veral. decis. 96. lib. 1.
in manuscriptis: Et quòd satis sit fidem face-
re de permutatione legitimè facta absque ti-
tuli probatione eius, in cuius locum permu-
tans successit, tenet Calder. cons. 10. de rer.
15 permut. Vbi quòd per † permutationem legi-
timè factam potest beneficium canonicè reti-
neri, etiam si de titulo non constet.
16 Secundò extéditur, vt locum habeat † etiam
in nominato, quia nec iste titulum sui præde-
cessoris probare cogitur, vt tenet Rebuf. in
tract. nominat. quæst. 19. in 17. quæst. princip.
vbi dicit sic fuisse alias in Senatu decisum;
Idem concludit Philipp. Prob. in addit. ad glos.
pragmatic. tit. de pacif. possess. in verb. inqui-
rant sub num. 2. vers. vel dic.
17 Tertio extenditur, vt procedat † etiam si
probaretur prædecessorem habuisse titulum ab
initio inualidum, & ratio est, quia potuit va-
lidus superuenisse, cum attendatur potentia,
ex qua cum possessione id præsumitur, vt In-
nocen. & Abb. dicunt in cap. solicitè de restit.
spoliat. & tradit Cassad. in d. decis. 4. & de-
cis. 3. n. 4. de caus. posses. & proprietat. Sarnen.
de trien. quæst. 10. in fine, & quæst. 26. nu. 12.
Put. decis. 356. in fine lib. 1. Quod intellige
18 verum †, nisi ab ipso successore, qui opponit de
allegatione Lapi, titulus inualidus esset pro-
ductus, quia tunc cessaret præsumptio alterius
tituli, nec allegatio suffragaretur Put. decis.
240. n. 2. lib. 3. Crescen. decis. 21. de probat.
Quartò extenditur, vt procedat quàmuis
19 prædecessor sciuerit eius titulum esse infectũ,
quia mala fides antecessoris non nocet succes-
sori

ſori quo minus ſecundum hanc allegationem
ex lapſu temporis, & communi opinione præ-
ſumatur bonus titulus ſuperueniſſe, ad tex. in
l. ſi nulla vbi Bald. & alij C. de acquir.poſſeſ.
Pariſ. conſ. 23. num. 209. lib. 1. Mandoſ. ad
ad dictam allegation.quæſt. 6.

20 Quintò extenditur, vt locū habeat † quam-
uis daretur concurſus titularis veri, & puta-
tiui; Nam licèt titularis verus præferatur pu-
tatiuo in concurrentia cap. ſuſceptum, & ibi
Doct. de reſcript. in 6. Nihilominus, quando
21 putatiuus † obijt in poſſeſſione pacifica trium
annorū, impetratio per obitum putatiui præ-
fertur, cum præſumatur titulum bonum puta-
tiuo ſuperueniſſe, quem impetrans iuſtificare
non tenetur Simonet. deciſ. 36. lib. 2. late Caſ-
ſad. d.deciſ. 3. n. 1. de cauſ. poſſeſ. & propriet.
Sarnen. de trien. quæſt. 10. in fine, & quæſt.
26. num. 12.

22 Sextò debet extendi, vt procedat † non ſo-
lum vbi agitur de præſumendo titulum, vel ti-
tulum iuſtum, & validum, ſed etiam quando
agitur de præſumenda diſpenſatione, veluti in
promotis ad Epiſcopatum, in quibus præſu-
mitur diſpenſatio ad retinenda beneficia in-
compatibilia; & in anteceſſore illegitimo, cum
quo ſecundum hanc allegationem præſumi-
tur fuiſſe diſpenſatum, vt tenuit Rota in
vna Placentina Canonicatus coram Thoma
de Tanis, relata à Chiſſan. deciſ. 14. Idquè ma-
ximè locum ſibi vendicat, ſi inhabilitas erat
notoria, cum non ſit veriſimile, quòd Epiſco-
pus, qui quotannis viſitat Eccleſias, & inqui-
rit de vita, moribus, & titulo Clericorum ſuo-
rum iuxtà cap. ordinarij de offic. ordin. in 6.
tolleraſſet eum tanto tempore, ſi diſpenſatus
non fuiſſet, Ita Lapus col. 16. in princ. & An-
char. d. conſ. 117. ante finem, Quod conſiliū
Rota pluries canonizauit. Sarnen. deciſ. 21.
lib. 1. Achil. deciſ. 2. de penſion. Penſion. Peregr.
deciſ. 108. in fine lib. 2. Idem Sarnen. in regul.
de trien. quæſt. 10. col. 3. verſ. 2. principaliter,
Vbi dicit ita per illud conſilium in alia cauſa
fuiſſe Iudicatum,

Septimò extenditur, Nam hæc allegatio ne-
dum præſumit diſpenſationē anteceſſoris, qui
23 pacificè poſſedit per triennium, ſed etiā † ope-
ratur, vt ſucceſſor non teneatur iuſtificare di-
ſpenſationem obtentam ab auctore, licèt ſub-
reptitia prætendatur, Chiſſan. deciſ. 15.

24 Octauo extenditur, vt procedat † in quibuſ-
uis beneficijs etiam exemptis Achil. deciſ. 20.
n. 2. de probat. & etiam affectis, ſeu reſerua-
tis, Caſſad. deciſ. 4. de cauſ. poſſeſ. & propriet.
Sarnen. de trien. quæſt. 30. n. 4.

25 Nono extenditur, vt locum habeat † etiam
contra habentem regreſſum, Caſſad. de cauſ.
poſſeſ. & propriet. deciſ. 5. Sarnen. in d. reg. de
trien. quæſt. 16. in fine, & q. 44. etiam in fine.

26 Decimo extenditur, vt procedat † etiam in
retroceſſione, quam ſucceſſor allegare poteſt
in fauorem prædeceſſoris, Mohed. deciſ. 241.
& in impreſsis deciſ. 19. de renunciat. Vnde ſi
reſignans poſſedit per triennium beneficium
reſignatum poſt reſignationem, & impetrans
per obitum probet poſſeſſionem triennalem
reſignantis poſt reſignationē, & quod reſignās
deceſsit in poſſeſsione, præſumendum eſt, quòd
27 reſignatarius † retroceſserit in fauorē reſignan
tis, & ſic quòd beneficium vacet. Caſſad. d. de-
ciſ. 2. 3. & 4. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Et iſtud
obtinet etiam ſi reſignatarius adeptus eſſet
poſſeſsionem, & de illa cōſtaret per inſtrumen
tum, quia ſi poſt poſſeſsionem adeptam paſſus
28 fuit † reſignantem poſsidere triennio, adhuc
intrat allegatio Lapi, Caputaquen. deciſ. 25.
par. 1. in impreſſis. Sed hoc intelligendum eſt,
niſi publicatio reſignationis facta non eſſet,
29 quia tunc huiuſmodi † retroceſsio præſumpta
non intrat ad fauorem eius, qui non publica-
uit per Conſtit. Gregor. XIII. de publican. in
§. quod ſi quidquam, Modern. in tract. de re-
ſignat. lib. 1. quæſt. 6. n. 10. Nē dicas ſi poſt
porrectam ſupplicationem cedens ſuperuixe-
rit triennio, & poſtea eo mortuo fuerit præ-
30 ſtitus conſenſus, quia tunc † quoque huiuſmo-
di allegatio ceſſat, vt tenuit Rota in vna Aſto-
ricen. beneficij coram Ant. Auguſtino 27. Fe-
bruarij 1548. relata per Put. deciſ. 2. ſub tit. de
alleg. Lapi, & eſt deciſ. 106. lib. 3. in impreſsis.

31 Vndecimò, hæc allegatio locum habet † e-
tiam ſi poſſeſsio fuerit capta à prædeceſſore
litteris non expeditis, quia extrauagans iniun
ctæ, de elect. & alia Iulij tertij, quod non poſ-
ſit apprehendi poſſeſsio Eccleſiarum, & benefi-
ciorum, niſi litteris expeditis, non impediunt,
quominus ſit locus Allegationi Lapi, quia tūc
præſumitur illas fuiſſe expeditas per viam ſe-
cretam, Ita tentum per Rotam in vna Vicen-
tina Præpoſituræ 28. Iunij 1555. coram Veſta-
no relata per Verall. deciſ. 98. lib. 1. in manu-
ſcriptis.

Duodecimo extenditur, quia hac allegatio-
ne iuuatur non ſolum immediatus ſucceſſor,
32 ſed etiam † ſecundus, vel tertius Mohed. de-
ciſ. 15. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Et ſic quan
do etiam poſt obitum primi beneficium fuiſſet
pluries reſignatū, & Epiſcopus non continuaſ
ſet viſitare, vt tenuit Rota deciſ. 779. n. 1. & 2.
par. 3. diuerſ. Nam licet verba Lapi de ſucceſ-
ſore loquentia in dubio immediato interpre-
tanda videantur, ad tex. in l. qui liberis. §. hæc
verba. de vulg. & in l. ex facto §. fin. ff. ad Tre-
bellian. Et regula de triennali, ad cuius termi-
nos hæc allegatio videtur reducta, non exten-
datur ad primum ſucceſſorem; Nihilominus
paſsim eſt receptum, vt allegatio proſit etiam
vlterioribus ſucceſſoribus, in quibus eadem
ratiò militat; In regula enim de triennali eſt
33 diuerſa ratio, Nam illa † eſt merè perſonalis,
Caſſad. deciſ. 10. n. 1. & deciſ. 14. poſt n. 2. ſuper
regul. Sarnen. ad dictam regulam quæſt. 13. an-
te n. 7. Vbi hanc opinionem dicit veriorem.
Vnde nil mirum, ſi ad ſucceſſores eius priuile-
gium non tranſeat ad tex. in l. 1. §. ſi hæres, &
in l. ſi hæres pertempto fundo ff. ad Trebel. Sed
alle-

34 allegatio † Lapi non iuuat possessorem, sed suc
cessorem triennalis possessoris.
Decimo tertiò extẽditur, vt procedat quàm
35 uis † non probetur possessio auctoris de tem-
pore obitus, quia sufficit probare triennalem
possessionem pacificam, cum illa præsumatur
continuata vsquè ad mortem, & ex tali possef-
sione præsumpta successor tueri potest, Gloss.
& Doct. in l. siue possidetis C. de probat. & in
l. non ignorauit. C. de exhib. Abb. & alij in
cap. cum ad sedem de restit. spoliat. Roman.
cons. 329. in fine Menoch. lib. 6. præsumpt.
64. nu. 21. Rota decis. 4. de probat. in nouis,
& ibid. adden. & decis. 80. par. 2. diuersorum.
36 Decimo quartò extẽditur, vt locum habeat
etiam † si Ordinarius non visitauerit, Ro-
ta decis. 779. nu. 2. par. 3. diuers. & fuit ten-
tum in vna Valuen. Prioratus 20. Maij, & 3. Iu
lij 1589. coram Cardinale Mantica. Quamuis
enim Lapus vim faciat in visitatione, tamen
eius allegatio fundatur etiã in alijs, quàm in
visitationibus; Aliàs raro locum haberet, cum
rarò Episcopi soleant visitare, vt pondetat Ro
ta in d. decis. 779.
37 Decimo quinto extenditur, vt procedat † e-
tiam in spolio, vbi tamen spolians spoliauit
suum spoliatorem, sic tenuit Rota in causa
Salamantina Portionis coram Accorombono
relata à Peregr. decis. 13. lib. 2. in manuscrip.
& tradunt Modern. in tract. de resignat. be-
nefic. lib. 11. quæst. 6. n. 109.
Decimo sextò extenditur, vt locum habeat,
38 etiam † si habilitates auctoris, puta Clerica-
tus, ætas & aliæ exactè non probentur; nam
sufficit illas probare per publicam vocem, &
famam, nec est necesse articulari, quod auctor
esset de legitimo matrimonio natus, vt per
Put. decis. 77. num. 1. lib. 3. & tenuit Rota in
vna Oueten. de Villa vitiosa coram Anto-
nio Augustino relata ab Achil. decis. vnica de
habilit. per decis. Ægid. 112. & 645. Tametsi
enim Rota decis. 312. & 342. in antiqu. velit
39 clericatum † non probari per publicã vocem,
& famam, tamen id proceditin habilitatibus
proprijs, non autem auctoris, in quibus non
requiritur tàm exacta probatio, & ita intelli-
git Rota in dicta Oueten. & Put. in allegat. de-
cis.. 77. num. 3. lib. 3.
Decimo septimò extenditur, vt procedat quã-
40 uis † non probetur possessio triennalis pacifi-
ca ipsius Auctoris, dummodo exaduerso non
doceatur de titulo in persona alterius, vt fuit
tentum per Rotam in vna Abulen. corã Pe-
regrino 28. Nouembris 1544. relata à Put. de-
cis. 1. in tit. de allegat. Lapi in manuscriptis.
41 Decimo octano extenditur, vt procedat † e-
tiam si interuenerit molestia de facto, quia ad
interumpendam allegationem istam, non suffi-
cit huiusmodi molestia, nisi fuerit super posses
sione, & fructibus: Ideo facta resignatione post
commissam causam contra resignantem litte-
ris non expeditis, cum clausula dummodo, &c.
ante tamen triennium ad articulandum, po-
42 test resignatarius † iuuari dicta allegatione,
quia ante illum terminum non est inducta lis,
sic tenuit Rota in vna Pacen. Parochialis 23.
Octobris 1551. coram Ant. August. relata à
Veral. decis. 95. lib. 1. in manuscript.
43 Idem est, vbicunque † antessor postquam
aduersarius destitit ab executionibus contra
eum relaxatis, & illis renunciauit, fuit trien-
nalis pacificus possessor vsq; ad obitum, Ara-
gon. decis. 6. Vel aliàs post rem iudicatam,
aut litem derelictam ab aduersario lapsum sit
triennium, Peregr. decis. 109. lib. 2 & fuit ten
tum 31. Maij, & 14. Iunij coram Cardinale
Quirogha, cuius decis. habetur in manuscrip-
tis diuersorum decis. 55.
Sed quamuis secũdum allegationem istam
successor in beneficio regulariter non tenea-
tur docere de titulo sui prædecessoris, vt supra
dictum fuit, tamen hoc multis modis restrin-
44 gi debet: Et primò, vt non † procedat in be-
neficijs vnitis, ita tentum coram Io. Baptista
de Rubeis, in causa Eugubina beneficij 4. Iu-
nij 1584. & antea in vna Perusina Heremito-
rij 4. Maij 1577. coram Cardinale Quirogha,
vt in manuscriptis diuersorum decis. 55.
Secundò restringi debet, vt non procedat
45 quando † prædecessor non fuit triennalis pa-
cificus possessor; Cassad. decis. 2. de caus. pos-
ses. & propriet. & fuit tentum in vna Compo-
stellana Canonicatus 3. Iulij 1553. coram
Achil. relata à Veral. decis. 92. lib. 1. in ma-
nuscript.
Tertiò debet restringi, vt locum nõ habeat;
46 quando † Antecessor de tempore obitus non
possidebat. Neque enim sufficit præcedens
triennalis possessio pacifica, nisi etiam in an-
tecessore concurrat continuatio possessionis
vsque ad mortem naturalem, vel ciuilem, pro-
vt supponit Lapus post num. 16. & ante & Cas
sad. dict. decis. 2. in princ. de caus. possess. &
propriet. Paris. cons. 1. n. 61. lib. 1. & cons. 37.
num. 6. lib. 4. Sarnen. d. q. 16. post n. 1. & fuit
etiam tentum in vna Segobien. Parochialis co
rã Ant. Augustino relata per Veral. decis. 409.
lib. 1. in manuscript. vbi resignans per nouen-
nium post resignationem remanserat in posses
sione beneficij resignati, sed quia resignatarius
paulò ante obitum resignantis vigore suæ re-
signationis, & litterarum desuper expedita-
rum, eiusdem beneficij possessionem accepe-
rat, fuit dictum non esse locum allegationi La
pi, quia non poterat dici resignantem obijsse
in possessione, sicut allegatio requirit, cum pos
sessio eo viuente per resignatarium capta fuis
set. Istudque locum sibi vendicat secundum
Rotam ibidem, quamuis antea resignans in
possessione diu permansisset, quia cum per re-
signationem abdicasset à se omne Ius, & pos-
sessioné, non ob aliam causam videbatur per-
mansisse in possessione, quàm, vt eam conser-
uaret ad libitum resignatarij.
47 Et talis possessio de tempore † obitus iuxta
stylum Rotæ debet esse pacifica, nam litigiosa
non

non suffragatur, Put. decis. 330. lib. 1. Caputaquen. decis. 26. nn. 4. par. 1. in impressis, & decis. 246. in manuscript. lib. 1. Quocirca si lite mota super iure prædecessoris, quis obtinuerit subrogationem, tenetur probare titulum illius, in cuius locum fuit subrogatus, Ægid. decis. 112. & 532.

Sed hoc vltimum de pacifica possessione tempore obitus, non transit sine difficultate; Quia si tutus erat antecessor post cursum triennij concurrente communi reputatione, & super proprio titulo nihil probare tenebatur, multo magis tutus esse debet successor, cum leuior in eo probatio requiratur, quàm in auctore; Et quamuis Cassad. d. decis. 2. de caus. possess. & propriet. supponat quòd Lapus loquatur in prædecessore, qui decesserit in pacifica possessione; Nihilominus id videtur intelligendum, quando ante completum decennium, vel triennium secundum stylum Rotæ, lis mota fuerit, secus si postea, quia tunc censetur præscripsisse cōtra omnes ius prætendentes, vt per glos. & Doct. in cap. contingit de dolo, & contum. Et præscriptio completa non interrumpitur per litem postea sequutam l. nemo alieno. §. temporalis, iuncta glos. ff. de reg. iur. cap. auditis ad fin. & ibi Abb. num. 10. in vlt. not. de præscript.

Quartò restringi etiam debet, vt non pro-
48 cedat † quotiescunque possessio prædecessoris fuerit spoliatiua, Camb. decis. 11. Cassad. decis. 5. de restit. spoliat. Sarnen. de trien. q. 11. nu. 5. vers. circa secundum caput, cum seq. Ratio est, quia possessio spoliatiua est improba, & sine aliquo fomento iuris, l. improba possessio C. de acquir. possess. Cassad. decis. 6. de præben. Et propterea licet alias allegatio Lapi faciat præsumere resignationem esse publicatam, & rite factam, Rota decis. 190. num. 4. par. 2. diuers. Vbi probata triennali possessione auctoris ex hac allegatione probatur saltem præsumptiuè, resignationem fuisse publicatam; secus tamen est, vbi constat resignatariū spoliasse, quia probato spolio, ad illud excludendum oportet probare publicationem aliunde, quàm ex triennali possessione, Rota in præcitata decis. 190. n. 6. & in vna Abulen. Canonicatus 16. Iunij 1589. coram Gipsio, vbi fuit allegata alia decisio in causa Bergomen. Parochialis 28. Februarij 1586. coram Cantuccio.

Et istud quidem obtinet etiam in successo-
49 re † spoliatoris, quia nec iste iuuatur hac allegatione, secundum veriorem, & magis com-
* munē * opinionem, quam amplexa fuit Rota, vt per Cassad. d. decis. 5. de restit. spoliat. Vbi concludit paria esse, quod quis spoliauerit, vel in vitium spolij successerit, ad tex. in cap. sæpè de restit. spoliat. & in l. vitia C. de acquiren. possess. Paris. cons. 23. n. 207. & seq. lib. 1. Et quòd allegatio Lapi, nec multitudo successorum obstet in iudicio spolij, tenuit etiā Rota apud Put. decis. 4. sub tit. de allegat. Lapi, Et quamuis Put. loquatur in spoliatore violento,
50 idem tamen † dicendum est in non violento, vt indistinctè loquitur Cassad. d. decis. 5. & latè habetur per Sarnen. d. quæst. 11. super regul. de trien. Sed hoc intelligitur nisi spolians spoliasset suum spoliatorem, quia tunc benè intrat hæc allegatio etiam in iudicio spolij, vt dixi supra in 15. ampliatione.

Quintò restringitur allegatio hæc, vt non
51 præcludat † viam habenti iura anteriora ad illa prosequenda, licet prædecessor post sententiam contra eum latam, & executoriales decretas longo tempore possederit, Gambar. decis. 35.

Sextò restringitur, vt locum habeat quidem in resignatione, quæ fit irreuocabiliter perfe-
52 cta, non † autem in ea, quæ reuocabiliter, vtputa, quia tantum erat porrecta supplicatio, & consensus fuit præstitus post triennium, Put. decis. 106. lib. 3. Vbi inquit, quod ita fuit decisum in vna Astoricen. coram Ant. Augustino: & reddit rationem, quia quando resigna-
53 tio † non est perfecta potest resignans pænitere, & ideo si possedit triennio dicitur possidere iure proprio, quod adhuc ab eo non erat abdicatum; Sed quando resignatio est perfecta, & sequuta est possessio triennalis, præsumitur retrocessio, ne scilicet dicatur, quòd tanto tempore sine titulo possederit.

54 Septimò restringitur, vt non procedat † quotiescunque Prædecessor verè, & nomine proprio non possedit: Nam requiritur quòd possederit tanquàm titularis, & plenū ius habens in beneficio, alioquin huic allegationi non est locus. Put. decis. 360. n. 4. lib. 1. Sarnen. in regul. de trien. quæst. 16. Dum enim Lapus loquitur de possessore, non potest intelligi nisi de vero l. 1. ff. de agr. vectig. & emphit. Gabr. cons. 190. num. 3. lib. 1. Et ita pluries Rota censuit, vt in causa nullius, seu Verbinaten. Capellæ 11. Februarij 1605. coram Litta, Vbi quis impetrauerat beneficium tāquàm vacans per obitū, & quia excipiebatur de resignatione, impetrans dicebat resignantē semper stetisse in possessione, sed docebatur de apprehensione resignatarij, & quòd resignās pro eo possidebat, quia illi respondebat de fructibus; Vnde fuit dictū non intrare allegationem Lapi. Hoc etiam fuit resolutū in vna Toletana Parochialis de Garbin. 24. Februarij 1592, coram Cardinale Seraphino, & deinde in eadem causa 19. Iunij de eodem anno coram eodem Litta, Vbi constabat auctorem possedisse vti merum depositarium iurium Ecclesię vacantis, ad tradidita per Sarnen. in d. regul. de trien. quæst. 5. col. 4. n. 12. Aym. cons. 282. num. 2. Roman. cons. 350. num. 1. & sequen.

Hoc idem dicendum esset si constaret resignantem ratione fructuum sibi reseruatorum possedisse, vel quia fuisset à resignatario deputatus Capellanus, vt fuit tentum in vna Hispalen. portionis coram Peregrino, vt ipse attestatur in decis. 141. lib. 2. Et in vna Auconitana

nitana beneficij 16. Iunij 1553. coram Capi-
zuccho relata à Veral. decis. 93. lib. 1. in ma-
nuscript. Secus si non constaret ex qua causa
triennio post resignationem possedisset, & in
possessione obijsset, vt in alia Anconitana 5.
Iunij 1551. coram Fabio, relata ab eodem
Veral. decis. 94. lib. 1.

Hinc etiam Rota in vna Brixien. pensio-
nis 28. Nouẽbris 1594. coram Cardinale Mel
55 lino tenuit hãc allegationẽ† non prodesse pen
sionario cum non possideat, vt titularis: Et si-
cut non prodest pensionario, ita nec translata-
rio ad effectum iustificandi gratiam transfe-
rentis, etiam si agatur contra successorem in
beneficio, qui reseruationi non consensit, nec
pensionem vnquam soluit, vt ibidem fuit di-
ctum per decis. Put. 360. lib. 1.

56 Octauo debet restringi, vt nõ † habeat locũ
quotiescunq; Papa prorogauit regulã de trien
nali, Veluti si successor triennalis decessisset
in quãto anno suæ possessionis, Et ego haberẽ
prorogationem dictæ regulæ ad annum, Achil.
decis. 6. super. reg. de trien. Et fuit tentum in
vna Valentina præpositure coram Ant. Aug.
14. Nouembris 1548. relata per Put. decis. 10.
sub tit. de alleg. Lapi: Etenim omnes rationes
propter quas hæc allegatio iuxta stylum Rotę
est reducta ad triennium, tolluntur per proro-
gationem dictæ regulæ, cum per illam conser-
uetur ius, & cesset negligẽtia, quę est causa ne-
dum præsumptionis allegationis Lapi, sed etiã
præscriptionis triennalis, aliàs sequeretur ab-
surdum, quòd per indirectum quis obtineret
quod directo habere nõ posset. Et facit etiam
57 quia† tempus prorogatum est idem l. Sed & si
manente ff. de præcar. Et prorogatio censetur
facta cum eisdẽ qualitatibus l. labeo §. hoc au-
tem ff. de arbitr. Bart. in l. 1. §. & post operis
vers. sed si in bannũ ff. de oper. nou. nunc. Host.
in cap. Præterea el 2. in fine de appellat. Paris.
cons. 43. n. 2. lib. 1. Boer. decis. 284. n. 9. Curt.
Sen. cons. 57. num. 42.

58 Nono restringi debet, vt non † procedat ad
fauorem illius, qui non est successor, Caputaq.
decis. 27. part. 1. vbi loquitur in resigna-
tario, qui non dicebatur successor, eo quia
ius remanserat penes resignantem. Idem
quoque est dicendum de habente gratiam
si neutri, Nam iste non potest dici succes-
sor ad effectum huius allegationis, cum hu-
59 iusmodi gratia † sit euentualis, & nil cer-
ti tribuat ex persona antecessoris, Gemin.
cons. 79. num. 7. Item quia obtinens gratiam
60 si neutri † nouam penitus gratiam, & nouum
titulum habere dicitur, Roman. cons. 362. n. 4.
Put. decis. 48. in fine lib. 1. Rota decis. 238.
in nouis.

61 Decimo restringi debet, vt non† habet locũ
in successore, qui titulũ sui prædecessoris impu
gnauit, Sarnen. in reg. de trien. d. quæst. 16. in
fine, qui dicit Rotã sic tenuisse per cons. Rom.
62 347. in 2. dubio, Ratio est quia ex actu † im-
pugnato nemo cõmodum reportare debet, c.
ex eo de reg. iur. lib. 6. Archid. in cap. 1. n. 3. de
* consess. eod. lib. de cõmuni * Guid. Pap. q. 182.
& Curt. Iun. in cons. 41. n. 14. Sed istud intelli-
gendum est, dũmodo successor in impugnatio-
63 ne non succumbat, secus si † succubuerit, quia
tunc non prohibetur se iuuare ex actu impu-
gnato, Abb. in c. capitulum, & ibi Felin. n. 10.
vers. limita 6. & nu. 13. de rescript. Roman. d.
cons. 347. n. 7. Bart. in l. post legatum n. 5. cum
pluribus sequen. ff. de his qui, vt indign. Rota
decis. 512. num. 3. par. 1. & decis. 118. num. 1.
par. 2. diuers. & ita in terminis huius allega-
tionis fuit tentum in vna Placentina Decana-
tus sub die vltima Ianuarij 1597. coram Pe-
nia, & per prius in vna Toletana Parochialis
24. Februarij 1592. coram Cardinale Seraphi-
64 no, Vbi successor impugnauerat † titulum sui
auctoris dicens illũ possedisse sine titulo vali-
do, & cõtra eum litem introduxerat super fru-
ctibus malè perceptis: Et cum in impugna-
tione succubuisset, intrabat allegatio Lapi
per prædicta, sed quia opposito fuit habita
pro bona, & vera, Quia auctor ille composue-
rat se cum Camera, fuit dictum nõ esse locum
dictæ allegationi.

Vndecimo restringitur, vt non obstante
65 hac allegatione † successor teneatur iustifi-
care titulum resignantis adhuc viuentis, de
quo constabat in actis, sed non erat in for-
ma probanti. Put. decis. 7. sub tit. de allegat.
Lapi in manuscript.

Duodecimo restringitur, vt non habeat lo-
66 cum, vbi quis † resignauit in aliquem, puta
Titium reseruato regressu, & Titius possedit
triennio, & postea cum fuisset locus regressui,
idem resignans secundo resignauit etiam re-
seruato regressu in Sempronium, qui obijt, &
alius fuit prouisus per obitum. Ita tentum
in vna Cartaginen. Canonicatus coram Fabio
21. Martij 1545. relata per Put. in d. tit. de
allegat. Lap. decis. 3. Sed de veritate huius
67 decisionis † ego dubito cum nisi videatur fal-
so fundamento, Videlicet, quod allegatio La-
pi procedat solum in successore immediato,
quod superius in duodecima ampliatione fal-
sum esse demonstrauimus.

Decimo tertio restringitur, vt non proce-
68 dat, quando† Prædecessor fuit Simoniacus; ra-
tio est quia tunc dispensatio ordinarij præsu-
mi non potest, cum super Simonia Episcopus
non dispenset glos. in cap. & diligenti de Si-
mon. sicuti, nec potest præsumi dispensatio
69 Papæ, quia † Papa non solet dispensare cum
Simoniaco, vt beneficium acquisitum per Si-
moniam retineat, vt per Doct. in cap. Simo-
niaco, vbi Felin. nu. 5. de Simon. & hanc opi-
nionem videtur tenere Mandos. in addit. ad
allegationem istam quæst. 14.

Decimo quarto restringitur, vt locum non
habeat, vbi contrarium probaretur concluden
ter: Nam licet præsumptio, quæ oritur ex hac
allegatione sit iuris, & de iure, nihilominus
70 contra eã † probatio in contrariũ admittitur,

quando est concludens, vt in terminis tradit
Caputaquen. decis. 26. par. 1. in impressis, &
tenuit Rota in dict. Toletana Parochialis co-
ram Cardinale Seraphino, vbi contrarium
71 probabatur ex confessione, quæ probatio † so-
let admitti etiam contra præsumptionem iu-
ris, & de iure, glos. in l. in contractibus super
verbo nullo modo C. de non numer. pecun. &
* communiter * teneri scribit Couar. sponsal.
par. 2. cap. 4. §. 1. num 3. Paris. cons. 96. n. 107.
lib. 1. Roman. cons. 350. n. 19.
72 Sed hoc intelligi debet, quando † Aduer-
sarius vult probare auctorem non fuisse trien-
nalem pacificum possessorem, aut non fuisse
communiter habitum pro Rectore, nam in his
casibus benè admittitur probatio contra hanc
allegationem, dummodo sit concludens, vt
dixi; Secus autem est, si aliquis vellet proba-
re non titulum auctoris, seu titulum infectum,
quia talis probatio non releuat, vt per La-
pum sub num. 16. vers. nec obstat, Mandos.
in addit. quæst. 9. vers. Ego sic distinguerem
Mil. in repert. in verbo, beneficium in petrans
ad finem: Et ratio est, quia potest esse quòd
habuerit alium bonum titulum, quod etiam
Rota tenuit de rer. permut decis. 4. in nouis,
& decis. 10. eod. tit. in antiq. Cassad. decis.
3. & vlt. sub num. 7. de procurat. & decis. 3.
num. 4. de caus. possess. & propriet. Est enim
73 allegatio † ista tantæ virtutis, & potentiæ, vt
faciat præsumere meliorem titulum de Mun-
74 do, Mohed decis. 241. Quæ præsumptio † non
tollitur per probationem tituli infecti stan-
te cursu temporis, vt per Cassad. dict. decis.
vlt. num. 7. Crescent. decis. 261. alias vltima
de probat. Sarnen. de trien. quæst. 10. Quod
tamen ipse verum intelligo, nisi probaretur,
75 quòd ad vtilitatem † alterius Auctor à prin-
cipio possidebat, quia tunc non præsumere-
tur titulus diuersus à causa dictæ possessionis,
vt tradit Caputaquen. decis. 93. lib. 1. in ma-
nuscript. & ita declarat Put. decis. 360. lib. 1.
& in his terminis fuit etiam tentum per Ro-
tam in allegata Toletana Parochialis 19. Iu-
nij 1592. coram Litta; Vbi constabat aucto-
rem ab initio habuisse Parochialem in com-
mendam à Capitulo Toletano donec Papa ei
prouideret de Rectore, & sic auctor ille ad vti
76 litatem † dumtaxat Ecclesiæ possidebat c. cas-
sinensis 61. distinct. & c. constitutum 7. quæst.
1. Vnde fuit dictum, quòd non poterat titu-
lus omnino diuersus à causa dictæ possessio-
nis prætendi alio non docto, tum quia sequens
possessio ex causa antecedenti de qua appare-
bat, præsumebatur l. 2. C. de acquir. possess.
Socin. cons. 15. in fine lib. 4. Alciat. de præ-
sumption. Regul. 2. præsumpt. 23. Tum etiam
77 quia † nemo sibi ipsi causam possessionis mu-
tare potest, ad l. 3. §. illud ff. de acquir. pos-
sess. & in l. cum nemo C. eod. tit. Gabr. cons.
195. num. 9. lib 1. Et sic non intrabat allega
tio Lapi, quæ dumtaxat fundatur in possessio-
ne, quam auctor retinebat ad sui vtilitatem,

vt ex ipsamet allegatione Lapi videre est. Et
ad hoc faciunt tradita superius in septima
limitatione.
Decimo quinto restringi debet, vt non pro-
78 cedat † hodie quoad præsumptam retrocessio-
nem, vbi resignatio non fuit publicata secundũ
constitutionem fel. rec. Gregorij XIII. de pu-
blican. & tradũt Modern. in tract de resignat.
lib. 11. quæst. 6. nu. 95. Sed hoc declaratur, vt
procedat in odium resignantis, qui non pu-
blicauit, & post resignationem stetit per trien
nium in possessione pacifica, quia tunc benè
verum est, quod non intrat hæc allegatio vt
s præsumatur ei facta retrocessio à resigna-
tario, vt loquitur dicta constitutio, in §. quod
si quidquam, ibi, nec præsumptæ, aut tacitæ
retrocessiones, &c. Et ratio est, quia non facta
publicatione eo ipso beneficium vacat: Secus
79 autem est, vbi † agitur de præsumẽda publica-
tione auctoris ad fauorem resignatarij, quia
tunc hæc allegatio benè facit præsumere resi-
gnationem fuisse publicatam, & rite factam.
Rota decis. 190. num 4. & n. 6. par. 2. diuers.
& fuit dictum in allegata Abulen. Canonica-
tus 16. Iunij 1589. coram bo. me. Gypsio.
Decimo sexto debet etiam restringi, vt non
80 procedat † vbi agitur in petitorio, quia tunc
requiritur vera tituli probatio, Ægid. decis.
611. Rota decis. 15. de præben. in nouis, & tra-
dunt. Modern. de resign. benef lib. 10. q. 4. n. 13.
Decimo septimo restringitur, vt non pro-
81 cedat, quando successor † sciebat communem
reputationẽ sui auctoris falsam esse, quia tunc
hac allegatione iuuari nequit, sed aliter titu-
lum antecessoris probare tenetur, vt per Man-
dos. in addit. ad d. allegat. quæst. 7. Et ratio
est secundum eum, quia aliorum error illius
scientiam non excusat, Abb. in cap. ad proban
dum, & ibi Felin. num. 8. in 2. limit. de iciu-
dic. Roman. singul. 767. Dec cons. 402. n 2.
hoc enim casu opinio cedit veritati cap. con-
suetudo 8. distinct. licet aliud sit, vbi præde-
cessor sciebat titulum suum esse infectum, vt
dixi supra in 4. ampliatione.
Decimo octauo restringitur, vt non proce-
82 dat, quando † superior ex officio inquirit de
titulo clericorum suorum, quia tunc hæc al-
legatio non prodest successori in beneficio,
quominus titulum sui auctoris ostendere te-
neatur, c. ordinarij de offic. ordin. lib. 6. Abb.
in cap. licet Heli n. 22. de Simon. & ibidẽ Alex.
de Neuo in vlt. addit. vers in 2. vero casu.
83 Nisi superior ipse † tacitè, vel expresè visus
sit consensisse, quia tunc benè contra eum po-
terit inquiri, sed ille non arctabitur ad proban
dum titulum, vt per adden. ad Rotam decis. 1.
in fine vlt. addit. de restit. spoliat. in nouis.
Vltimo tractandum est, An huiusmodi al-
legatio locum habeat contra ignorantem, qui
prætendit ius in beneficio? Et hic articulus
difficilis est; Et licet aliqui dicant allegatio-
nem Lapi habere locum cõtra ignorantem ex
traditis per Cassad. de caus. possess. & propriet.
decis.

decis. 5. & per Samen. in reg. de trien d. quęst.
16. & quæst. 49. in fin. Hoc tamen dictum in-
distinctè positum non est probabile : Vnde, vt
veritas dilucidius appareat res est explicanda
distinguendo plures casus.

Primus est, An simpliciter loquendo in al-
legatione Lapi requiratur negligentia illius,
qui prætendit ius in beneficio, & opponit con-
tra impetrantem, quod tenetur iustificare
titulum sui auctoris : Et tunc dicendum est
84 non requiri † negligentiam, & Lapum sensis-
se, quòd sua allegatio habeat locum nulla at-
tenta negligentia, quia fundamentum Lapi
versatur in longeua possessione Antecessoris,
& in communi reputatione; atque in tolleran-
tia ordinarij, & subditorum, quæ consistunt
in facto aliorum, & non illis, qui prætendit
ius in beneficio : Vnde cum hæc possint veri-
ficari absque negligentia prætendentis ius, ea
non requiritur, nec est in aliqua consideratio-
ne. Et ideo si intelligamus Lapum in impe-
trante, cum quo concurrat alius similiter im-
petrans excipiens impetranti, quòd iustificet
titulum sui auctoris, vnde vult absolui, iuxtà
ea, quæ tradit Cassad. d. decis. 3. nu. 2. in fin de
caus. posses. & propriet. Nulli dubium est, quòd
negligentia non est in aliqua consideratione,
& ad hoc tendunt, quæ argumentando consi-
derat Samen. in dict. quæst. 16. num. 2. super
reg. de trien. Et hic primus casus non vide-
tur habere dubitationem.

Secundus casus est, quādo applicamus alle-
gationem Lapi facto continēti præsumptū re-
trocessionē, prout videtur loqui Sarnen. in d.
q. 16. vers. tamen prædictis non obstātibus, &c.
finge enim, quòd aliquis impetrauit beneficiū
per obitum Męuij, & quęrit Canonizare suum
titulū, & obtinere condemnatoriam cōtra pos-
sessorem, qui objicit, quòd beneficiū non vaca-
uit per mortem, eo quòd Mæuius antea illud
resignauerat; si impetrans replicat, quòd Mæ-
uius resignans post resignationem remanse-
rit in possessione, in qua stetit per decennium
secundum Lapum, vel per triēnium secundum
Rotam, & vsque ad mortem, & fuit commu-
niter habitus pro Rectore, & vt talis tollera-
tus ab ordinario, & subiectis; Quæritur, An ad
hoc, vt sit locus allegationi Lapi requiratur
negligentia resignatarij ? Et dicendum est,
85 quòd sic, quia † Lapus præsumit superuenisse
nouum, & iustum titulum in resignante, qui
non potest commodè præsumi, nisi præsuma-
tur retrocessio facta à resignatario, & sic quòd
ipse sciuerit nedum factam resignationem si-
bi, sed etiam habuerit notitiam de posterio-
ri possessione resignantis, & de communi opi-
nione, & tollerantia : Nam cum per primam
resignationem legitimè factam, & admissam
Męuius abdicauerit à se ius, & illud fuerit trās-
latum à Papa in resignatarium, ipso viuente,
vel non priuato, non potuit beneficium viuen-
tis in Mæuium denouo transferri c. 2. de con-
cess. præben. Ideo cum præsumatur facta retro-
cessio à resignatario, consequens est, vt præsu-
matur resignatarium sciuisse primum resignan-
86 tem possedisse : Nam ignorans † non censetur
iure suo renunciare l. mater. ff. de inoffic. te-
stam. Alex. cons. 8. n. 24. lib. 3. Et renunciari
non potest rei, quam quis ignorat, Abb. in cap.
vnico. num. 3 de cleric. per salt. promot. Imo
87 renunciatio † expressa nō trahitur ad ignorata,
latè Tiraq. in l. si vnquam in præfat. n. 98. vers.
2. modo C. de renoc. donat. Quapropter, vt
præsumptio superuenientis tituli, quæ non po
test introduci absque præambula retrocessio-
ne, possit accommodari, necesse est, vt resigna-
tarius sciuerit statum ipsius negocij, Et cum
non curauerit ius competens sibi in beneficio
prosequi, Verisimile est concurrentibus cæte-
ris, quòd ipse retrocesserit, & consequenter
superuenerit nouus titulus resignanti : Et sic
in isto casu negligentia resignatarij requiri-
tur, vt sit locus allegationi Lapi.

Tertius casus est, quando accomodamus
allegationem Lapi illi speciei, in qua aliquis
habet regressum per cessum, vel quamcumque
amissionem præterquam per obitum ipsius
Rectoris, & impetrans per mortem vult iuua-
ri allegatione Lapi, sed aduersarius opponit
de suo regressu, Et impetrans replicat, quod
postquam venerat casus regressus, Antecessor
permansit in possessione per triennium habi-
tus, & tolleratus pro vero Rectore, & tunc du
bitatur, An habeat locum allegatio Lapi, & se-
cundum Cassad. d. decis. 5. de caus. posses. &
propriet. & Sarnen. in d. q. 16. n. 8. & quæst. 49.
in fine de triennali est distinguendum :

Aut habens regressum permisit postquam
regressui factus fuerat locus, Antecessorem
88 pacificè possidere, & tunc est † locus Allega-
tioni Lapi, vt successor possit excludere haben
tem regressum; quia cum sciret vacationem
beneficij, & subintraret regressus, & distule-
rit per longum tempus, vel per triennium se-
cundum Rotam agere contra possessionem,
præsumendum est, quòd regressum extinxerit,
& cassauerit.

Aut habens regressum ignorauit, & tunc
89 impetrans † non iuuatur allegatione Lapi;
quia in ignorante non cadit præsumptio extin
ctionis regressus: Et quòd contra ignorantem
90 non sit locus † allegationi Lapi inducitur ex
mente Sarnen. in d. q. 49. in fine, quia pręscrip-
tio nō currit contra ignorantē l. 1. C. de annal.
except. c. quia diuersitatem de concess. præben.

Sed hoc vltimum fundamentū Sarnen. licet
dicat per illud Rotam ita tenuisse, nō videtur
tutum, quia similitudo inter præscriptionem,
& allegationem Lapi non vsquequaque proce
dit, vt idem Sarnen. fatetur eadem q. 49. nu. 6.
91 & tantò fortius, quia † præscriptio longi tēpo-
ris currit contra ignorantē, l. fin. circa fin. C.
de long. temp. præscript. latè Balb. de præscrip.
92 quæst. 28. par. 4. quartæ partis princip. Quæ
conclusio procedit † etiā si aliquis sciat ius sibi
competere, & ignorat factum, quo mediante

K 2 com-

competit sibi exercitium illius iuris, vt post
Petr. de Perus. in tract. de quarta Episcopali,
& Coru.cons. 138. lib. 1. tenet idem Balb. in
d. quæst. 28. in fine. Istudquè pænitus dissol-
uit fundamentum prædictum, quia cum præ-
93 figatur † aliquod tempus in merum cuiuspiam
fauorē, non etiam in odium negligentis, tunc
id tempus statutum currit etiam ignoranti,
c. statutum de præben. in 6. & ibi glos. in verb.
numerandum, cum qua transeunt ibi Gemin.
& Franc. col. 1. vers secundo nota.

Vnde ego puto dicendum, quòd si volumus in isto casu impetrantem iuuari allegatione Lapi præsumēdo cassationem, & extinctionem regressus, & tunc vera est resolutio Cassad. & Sarnen. quia non potest præsumi cassatio in ignorante ex his, quæ dicta sunt in secundo casu. Si verò volumus allegationem Lapi procedere absque extinctione regressus, tunc res habet maiorem difficultatem, & inquirendum est, An possit præsumi superuenisse iustum titulum exclusiuum regressus: Quod mihi videtur durum, & non facilè occurre, nisi præsumamus Papam consensisse, & suspendisse regressum.

Igitur in hoc articulo sic distinguendum
censeo: Quòd aut potest præsumi titulus in
antecessore sine aliquo præiudicio iuris illius,
qui obijcit, quod iustificetur titulus prædeces-
soris, vt contingere potest in duobus impe-
trantibus per obitum antecessoris, & quæren-
tibus canonizare ius suum, vel in vno impe-
trante agente contra possessorem nullum a-
liud ius prætendentem, quàm solus possessio-
nis, & petentem se absolui, eo quia actor non
iustificat titulum sui auctoris; Vel quando
vnus resignauit simpliciter in manibus ordi-
narij, qui beneficium contulit, sed nulliter,
tamen prouisus stetit in possessione per trien-
nium reputatus, & tolleratus verus Rector,
vt est casus confictus à Sarnen. in dict. quæst.
16. versic. tamen prædictis non obstantibus,
&c. Et in istis, & similibus casibus, in quibus
94 præsumi potest † titulus in auctore absque
eo, quòd præsumamus contendentem cum
impetrante renunciasse, vel cessasse aliquod
ius, quia nullum ius præcedens prætendit;
Dico quod est locus allegationi Lapi absque
vlla consideratione scientiæ, vel negligentiæ
illius contendentis, quod iustificetur titulus
prædecessoris: Nam intrant rationes, argu-
menta Lapi, absque eo quòd aliqua ratio ha-
beatur scientis, vel ignorantis negligentis, vel
diligentis ex dictis supra in primo casu: Nam
iste modus probandi receptus fuit vtilitatis
gratia, & ob difficultatem probandi titulos a-
lienos, vt diffuse Lapus prosequitur.

Aut non potest præsumi titulus in auctore, nisi ex eo inferatur præiudicium iuri alicuius, vt resignatarij, cuius præsumitur retrocessio, vel regressatarij, cuius regressus cassatio præsumitur, qui est casus Cassad. & Sarnen. Et tunc commodius est præsumere retrocessionem, & extentionem per media habilia: Et sic est præsumendum, quod resignatarius, & regressatarius habuerint notitiam, nempe quod ille auctor remansit in possessione, & fuit habitus, & tolleratus pro vero Rectore, aliàs non commodè præsumeretur retrocessio, vel cassatio, qua non data non commodè præsumitur titulus. Et hoc planè procedit tenendo, quod non potuit subintrare titulus, nisi præsupponatur retrocessio, vel cassatio: Secus si posset dari titulus absque impedimento retrocessionis, & cassationis.

95 Concludo igitur, quód vbicunque † potest
præsumi ab initio titulus iustus, vel quòd
ex post facto superuenerit absque eo, quòd
extinguatur ius alterius, tunc sit locus alle-
gationi Lapi, nulla habita consideratione
scientis, & negligentis, qui prætendit ius in
beneficio, &c.

An dos à patre profecta mortua in matrimonio filia relictis post se liberis ad eundem patrem reuertatur, & quid in dote promissa sit statuendum breuiter declaratur. Cap. XLII.

SVMMARIVM.

1 *Dos à Patre profecta mortua in matrimonio filia relictis post se liberis non ad patrem, sed ad ipsos filios pertinet secundum consuetudinem Bulgari, qua per totum mundum seruatur, & num. 3.*

2 *Consuetudo generalis, & notoria non est probanda, sed asserenti in loco particulare contrarium seruari, onus probandi incumbit.*

4 *Dos à patre profecta ad filios pertinet mortua in matrimonio filia etiam si non fuerit numerata, sed tantum promissa.*

5 *Statutum loquens de dote data habet locum etiā in dote promissa.*

6 *Dos stante mora habetur pro data in præiudicium obligati.*

QVÆSTIO hæc, An soluto matrimonio per mortem vxoris superstitibus filijs dos à Patre profecta reuertatur ad ipsū Patrē, olim fuit valde cōtrouersa inter Bulgarum, & Martinū, vt refert Accursius in l. dos à Patre profecta, in ver. filia, C. solut. matrim. & post eū ibi omnes, & in l. post dotē ff. eod. tit. Et negatiuam acerrimè defendit Calder. cons. 1. per totū per donat. inter vir. & vxor. Salicet. in d. l. dos à patre Riminald. latissimè in d. l. post dotē, & Soc. Sen. cōs. 9. li. 1. Alij

vero

verò quàmplurimi affirmatiuam tenẽtes eam
communem appellant quos omnes hinc inde
fideliter refert Capic. decif. 176. ac Thefaur.
decif. 190.

Sed quidquid dicendũ fit in puncto iuris,om
nes in locis citatis in hoc conueniunt, quòd
de confuetudine à Curia Bulgari orta, Mar-
1 tini opinio feruetur, nempe quod † dos ipfa
ad filios,non autem ad Patrẽ pertineat,quam
fententiam tenuit etiam Bald.conf. 273.lib.1.
& conf. 307. lib.4. & 275. lib. 5. Caftren.conf.
310, par.1. Zabarel.conf.111. n.2. & 152. Et
2 talis confuetudo, cum fit † generalis,& noto-
ria non eft probanda,imò afferenti in loco par
ticulari contrarium feruari, onus probandi
incumbit; Odofred. in l.3. §. vtrum ff. de mi-
nor,& in l. iure fuccurfum.ff. de iure dot.Qui
dicit hanc effe confuetudinem totius Italiæ i
3 Imò totius † mundi confuetudinem iftam ap-
pellat Angel. in d.l. poft dotem n.4.Alex. nu.
102.Iaf.n.101.& 102. Curt.Iun. nu.25. Guid.
Pap.conf.12.n.8.& infinitos hoc idem atteftan
tes cumulat,& ponderat Capic. d. decif.176.
num.18. Quibus addo Neuizan.conf.45.n.37.
& feq. Gabr. conf.165. num.16. lib.2.& The-
faur. d.decif. 190. num.4.

Dubitari tamen folet, An dicta confuetudo
in dote etiam promiffa locũ fibi vendicet ftãte
quod difpofitio d.l.dos à Patre in dote data lo
qui tantũ videatur.Et quidẽ quòd non proce-
dat in dote promiffa,tenet Menoch.conf. 238.
* n.30.& feq.vbi de magis * cõmuni atteftatur,
Cephal.conf.709.n.9.lib.5.& Nonius conf.48.
4 nu.9.16. & 17. Sed contraria fententia verior
eft quam amplectuntur Socin. Iun. conf. 35.
n.16.lib.1.Dec. conf.35.per totum.Guid.Pap.
quæft.565. n.3.Siluan. conf.2.fub nu.74. verf.
non refragatur, Rolan. de lucro dot. quæft.5.
* n.9.de communi * Iofeph.Ludou. conclu.11.
in 1. ampliat,& Thefaur.d. decif.190.num.6.
Hanc quoque approbauit Rota in vna Clufina
dotis 12. Ianuarij 1598. coram Camillo Pe-
regrino, & per prius in vna Auximana dotis
14. Martij 1575. coram Cardinale Seraphino.
Vbi fuit etiam difcuffum,An intret dictæ con-
fuetudine effectus quãdo, & ipfi filij poft mor
tem matris deceflerunt. Et pro hac opinione
5 benè facit,quia videmus, quòd ftatutum† lo-
quens de dote data habet locum etiam in do-
te promiffa, Salicet. in l. fi conftante col.2.C.
de donat. ante nupt.Bart. conf.139. incip.fta-
tuto Ciuitatis,Socin. Iun. in rubr. ff. folut.ma
trim. in 2.par. num. 111. Calcan. conf. 31.
num.17. & 29. Alexan. conf. 63. in fine num.
66. verf. quia refpondeo lib. . latè Tiraquel.
de retract. conuentionali ad finem,num.32.&
in l. fi vnquam in verbo donatione largitus
num.170. C. de reuoc. donat.

Præterea hæc fententia fine fcrupulo dubi-
tationis procedit,quando pater,qui promiffit
dotem fuit in mora conftitutus,Bald. in l.fin.
n.2.verf. Ego confului C. de dot.promif.Nam
6 ftante † mora dos habetur pro data in præ-
iudicium obligati,vt per Bald.vbi fupra Caftr.
in l.iubemus §. fanè n.3.& 4.C. de Sacrof. Ec
clef.& in l.fin. n.2.verf.& hoc videtur verũ C.
ad leg.falcid.Alex. in l. fi donaturus §.fi quis
n.7.verf.aut pofterior fuit in mora dandi ff.de
condit.cauf.dat.& ibi etiam Iaf.qui alios alle
gat.nu.14. Socin.conf.32. num.7.lib. 3.Rolan.
conf.10. num. 6. lib.1.

Statutum Vrbis difponens de cõtractibus mulierum certa folemnitate celebrãdis, an habeat locum in mulieribus fideiubentibus. Cap. XLIII.

SVMMARIVM.

1 Statutum Vrbis lib.1.c.151.difponens de contractibus mulierum certa folemnitate celebrandis habet locũ etiam in mulieribus fideiubentibus.

2 Licet in quatuor tãtũ cafibus loquatur, procedit tamen etiã in alys, in quibus viget eadẽ ratio.

3 Comprehendit etiam contractum cum matre, licet fideiubeat pro filijs,vel principaliter cõtrahat in fauorem alterius quamuis refultet commodum filiorum, & n.4.

5 Item comprehendit etiam contractum iuratum.

6 Iuramentum nihil operatur, quando ftatutum detrahit fidem inftrumento obligationis.

7 Statutum Vrbis de contractibus mulierum celebrandis cum certa folemnitate non habet locum in muliere fe obligante ad fauorem pia caufa.

8 Item nec procedit, quando mulier fe obligat pro dote alterius mulieris, præfertim fi promiffio fit facta mulieri pauperi,quæ non poffit cõgruẽ dotari de bonis proprys,& num. 10.

9 Statutum quantumuis generaliter loquens non comprehendit caufam dotis,vbicumque dos fpecialiter priuilegiata reperitur.

11 Mulier poteft fe obligare pro dote alterius mulieris non obferuata forma ftatuti.

12 Item valet promiffio mulieris ex caufa dotis,nõ feruata forma ftatuti non folum fi mulier teneatur dotare, fed etiam fi non teneatur.

13 Non valet fi fideiubeat pro marito etiam ex caufa dotis.

14 Ampliatur, etiam quãdo maritus,& vxor fimul fe obligantes fe conftituũt principales debitores.

15 Item quamuis mulier principaliter fe obligauerit, & maritus fideiufferit pro eo.

16 Item licet mulier fe obliget cum focero, vel propinquo, aut fratre viri.

DISPVTATIO eft in
facro Rotæ Auditorio
frequens, & vtilis, An
ftatutum Vrbis lib. 1.
cap.151. difponens de
cõtractibus mulierum
certa folemnitate ce-
lebrandis locum ha-
beat in mulieribus fi-
1 deiubentibus. Et locum habere † eft refol-
uendum

uendum; Nam licèt dictum Statutum in
quatuor tantum casibus loquatur tamen pro-
2 cedit etiam † in alijs in quibus viget eadem
ratio Put. decis. 7. 85. & 160. lib. 3. Cre-
scen.decis.3.de constit. Rota decis.529. par.1.
diuer. Ideo procedit etiam in fideiussionibus,
vt in terminis fuit decisum in vna Romana fi-
deiussionis, 13.Maij 1596. coram Cardinale
Seraphino, & rursus in alia Romana Societa-
tis officij 4. Februarij 1602. coram Penia.

Extenditur primò conclusio hæc, vt proce-
3 dat, etiam si † mater fideiubeat pro filijs, quia
statutum comprehendit etiam contractum
cum matre, quando ex facie scripturæ apparet
damnum matris, vt fuit tentum coram Car-
dinale Mellino in causa Sancti Seuerini bono-
rum 8. Februarij 1602. Et idem est si mater
4 † principaliter contrahat in fauorem alterius,
licèt resultet commodum filiorum, Eugen.
cons.88.num.52.

5 Secundò extenditur, vt procedat † etiam in
contractu iurato, nam licèt fideiussio facta à
muliere cum iuramento, non seruatis solem-
nitatibus, valeat de iure communi, Bart. in l.si
quis pro eo num.11. vers.& ideo dico, ff.de fi-
deiussor, & fuit firmatum in causa Interam-
nen. mercium 4.Iunij 1597. coram Penia non
tamen valet attenta dispositione dicti statuti,
cum statutum non acquiescat cautelis à iure
communi inuentis, sed alterius non seruatis
solemnitatibus detrahat fidem instrumento
6 obligationis, qua † sublata iuramentum nihil
operatur, l.non dubium, C.de legib. Modern.
de priuil.iuram. priuil. 61.nu.11. & 18. & ita
tentum in allegata Romana fideiussionis co-
ram Cardinale Seraphino, vbi contractus mu-
lieris fideiubentis sine solemnitatibus statuti
fuit iudicatus inualidus, non obstante iura-
mento.

Sed quamuis dictum statutum etiam in cõ-
tractu fideiussionis locum habeat, vt dictum
est, nihilominus hoc limitatur, vt non proce-
7 dat, quandò † mulier se obligat ad fauorem
piæ causæ, quia tunc non requiruntur solem-
nitates statutariæ, vt fuit dictum in vna To-
lentina pecuniaria 26.Ianuarij 1590. coram
Comitulo.

8 Rursus, limitatur, vt non procedat † quo-
tiescunq; mulier se obligat pro dote alterius
mulieris; Nam licèt valde controuersum sit,
An statutum generaliter loquens indistinctè
comprehendat causam dotis, vt est videre
apud Hieronym. Gabr. cons. 20. nu.4. lib.2.
& apud Menoch. cons.142. n.6.lib.3. qui plu-
* res pro se cumulat, tamen Doctores * magis
communiter in eo conueniunt huiusmodi cau-
sam non comprehendi sub statuto quantum-
9 uis generaliter loquente, vbicumque † dos
specialiter priuilegiata reperitur, vt in pro-
posito casu, in quo dos habet hoc priuilegium
particulare, quòd mulier se possit pro dote
obligare, l.si dotare, & l.final. C.ad Velleian.
l.promittendo, ff.de iur.dot.Bald. Nouel. in
tract.de dot.par.6. priuil.12. nu.1.& 2. Cefal.
cons.408.num.9.lib.3.Natta cons.52.num.15.
lib. 1. Quam opinionem Rota semper ample-
xa est in terminis dicti statuti Vrbis, Put.de-
cis.160.lib.3.Caputaquen.decis.3. & 199.n.3.
par. 3. & fuit resolutum coram Cardinale
Blanchetto in vna Romana euictionis 27.
Martij 1588.vbi fuit allegatus, Salic. in l. fin.
n.3.in 4.notab. C. de iure dot. Quod maximè
10 verum est in promissione dotis facta † mulieri
pauperi, quæ non possit congruè dotari de
bonis proprijs, Alex.in l.si constante, nu.18.
ff. solut. matrim. Bald. Nouel. in d. tract. de
dote par. 5.num.4. Natta cons. 410. num.13.
lib. 2.

Et quòd non inualidetur promissio mulie-
11 ris facta ex causa dotis etiam † non seruata
forma statuti tradit Socin. cons.80.num.23. &
seq.lib.4. Ias.cons.157. in secundo dubio vers.
sed præmissis lib.2. Paris.cons.81.num.8.lib.3.
& ita in terminis statuti Vrbis tradit Capu-
taquen.d.decis.199.par.3.Et in terminis obli-
gationis factæ per mulierem ex causa dotis
non obseruata forma constitutionis Marchiæ
requirentis certas solemnitates pro validita-
te obligationum, & contractuum mulierum
tenuit Rota in vna Senogalien. dotis 15. Iu-
nij 1598.& 10.Martij 1599 corã Lancellotto.

Amplia limitationem istam, vt locum ha-
beat non solum in muliere, quæ tenetur dota-
12 re, sed etiam in ea, quæ † non tenetur, & cu-
ius necessaria non reputatur obligatio, vt fuit
resolutũ in vna Romana dotis, 29.Maij 1602.
coram Ortembergo per tex. in d.l.final. C. ad
Velleian. in illis verbis pro qualibet muliere,
cum qua licitum est matrimonium contrahe-
re, quæ non sunt restricta ad eas, quæ neces-
sario dotantur, sed omnes generaliter com-
prehendunt.

13 Sublimita, vt non procedat, quando † mu-
lier fideiubet pro marito, quia pro eo non
potest intercedere, nec etiam ex causa dotis
vt probat tex.in auth.si qua mulier, C.ad Vel-
leian. inducendo prout facit Bero. qui latè
post Bart.istud comprobat cons.48. per totum
lib. 1. & eum refert, & sequitur Honded. in
cons.45.num.24.lib.1. Ratio est quia dos hoc
in casu non est specialiter priuilegiata, Vnde
statuti dispositio non cessat.

Amplia hanc sublimitationem, vt locum
14 sibi vendicet etiam † quando maritus, & vxor
simul se obligantes ambo se constituunt prin-
cipales debitores, ad tradita per Iacob. de
Beluis in d.Authen. si qua mulier, & ibi Bald.
num. 13. & Salic.n.8. C.ad Velleian. Aret. in
§.item si in iudicio, num.39. vers.quid si vir,
instit. de except.

15 Secundò amplia etiãsi † mulier principali-
ter se obligauerit, & maritus fideiusserit pro
ea quia adhuc præsumitur mulierẽ intercede-
re pro viro, & dicitur color quæsitus, vt inquit
Bald.in d.auth.si quam mulier, n.9.& Salicet.
etiã n.9.Aret.vbi supr.n.38.vers.quid è cõtra.

Tertiò

16 Tertiò etiam ampliaslicèt † mulier se obliget cum socero, vel propinquo, aut fratre viri, quia adhuc viri contemplatione se obligasse præsumitur, & obligatio non tenet Nicol. de Mattarel. in d. Authen. si qua mulier, & ibi Bald. nu. 1. & Salic. num. 4. Aret. in d. §. item si in iudicio, num. 37. vers. & aduertas Instit. de exception.

Conditio, si contraxerit matrimonium cum vna ex filiabus, N. iniuncta legatario, vt dicatur impleta, an sufficiat vnam tantum fuisse requisitam, quæ recusauerit nubere, vel potius vtraque sit requirenda. Cap. XLIV.

SVMMARIVM.

1 *Conditio alternatiua negatiua concepta vtriusque concursum requirit.*

2 *Conditionis alternatiuè sensus contrarius quid importet.*

3 *Casus impotentia quoad purificationem conditionis includit casum voluntatis in actibus necessarijs, non vbi electio est data legatario, & num. 10.*

4 *Conditio, si contraxerit matrimonium cum vna ex filijs N. iniuncta legatario dicitur impleta, si vna fuerit requisita, quæ recusauerit nubere.*

5 *In conditionibus alternatiuis electio est legatarij, quando verba sunt directa in eius personam, secus quando in personam hæredis diriguntur, quia tunc electio est ipsius hæredis, & num 6.*

7 *Conditio habetur pro impleta, quando deficit facto illius, in cuius persona impleri debuit.*

8 *Legatum factum sub conditione affirmatiua alternata quomodo sub contraria conditione ad emptum videatur, ex Socino declaratur.*

9 *Tex. in l. vter ex fratribus, de condit. instit. explicatur.*

TESTATOR legauit Francisco eius ex fratre nepoti scuta mille in euentum, in quem ipse Franciscus matrimonium contraheret cum vna ex filiabus N. Vndè legatarius vnam ex dictis filiabus requisiuit, quæ cum eo nubere recusauit: Quæritur an teneatur alteram requirere ad effectum, vt dicatur satisfecisse voluntati Testatoris.

Pro parte affirmatiua adducitur, quia in hac conditione si nupserit cum vna ex dictis filiabus, non potest dici per legatarium stetisse, quominus conditioni pareret nisi constet, ipsum cum nulla earum nubere potuisse, quia dicta conditio ad effectum, vt dicatur impleri non posse, videtur resolui in alternatiuam negatiuè conceptam, videlicèt si cum neutra, vel si cum altera nubere non poterit, in qua al-
1 ternatiua requiritur † concursus vtriusque, nempe quòd nec cum vna, nec cum altera nubere potuit, vt declarat Butr. in c. inter cætera, n. 8. in fine, & ibi Abb. num. 2. de rescript. Ias. in l. cum quidam in fine de verb. obligat. & videtur tex. in l. si is, qui ducenta, §. vtrùm, ff. de reb. dub.

Et quandò etiam non esset constituenda differentia, an negatiuè, vel affirmatiuè concipiatur alternatiua, vt putat Dec. in d. c. inter cæteras, num. 6. vers. & conclusio, tamen cùm in hoc casu affirmatiua hæc, si cum vna ex dictis filiabus matrimonium contraxerit, habeat, vt dixi implicitam contrariam negatiuam, si cum neutra contrahet, ad veritatem istius negatiuæ requiritur, quòd cum neutra contrahere possit, vt sentit Din. in regul. in alternat. nu. 6. de reg. iur. in 6. Dec. in loco proximè citato, vt declarat etiam Felin. ibidem, num. 16. vers. fallit quarto. Er extat bonum exemplum apud Socin. cons. 52. maximè sub num. 12. vers. ad quartum lib. 1. vbi in simili
2 docet sensum † contrarium condirionis alternatiuæ importare, quòd vtraque pars deficiat, quia quemadmodù in sensu affirmatiuo sufficir alreram impleri, ita in sensu contrario requiritur, quòd vtrique satisfiat, vt verbi gratia, si dictum sit, si Titius, aut Seius erit consul dabit centum; sufficit enim ad consequendum centum alterum horum esse Consulem; à contrario verò, vr stipulatio non committatur, necesse est neutrum ipsorum esse consulem; Nam & in proposito, quamuis pro consequendo legato sufficeret Franciscum contraxisse matrimonium cum altera ex dictis filiabus, tamen à contrario, vt dicatur non potuisse contrahere, necesse est, quod cum neutra potuerit contrahere: Et sic videtur, quod vtraque sit requirenda; Nam licet vna tantum requisita verum sit dicere; alteram earum nolle nubere, tamen potest simul esse verum alteram velle, vt dicit tex. in d. l. si is, qui ducenta, §. vtrum; Et facit tex. in l. vter ex fratribus de condit. instit. vbi ad effectum condirionis adimplendæ sufficit, quod alter ex fratribus ducat consobrinam in vxorem, sed ad effectum, vt non dicatur impleta requiritur, quòd neuter illam duxerit. Et ideò non videtur conditioni satisfactum, nec constare, quod ei satisfieri non possit, nisi vtraque ex dictis filiabus requisita fuerit, & vtraque recusauerit.

Nam sicut si vna earum fuisset mortua, tenebatur legatarius requirere filiam superstitem, qui casus est indubitabilis; ita quoque dicendum videtur, si altera earum
3 nollit nubere, quia casus † impotentiæ includit casum voluntatis quoad purificationẽ condi-

conditionis, vt est tex. in c. prudentiam §. adijcimus, & ibi Abb. de offic. delegat. Barbat. ibidem in princ. & de communi Dec. in c. scissitatus nu. 5. de rescriptis: Et hæc sunt, quæ pro parte affirmatiua in medium deducũtur.

Sed istis non obstantibus existimo contra-
4 rium esse verius, Quod imo † legatarius non
teneatur vtramquè filiã requirere: Moueor,
quia conditio hęc, si cum vna ex dictis filiabus nuptias contraxerit, resoluitur in alternatiuam, videlicet si cùm vna, vel cùm alia contraxerit, & ideò cùm versemur in condi-
5 tione alternatiuè concepta, est † in potestate
legatarij quàm vult ex dictis filiabus in vxorem ducere l. plerumquè in fine de iur. dot. l. si is, qui ducenta §. vtrum de reb. dub. Corn. cons. 215. nu. 2. vers. licet in legatis lib. 4. Præsertim quando alternatiua est concepta verbis affirmatiuis, Ruin. cons. 167. n. 19. lib. 1. Et quando verba sunt directa in personam legatarij, vt in casu isto, Nam tunc
6 electio est ipsius legatarij, sicut etiam est † ip-
sius hæredis, quando ad eum verba diriguntur, vt per Glos. in l. Lucio ff. de leg. 2.

Vndè cùm legatarius habeat electionem nubendi vni ex dictis filiabus, cui vult, & ipse elegerit vnam, quæ nubere recusauit, non est dubium, quòd illa recusante habetur perindè, ac si nuptiæ fuissent celebratæ, ex quo conditio defecit ex facto eiusdem filiæ, in cuius persona conditio impleri debuit, per tex. in l. in testamento la 2. de condit. & demonstr. l. 1. C. de instit. & substit. l. 1. C. de his quæ sub modo d. l. vter ex fratribus, de condit. instit. & consequenter ex iuris inter-
7 pretatione cõditio dicitur † adimpleta, quod
sufficit vt not. Ias. in l. huiusmodi §. legatum nu. 5. de leg. 1.

Nec dicatur stare per legatarium, ex quo recusante vna potest requirere alteram filiã, quo casu non censetur satisfecisse intentioni testatoris, quæ est, quod cum vna ex dictis filiabus contrahat matrimonium; Quia stante facultate legatarij eligendi quam ipse vellit, vt supra dictum est, recusante vna non tenetur aliam requirere aliàs alternatiua non esset posita ad sui commodum; & si legatarius esset obligatus aliam requirere auferretur ei electio data à testatore, quod nõ est dicendũ.

Non obstat quod hæc conditio affirmatiua resoluatur in alternatiuam negatiuè conceptam; quia dico, quod quamuis in hac materia Doctores controuertant, an sit constituenda differentia inter alternatiuam affirmatiuè, vel negatiuè conceptam, vt per Dec. in d. c. inter cęteras n. 6. Euerard. in loco à natura alternat. vers. 2. istud argumentum formatur; tamen quidquid sit non releuat, quòd hęc conditio affirmatiua resoluatur in cõtrariam dispositionem, quasi datum sub ista cõditione affirmatiua alternata sub cõtraria cõditione ademptũ videatur, quia, vt aduertit
8 † Socin. cons. 52. nu. 12. vers. ergò in casu no-
stro, lib. 1. si hoc attenderetur nunquàm verificaretur conditio alternatiua in altera parte: Sumendum est igitur argumentum in casu de quo agitur hoc modo; Si Franciscus cùm vna contraxerit matrimonium, vel per eum non steterit, quominus cùm vna contraheret, consequetur legatum, sub contraria verò conditione non consequetur legatum, si nec cùm vna, nec cùm alia nuptias cõtraxerit, ad cuius alternatiuę negatiuæ exclusionẽ sufficit, quòd cum altera voluerit contrahere, & ipsa recusauerit, quia hoc casu non verificatur conditio negatiua in vtraquè parte, prout necesse est illam verificari, ad hoc, vt legatum censeatur ademptum, vt benè declarat Socin. vbi suprà.

Nihil etiam facit tex. in d. l. vter ex fratri-
9 bus de condit. instit. quia vt declarat † ibi
Paul. de Castro, si consobrina neutrum ex fratribus vult ducere, ambo fratres erunt hæredes pro æquali portione, ipsi enim non poterant eligere, sed erant eligendi à consobrina; sed in casu nostro in contrarium est ratio manifesta, quia legatarius habet electionem, & recusante electo, nõ tenetur amplius aliam requirere.

Et sic tollitur etiam, quod dicitur casum impotentiæ includere casum non voluntatis,
10 quia id † procedit in actis necessarijs, non
vbi electio est data legatario, vt hic, quia testator non restrinxit Franciscum, sed voluit illi faciliorem viam parare, vt posset eligere quam vellet.

Ex quibus concludo per Franciscum fuisse satisfactum voluntati testatoris requirendo vnam ex dictis filiabus, nec esse obligatum aliam requirere, vt cum illo vellit nuptias contrahere.

Conditionem fideicommissi extare ex proposita facti specie demonstratur. Cap. XLV.

SVMMARIVM.

1 *Filij filiorum institutorum ex legis dispositione secundum præsumptam voluntatem testatoris, censentur in conditione positi in reciproca substitutione eis vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum facta.*

2 *Cons. Oldr. 21. locum habet, quandò conditio, si sinè filijs, substitutioni apposita est momentanea, non autem, quandò est successiua.*

3 *Conditio successiua dicitur, quandò fit substitutio, si omnes filij instituti decedant quandocunque sinè liberis, & descendentibus.*

4 *Dictio (descendentibus) apposita in substitutione post verbum filijs operatur successiuitatem, & comprehendit omnes in infinitum & n. 6.*

5 *Substitutio facta hæredi, si decederet sine filijs, & liberis, intelligitur facta sub conditione, sile-*

successiua, & duplici, sicut si esset facta hæredi instituto, si ipse decederet sine filijs, & filij filiorum sine descendentibus.

7 *Defectus liberorum, & descendentium requiritur tempore mortis grauati iux. cons. Oldr. 21.*

8 *Cons. Oldr. 21. procedit, quando substitutio fit sub conditione si decesserit sine liberis, non autem si ad ampliationem addatur, & descendentibus.*

9 *Successiuitas conditionis ex quibus coniecturis probetur.*

10 *Cons. Oldr. 21. non procedit, quandò testator vltimo ex filijs decedenti sine liberis, & descendentibus masculis, substituit agnatos collaterales.*

11 *Item non procedit, quandò substitutio, & fideicommissum fuit factum causa agnationis conseruandæ.*

12 *Voluntas disponentis ex ratione declaratur.*

13 *Dictio relatiua (ipsis) iuncta dictioni vniuersali in substitutione, quid operetur.*

14 *Dictio (omnibus) efficit, vt comprehendantur ea, quæ alias non comprehenderentur.*

15 *Interpretatio semper fieri debet, vt dispositio sit conformis menti testatoris.*

16 *Conditio subintellecta à l. cum Auus de condit. & demonstr. habetur pro expressa, etiam si statutũ mandet verba testatorum ad litteram intelligi.*

17 *Ruin. cons. 181. n. 3. lib. 2. declaratur, & n. 18.*

CAMILLO filio Valerij Testatoris, & hæredi instituto pro dimidia, quia mortuus est sine filijs, successit partim ab intestato, partim ex fideicommisso Ægidius alter filius, & hæres pro altera dimidia eiusdem Valerij Patris ex reciproca substitutione, quæ fuit in primo gradu inuicem facta dictis Ægidio, & Camillo, sub conditione, si sine liberis decederent, subintellectu à lege ex præsumpta mente testatoris l. cum Auus de condit. & demonstrat. vbi expressè dicitur, præsumi testatorem hoc dixisse, quamuis scriptum non fuerit.

Cum igitur Valerius in primo gradu substitutionum filios institutos tàm natos, quàm nasciturос, quos pariter instituerat, inuicem substituisset, si sine liberis decederent, quæ conditio censetur expressa, vt probat d. l. cum Auus; fecit secundum gradum substitutionis in hæc verba.

Et ipsis omnibus decedentibus quandocũquè sine liberis, & descendentibus masculis, vltimo ex eis sic decedenti substituit Iulium, & Alfonsum ipsius testatoris fratres in capita, & præmortuorum liberos, & descendentes in stirpes, declarans velle bona sua perpetuò stare, & conseruari in familia, & prohibens detractionem trebellianicæ.

Mortuus autem est post Camillum Ægidius cùm Hieronymo, & Frãcisco filijs, & deinceps mortuo Hieronymo sine filijs, obijt vltimo loco Franciscus sine filijs legitimus, & naturalibus, relicta Sulpicia filia illegitima, quæ dicitur legitima, & viuentibus ex Iulio, & Alfonso fratribus testatoris præmortuis Pompeo, & Hortensio eorum respectiuè filijs legitimis, & naturalibus.

Igitur dubitari contingit, An per mortem Francisci filij Ægidij, & nepotis testatoris, in quo desijt linea masculina descendentium testatoris, conditio fideicommissi extitisse dicatur? Et affirmatiuè resoluendum puto; Nàm illa substitutio in hæc verba concepta, & ipsis omnibus descendentibus quandocunq; sine liberis, & descendentibus masculis, tunc vltimo ex eis sic decedenti substituit Iulium, & Alfonsum ipsius testatoris fratres in capita, & præmortuorum liberos, ac descendentes in stirpes, duplici modo interpretari potest. Primò, vt illa dictio (ipsis) referat solùm filios institutos, vt vltimo ex eisdem filijs decedenti sine liberis, ac descendentibus succedant substituti; Altero autem modo, vt referat etiàm liberos filiorum institutorum, qui ex le-
1 gis † dispositione secundùm præsumptam testatoris voluntatem censentur in conditione positi in reciproca substitutione eis vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum inuicem facta, iux. l. cùm Auus, de condit. & demonstrat. secundùm quam interpretationem substitutio de fratribus testatoris, & eorum filijs facta vltimo sic decedenti, necessario intelligeretur facta Francisco, qui vltimus omnium decessit.

Ego autem arbitror quocunquè modo hæc substitutio intelligatur, admittẽdos esse Pompeum, & Hortensium filios fratrum testatoris præmortuorum: Siquidem etiàm secundùm primam interpretationem, quamuis Ægidius vltimus ex filijs institutis mortuus sit cum Francisco filio masculo, tamen satis est Franciscum posteà decessisse sine filijs masculis, quoniam cons. Oldr. 21. cum congestis per Ant. Gabr. de fideicom. conclus. 7. locum
2 † habet, quando conditio, si sine filijs, substitutioni apposita est momentanea, non autem quando ex mente testatoris collecta ex verbis vel dispositione testamenti, apparet illam esse successiuam, itaut sufficiat filios, qui tempore mortis grauati superstites fuerunt, decedere postea sine filijs, Aym. cons. 98. num. 1. & 14. Socin. cons. 250. col. 7. vers. infertur, & secundò lib. 2. Cefal. inter cons. Port. 46. num. 21. Gabr. d. conclus. 7. n. 4. latissimè Paul Leon. cons. 27. lib. 2. inter cons. vltim. volunt. n. 84. vsquè ad n. 91. Rimin. Iun. cons. 21. num. 53. lib. 1.

Prima autem coniectura, quæ hoc in casu suadet testatorem voluisse conditionem esse successiuam, non autem momentaneam, colligitur

sigitur ex verbis substitutionis, quia non est
facta simpliciter sub conditione si filij institu-
ti decederent sinè filijs, veluti in l.pater Seue-
rinam, §.1.de condit.& demonstr. l.cum vxo-
ri, C.quando dies leg.ced. l.ex facto §.pen. ad
trebell. & ponit quæstionem Paul. cons. 97.
num. 3. lib. 2. & alij plurimi: vel sub condi-
tione, si sine hæredibus de suo corpore natis,
vt ponit Cyn. in anthen. sed & si quis, in fin.
3 C.de secund.nupt. Sed sub conditione, † si om
nes filij instituti decederent quandocunque
sinè liberis, & descendentibus, quo casu illa
dictio (descendentibus) esset superflua, nisi
operaretur successiuitatem, vt sufficeret filios
filiorum, qui soli hoc casu continentur sub no-
mine liberorum propter dictionem subsequen
tem magis generalem (descendentes) decede-
re sine descendentibus, vt in terminis scribit
Paris.cons.57.lib.2. qui vt ex principio consi-
lij apparet loquitur de substitutione facta, vt si
Zambonus hæres institutus decederet sine fi-
lijs, ac descendẽtibus masculis, succederet Co-
mes Calza, & quamuis Zambonus decessisset
cum Gaspare filio, tamen respondit extitisse
conditionem fideicommissi, quoniam Gaspar
decessit sine filijs, quia conditio propter di-
4 ctionem † descendentibus oppositam post di-
ctionem filijs, erat successiua, vt concludit,
col. fin. & idem decidit idem Paris. cons. 75.
5 n.60.eod. lib.2 Vbi tradit substitutionem† fa-
ctam hæredi, si decederet sine filijs, & liberis,
intelligi factam sub conditione successiua, &
duplici, sicut si esset substitutio facta hæredi
instituto si ipse decederet sine filijs, & filij fi-
liorum sine descendentibus, iuxta doctr. Bart.
in l.& si sic, §.1.ff.de leg.3.& in l.centurio, nu.
37.& magis ad propositum, Bald. in l.præci-
bus col.fin.n.49.C. de impuber. & ibi Salic.n.
26.q.6. Et hanc opinionem sequitur etiam Si-
mon de Præt.de interpr. vlt.vol.lib.3.num.10.
fol.317.& Decian.cons.46. col.pen.inter cons.
Port.Imol & ita circumscriptis etiam conie-
cturis decidit Rota ponderata adiectione
6 verbi, † descendentibus, quod omnes in infi-
nitum continet ex not.in l. Gallus, §.quidam
rectè de lib. & posthum. coram Vicecomite
in causa Bononien. de Elefantucijs die 14.
Nouembris 1584.

Et quamuis huic opinioni obstet illa ratio,
7 quod defectus † liberorum, & descendentium
videtur requisitus tempore mortis grauati,
itaut si quis existat ex descendentibus, defi-
ciat substitutio, vt Old. ait d.cons.21. & per-
cipitur ex notat à Socin.in l.solemus, in fine,
de condit.& demonstr. Tamen dico non opor-
tere in hoc casu qualitatem adesse tempore
verbi, idest tempore mortis, sed sufficere, vt
postea verificata fuerit, iuxta not. per Card.
in c. perpendimus de sent. excom. numer. 7.
Sarnen. in regul. de annal. par. 5. quæst. 50.
in fine, & dixit Rota in eadem Bononien. de
Elenfantucijs. Et sic licet Oldr. in d.cons.21.
loquatur quandò scilicet in conditione positi
sunt alternatiuè filijs, vel nepotes, vel descen-
dentes, tamen dici potest aliud esse cum testa-
tor copulatiua vtitur, vnde perspicua est vo-
luntas ampliandi, vt Paris ait, vbi supra;
8 Vel dici potest † Oldr. decisionem esse appro-
batam non in casu nostro, sed secundum ter-
minos, l.ex facto, §.pen. ad trebel. l.cum vxori,
C. quando dies leg. ced. l. pater Seuerinam,
§.1.de condit. & demonstrat. cum simil. quan-
do scilicet substitutio fit sub conditione, si de-
cesserit sine liberis, non autem si ad amplia-
tionem addatur dictio, & descendentibus: Et
quidem negari nequit, quin adiectio huius di-
ctionis magnam coniecturam faciat pro suc-
cessiuitate conditionis, maximè in casu no-
stro, in quo adsunt aliæ coniecturæ efficaces,
& concludentes.

9 Prima est quod testator † exclusit filias
proprias, imò etiam neptes filias filiorum hæ-
redum institutorum, eisque prætulit agnatos
collaterales, & consequenter verosimilius est
voluisse illos præferre pronepotibus, l si viua,
C.de bon.mat.Soc. d.cõs.250.col.4.in fi.lib.2.

Secunda coniectura est, quia testator vlti-
mo ex filijs decedenti sine liberis, & descen-
dentibus masculis substituit agnatos colla-
10 terales, quo casu † non procedit d.cons.Oldr.
21. vt notat. Curt.Iun. in cons.121.n.15. Aym.
cons.98.nu.1.Gabr.d.conclus.7.num.7.

Tertia est coniectura, quia substitutiones,
& fideicommissa facta sunt à testatore causa
agnationis conseruandæ, nam voluit bona
perpetuò stare, & conseruari in familia, &
prohibuit detractionem trebellianicæ, quæ ra-
11 tio facit † ne sit locus cons. Oldr. sed substitu-
tio facta censeatur etiam si filij filiorum, qui
extiterint tempore mortis grauati postea de-
cedant sine descendentibus, quia non cense-
tur considerata conditio ipsa, sed eius effe-
ctus, vt tradit Socin. d. consil. 250. libro
2. columm. 1. versic. secundò, quia testator,
Anchar. cons. 27. colum. penult. versic. Non
obstat si dicatur Marian. Inn. cons. 160. num.
73. Gabr. d. concl. 7. in fine. Ratio enim
conseruandi bona perpetuò in agnatione sua-
det, vt etiam in hunc casum videantur agna-
ti vltimò ex filijs institutis substituti, quia ex
12 † ratione declaratur mens disponentis, l.cum
pater, §. dulcissimus de leg. 2. Bart. in l. pa-
ter fundum, §. filiam de leg. 3. & ibidem Al-
ciat. Roman.cons.457. num.2. Alex. cons.59.
nu. 3. lib. 3. Cum igitur ratione conseruandæ
agnationis testator prohibuerit alienationem
& detractionem trebellianicæ, & excluserit
filias, & neptes fœminas eisque prætulerit
agnatos, quos exclusis fœminis vocauit post
mortem omnium filiorum institutorum sine
descendentibus masculis consequntus est ipsũ
sensisse de conditione successiua itaut sub-
stitutio non expiraret mortuo aliquo ex fi-
lijs cum filio, quoniam hoc repugnat ra-
tioni quæ patefecit testatorem intellexisse
de conditione successiua per quam admittan-
tur

tur agnati etiam si filij hæredum institutorum decederent sine filijs masculis exclusa filia Francisci legitimata Socin. d. conf. 250. col. 4. in fine, & col. 7. Grat. conf. 5. col. pen. lib. 2. Crot. cõs. 58. n. 11. 12. & 19. Decian. cõs. 46. n. 21. & 22. inter conf. Port. Marzar. cõs. 4. nu. 11. & 22. Simon. de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 3. nu. 10. fol. 316. Parif. d. conf. 57. per tot. lib. 2. Et certè si testator de hoc fuisset interrogatus, an voluisset filiam legitimatam Frãcisci præferri agnatis respondisset quòd non stantibus coniecturis de quibus supra vnde istud debet haberi pro expresso, glos. in l. tale pactum §. fin. de pact. & not. in l. Titius §. Lucius vbi Bart. & alij de liber. & posthum.

Ex his concludo etiam secundum primam interpretationem, vt dictio illa (ipsis) referat solum filios institutos, Ægidium qui vltimus ex eis decessit, quoniam Camillus decessit sine filijs, & alij nati non sunt censeri grauatũ restituere Pompeo, & Hortensio hæreditatem in casum qui euenit mortis Francisci sine filijs, quia intelligitur grauatus sub duplici cõditione si ipse decederet sine filijs, vel ipso decedente cum filijs filij sine liberis decederent.

Alio modo interpretari possunt eadem verba, vt sub illis verbis, & dictione relatiua (ipsis, iuncta dictione vniuersali, omnibus contineantur non solum filij instituti, sed etiam eorum liberi, qui sub conditione si sine liberis subintellecta à lege censentur anteà expresi d. l. cum Anus, Nam cum illa verba, & ipsis omnibus referant substantiuum incertum, & sint vniuersalia comprehendunt non solum filios in dispositione positos sed etiam descẽdentes filiorum, quos testator præsumitur ex dispositione legis in conditione posuisse: Si quidem quod huiusmodi † dictio relatiua

13 (ipsis) iuncta dictione vniuersali referat etiã positos in conditione not. Socin. d. conf. 250. n. 4. in fine ante num. 5. Cuman. conf. 13. Nã cum quæ principaliter sint in conditione subintellecta expresi descendentes filiorum sicuti filij instituti in substitutione debet relatio fieri ad omnes Bart. in l. fin. §. Titia. de lib. leg. maximè propter vim dictionis † vniuer-

14 salis (omnibus,) quæ efficit, vt comprehendantur etiam illa, quæ alias nõ comprehenderentur l. Iulianus de leg. 3. Socin. d. conf. 250. nu. 5. Et quidem hoc casu esset hæc dictio prorsus superflua, nisi hoc operaretur; satis enim fuisset dicere, & ipsis filijs decedentibus: Præsertim cum ex coniecturis, & ratione fideicommissi expressa perspicuum sit voluisse testatorem prouidere conseruationi agnationis, qui effectus sequi nequit si velimus esse locũ etiam hoc casu d. conf. Oldr. 21.

15 Et facienda † est semper interpretatio, vt dispositio sit conformis menti testatoris Aret. conf. 88. nu. 3. Socin. Iun. conf. 139. nu. 9. lib. 1. Cum igitur eadem ratio vigeat, vt referantur positi in conditione, & testator relationem simpliciter fecerit nec alijs nec descendentibus nominatis dubitari nequit quia etiam descendentes filiorum sint relati, & sic substitutio facta sit tãm filijs, quam eorum descẽdẽtibus, decedentibus sine filijs masculis, & vltimo ex eis, sic decedenti; Ergo secundum hanc interpretationem substitutio est Francisco expresè facta casu quo decederet sine filijs masculis, quia ipse decesit vltimus ex descendentibus filiorum institutorum.

Et quamuis illa conditio in substitutione reciproca non legatur in testamento tamen satis est, quod ex verbis testamenti inferatur Bald. in l. 1. C. de his qui ant. ap. tab. col. fin. not. in l. de his ff. de transact. Socin. in d. l. cũ Auus nu. 88. Vbi quod expresio facta probatur præsumptione legis. Testator enim non se restrinxit ad eos, qui legerentur in suo testamento, sed ad eos, qui continebantur in parte præcedenti, & qui ex dispositione legis censentur à testatore ipso expresi, vt percipitur ex notat. post Bart. à Socin. in d. l. cum Auus nu. 62. 71. & 88. & Corn. in l. generaliter §. cum autem col. 3. in princ. C. de instit. & substit. & Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 8. nu. 12. qui concludit post

16 Socin. d. n. 88. conditionem † censeri expressam, & subintelligi etiam si statutum mandet verba testatorum ad literam intelligi. Ergo illa verba, Et ipsis omnibus decedentibus quandocunque sine liberis, & descendentibus masculis tunc vltimò ex eis sic decedenti, &c. hunc sensum habent, & decedentibus omnibus filijs institutis, vel filiorum institutorum descendentibus masculis tunc vltimo ex eis sic decedenti succedant fratres, vel eorum filij; Ergo Francisco, qui vltimus ex descendentibus filiorum sic decesit fuerunt expresè substituti dicti Pompeus, & Hortensius filij fratrum testatoris.

Nec dici potest secundum hanc interpretationem fideicommissum esse inutile, quasi Franciscus non reperiatur honoratus à testatore, sed solum in conditione positus l. ab eo C. de fideicommis. Nam hoc casu censetur honoratus propter coniecturas vrgentes, quæ concurrunt, quæ simul iunctæ sine dubio sufficiunt ad limitationem glos. in l. Lucius la 2. ff. de hæred. instit. Etenim Franciscus est descendens ex filio, & est expresè grauatus, vt ostensum fuit, & descendentes filiorum sunt in conditione positi cum qualitate masculinitatis sæpius repetita, & plures facti sunt substitutionum gradus, & omnes gradus facti sunt ratione agnationis conseruandæ, Ideo dubitari nequit quia omnes descendentes in conditione positi sint vocati, Nam quamuis aliæ multæ coniecturæ præmissæ per se non sufficerẽt quæ singulæ probabiles sunt, vt percipitur ex not. à Card. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 3. nn. 1. 2. 3. & 13. tamen ratio agnationis conseruandæ, quæ perse est potentissima, & concludens sine dubio cum illis sufficit,

c it, vt not. Cagnol. in l. 1. C. de pact. nu. 52. qui alios citat Gabr. de fideicomm. conclus. 4. nu. 28. & in terminis nostris Card. Maut. d. tit. 3. nu. 15.

Nec præmissis obstat, quod relatio fieri debeat ad filios in dispositione positos non autem ad illos, qui sunt positi in conditione, vt
17 per Ruin. cons. 181. n. 3. lib. 2. Quia hoc † posset procedere in casu in quo non possent omnes sub dispositione comprehendi; tunc enim potius esset facienda relatio ad nominatos in dispositione sed cum in casu nostro tam filij, quàm filiorum filij sint principaliter nominati vtiquè secundum doctr. Bart. in d. l. fin. §. Titia de lib. leg. debent omnes contineri; Bart. enim nullam differentiam facit quomodo nominati sint, dummodò sint principaliter, non autem solum ad demonstrationem nominati Socin. d. cons. 250. col. pen. in fine,
18 & col. fin. in princ. & in hac re ni fallor † Ruinus decipitur quatenus differentiam facit eo casu quo omnes comprehendi possunt inter nominatos in dispositione, vel in conditione; Quatenus autem in casu suo vult in substitutione aliorum superstitum non contineri positos in conditione, benè loquitur, quia ille dictiones, aliùs, & superstites referunt nominatos per nomina propria; Hoc igitur casu in quo nulla dictio est adiecta per quã dici posfit ab hac parte esse exclusos positos in conditione, illa interpretatio capienda est, vt etiã ipsi contineantur sub illis verbis, & ipsis omnibus.

Nec facit, quod dictio, ipsis, sit personalissima, quia non agimus, hic, vt aliæ personæ comprehendantur quàm expressè, sed dicimus referri per eam dictionem æque filios institutos, sicut filios in conditione positos & sic personalitatem retinere. Idcircò Socin. d. cons. 250. num. 5. & col. pen. in fine lib 2. per dictionem, ipsis, vult referri omnes descendentes tam nomine proprio, quàm sub collectina illa dictione contentos: Et cum in casu nostro eadem ratio agnationis conseruandæ militet nulla est ratio, cur velimus filios in conditione positos non contineri, cum hoc modo intentioni testatoris melius, & plenius satisfiat.

Concludo igitur admittendos esse Pompeũ & Hortensiũ filios fratrum testatoris præmortuorum exclusa sulpitia filia Francisci tanquã substitutos expressè ipsi Francisco si ea verba, & ipsis omnibus, &c. comprehendant etiam descendentes filiorum; Et si non comprehendant, sed referant solos filios institutos, nihilominus admittendos esse ad fideicommissum, vbi substitutos Ægidio, qui vltimus decessit ex filijs sub duplici conditione veluti in prima parte declaratum fuit, &c.

Quandò duo notarij simpliciter sunt rogati, An censeantur rogati insolidùm, itàut instrumentum publicatum ab vno tantùm probet, eleganter explanatum. Cap. XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Notarij duo si sint rogati simplicite r, præsumuntur rogati in solidum. & instrumentum publicatum per vnum tantum probat.*
2 *Notariatus officium est publicum auctoritate & vtilitate, vel saltem publicum auctoritate.*
3 *Quando duo adhibentur simpliciter qui habent officium publicum saltem auctoritate semper eis censetur concessa auctoritas insolidum.*
4 *Procuratores vel de legatis si plures adhibeantur simpliciter non censentur dati insolidum sed coniunctim.*
5 *Notarij Iudicibus ordinarijs æquiparantur.*
6 *Notarius assumptus, vt roget se cum alio intelligitur simul, & non insolidum.*
7 *Subscriptio vnius notarij sufficit, quando instrumentum datur in publicam formam licet sit necessarium, quod duo interueniant in receptione instrumenti si partes itá conuenerunt, & num. 8.*
9 *Instrumentum publicatum ab vno notario tantum ex duobus simpliciter rogatis probat quando alter est mortuus, vel se subscribere non potest.*
10 *Non probat quando statutum ad tollendam falsitatem, & erroris materiam disponit, quod ambo notarij etiam simpliciter rogati in Instrumentorum publicatione se debeant subscribere nisi adminicula concurrant, & num. 11.*
11 *Instrumenti fides potest ex adminiculis suppleri licet deficiat solemnitas statutaria, & n. 13.*
12 *Declara quando statutum tollit tantum fidem scripturæ, & annullat, secus si à statuto requiratur certa forma probationis, quia tunc si non sit seruata dicta forma actus ille non potest aliunde probari.*
14 *Instrumento annullato non intelligitur annullatus contractus in eo contentus si aliunde constet de illius veritate.*
15 *Bulla Arebiuij annullans instrumenta rogata per notarium non matriculatum non habet locum vbi apparet vere actum fuisse factum licet tenor per testes non probetur.*
16 *Statutum annullans instrumenta sine certa forma probationis confecta non habet locum vbi adest mixta probatio, sed quando producitur solum instrumentum sine aliqua probatione.*
17 *Copia probat si sit adminiculata taliter quod inducat animum Iudicis ad credendum.*

ILLVD quoque explicandum est, quod sæpenumero in controuersiam venit; Nunquid quando sunt rogati duo notarij simpliciter nec fuit dictum insimul præsu-

prȩsumantur rogati insolidnm itaut instrumē-
tum publicatum per vnum tantum probet? In
1 qua quæstione † affirmatiue est resoluendum,
vt in specie tradit Dec. cons. 36. sub n. 4.
uers. præterea dato Guliel. de Benedict. qui
articulum hunc late disputat in c. Raynutius
de testam. in uerbo mortuo, itaquè testatore
il 1. circa finem uers. in contrarium allega-
bam Rimin. Sen. in cons. 472. n. 28. libi 3.
Purpurat. cons. 402. n. 77. lib. 2. Menoch. cons.
1. n. 201. cum seq. lib. 1. & de arbitr. iudic.
casu 187. n. 8. & hanc opinionem tamquam
uerioré Rota fuit amplexa in vna Vrbeueta-
na Grani 16. maij 1578. coram Bubalo, &
apud Put. decis. 6. lib. 1. Chissan. decis. 104.
Pro qua aducuntur duæ rationes, & primam
assignant Dec. & alij Doct. supra allegati, quia
pro ualiditate actus præsumi debet, quod inso-
lidnm fuerint rogati: Non est enim uerisimile
quod si non fuissent insolidum rogati vnus no-
tarius tantū subscripsisset. Altera ratio est, quā
2 assignaut Domini de Rota, quia † notariatus
officium est publicū auctoritate, & vtilitate,
vel saltem publicū auctoritate, vt habetur in
c. cum P. Tabellio. vbi Innocen., & alij de fide
instrum. & est glos. in §. si uero absit in uer.
tabellarijs de hered. & falcid. & probat tex.
in §. Orphanotrophos ibi, prȩsentibus personis
publicis, idest, tabellarijs C. de Episc. & cle-
* ric. Et ita tenent * omnes, ut per Tiraqnel. de
3 constit. par. 3. limit. 3. n. 27. Vbicunque † au-
tem duo adhibeatur simpliciter, qui habent
officium publicum saltem auctoritate, semper
eis censetur cōcessa auctoritas in insolidum;
vt notanter declarat Bart. in l. 1. §. si plures
sub n. 5. col. 2. vers. vt igitur, liqueat de exer-
cit. act. & ibi Paul. de Castr. n. 4. & Angel. in
princ. Prob. in addit. ad Monachum in c. si
duo sub n. 15. de procurat. in 6.

Hinc patet non bene loquutum fuisse Albe-
ric. in l. 1. nu. 11. ff. de offic. proconsul., &
eius sequaces, quia fundantur exemplo pro-
curatorum, vel delegatorum in quibus bene
4 procedit regula, quod † non censeātur rogati
in solidum, sed nos sumus in officialibus habē-
tibus officium auctoritate publicum, qui iudi-
5 cibus ordinarijs † æquiparantur glos. in l. 1.
ff. de iudic. & bene considerauit Rota in dictis
decisionibus.

Non obstat Bald. in l. ius iurandi n. 8. C.
de testibus, & ibi Salicet. qnia loquitur qnan-
6 do notarius † est assnmptus, vt se roget cum
alio, quæ dictio (cū) exponitur pro simul, Pa-
ris. cons. 111. n. 17. lib. 1. Præterea possunt con-
cordari opiniones Doctorum ex doctr. Meno-
ch. in d. casu 187. sub n. 10. & in d. cons. 1.
sub n. 207. per totum, quod quando est con-
tentum, quod duo notarij interueniant si
vnus tantum recipit instrumentum, tunc
non est satisfactum partibus, quia volue-
runt adhibere maiorem solemnitatem quàm
7 vnius notarij & ideo † in receptione duo no-
tarij esse debēt, & ita procedit doctrina Albe-
ric. & Bald. ac aliorum, & hæc videtur ratio
asignata in decis. Guid. Pap. 122. Vbicunque
autem duo notarij interuenerunt in receptio-
ne, & sic solemnitas requisita à partibus iam
habuit suam perfectionem, tunc postea quan-
do instrumentum datur in publicam formam,
8 vt probet sufficit subscriptio † vnius notarij;
Sicut etiam videmus, quod in receptione, de-
bent adesse testes, & tamen instrumento pos-
tea eleuato ab instrumento, in quo hadibiti
fuerunt testes, non requiritur, quod illi testes
aliquid faciant, vt ibidem per Menoch. sub. n.
10. & sequen. Quod sine scrupulo dubitationis
procedit in instrumento antiquo, cum pro-
pter antiquitatem temporis multo magis lo-
cum habeat supradicta conclusio, vt per Dec.
d. cons. 36. sub n. 4. Purpurat. d. cons. 402.
sub n. 77. Menoch. d. cons. p. sub n. 203. &
sequen.

9 Idē est, vbi † vnus ex prȩfatis notarijs mor-
tuus sit, vel se subscribere nō possit, quia tunc
multo magis alterius subscriptio pro fide in-
strumēti sufficit, vt tenet Guliel. de Benedict.
in d. c. Raynutius, in verbo, mortuo itaque te-
statore il 2. col. fin. vers. or sumus nos, cum
alijs per Bocr. decis. 21. n. 4.

Limitatur tamen supradicta conclusio, vt
10 non procedat, quando † ad tollendam falsita-
tem, & erroris materiam statutum disponit,
quod ambo notarij etiā simpliciter rogati in
instrumentorum publicatione se debeaut sub-
scribere, quia tunc instrumentum publicatum
non seruata dicta forma non probat, vt in ter-
minis statuti Vrbis, alias fuit resolutum per
Rotā. Quod tamen intelligi debet, nisi admi-
11 nicula † concurrant, nam iu hoc casu fides in-
strumenti poterit ex adminiculis suppleri, vt
per Bald. cons. 400. u. 5. vers. præterea lib. 4.
per l. instrumenta C. de probat. Et quamuis
idem Bald. in c. 1. §. item si Vassallus n. 9.
de controu. inuest. dicat quod, quando à sta-
tuto requiritur certa forma, puta certus nu-
merus testium pro forma contractus, tunc si
non sit seruata dicta forma actus ille non pos-
sit aliunde probari, tamen eius dictum pro-
12 cedit, vbi statutū † dat certam formā contra-
ctui, & inducit formā probationis, puta quod
fideicomissum non possit probari, nisi per scri-
pturám cōfectam manu duorum notariorum,
secus si statutum tollat tātum fidem scripturæ
& annullet; hoc enim casu scriptura illa po-
test aliūde adminiculari; Nam alind est, quod
statutum annullet cōtractum non seruata cer-
ta forma, vt in casu Baldi, vel inducat certam
speciem probationis, vt per Caccialup. in
l. admonendi n. 220. & ibi Curt. Iun. n. 188.
de iure iuran. & per Brun. in tract. de forma,
& solemnit. col. 10. circa fin. vers. pro præ-
fata conclusione; Aliud est, quod annullet
instrumentum ipsum, quia hoc casu fides in-
strumenti poterit suppleri ex adminiculis,
vt supra ex eodem Bald. probatum est,

Et in specie, quod quando instrumentum

13 non tenet, quia deficit † aliqua solemnitas
statutaria, possit adminiculari per testes,
tenet Salicet. in l. hac consultissima num. 8.
C. qui testam. facere pos. Ruin. cons. 1. num. 22.
lib. 3. vbi bene distinguit: Et ratio est in prom-
14 ptu, quia annullato † instrumento, non intel-
ligitur annullatus contractus in eo conten-
tus, si aliundè constet de illius veritate, vt
per Doct. in l. seruum filij. §. eum qui Chi-
rographum vbi Alex. & Ias. de leg. 1. Alexand.
cons. 170. num. 3. lib. 7. Tiraq. de retract. lign.
§. 2. glos. 1. n. 2. Decian. cons. 29. n. 8. lib. 2. Et
ità tenuit Rota in illa Domorũ in Burgo co-
rám Robusterio, & rursus in vna Romana
Fideicommissi de Vrsinis, 22. Iunij 1587. co-
rám Orano, in qua fuit resolutum, quòd in-
strumentum publicatum per vnum notarium
tantum, quod propterea erat nullum ex for-
ma statuti Vrbis, poterat coadiuuari ex ad-
miniculis, & alijs probationibus: Et in ter-
15 minis Bullæ † Archiuij annullantis instrumẽ-
ta rogata per notarium non matriculatum,
quòd non habeat locum, vbi probatur verè
actum fuisse factum, licèt tenor per testes nõ
probetur, tenuit Rota apud Put. decis. 309.
incip. die 24. Aprilis lib. 1. & cõfirmauit dein-
de coram eodem Robusterio in causa Anco-
nitana de Tomatijs.
16 Et ratio est, quia † statutum non habet lo-
cum, quandò adest mixta probatio, sed quan-
dò producitur solùm instrumentum sinè alia
probatione, vt latè per Ias. in l. certi condi-
ctio. §. 1. num. 9. ff. si cert. pet. per Ripa in l. 1.
n. 42. de verb. oblig. Et hinc est, quòd licèt co-
17 pia non probet, tamẽ benè † probabit, si fuerit
adminiculata taliter, quòd inducat animũ Iu-
dicis ad credendũ, quia probationes sunt arbi-
trariæ, Caputaq. decis. 234. par. 1. in impressis.

Omissio iuramenti calumniæ, quando red- dat iudicium nullum. Cap. XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ expressè petitum debet præstari alias processus non valet.*
2 *Si non fuit petitum, eius omissio non vitiat.*
3 *Debet præstari in omni instantia imò in executione si petatur.*
4 *Præstari debet in iudicio etiam summario.*
5 *Vitiat processum etiamsi Iudex ad vlteriora procedat.*
6 *Est inductum ob publicam vtilitatem ne veritas oprimatur nec Iudex etiam expresse potest illud remittere.*
7 *Reddit processum nullum quamuis vigeat consuetudo, vt si iuramentum hoc fuerit petitum remitti possit.*
8 *Potest præstari per procuratorem etiam habentem generale mandatum ad lites.*
9 *Præstitum in obseruatione terminorum ad sententiam amplius præstari non debet.*
10 *Non vitiat processum quando ex actis apparet de bono iure illius, pro quo fuit lata sententia.*
11 *Item non vitiat si eodem die, quo sententia fuit lata fuerit petitum, quamuis non præstitum, nisi fuerit petitum in protestatione facta in termino citationis ad sententiam, & numero 12.*
13 *Protestatio secundum propriam naturam sententiam præcedit.*
14 *Ordo scripturæ sequendus est.*

NON semel in dubium
renocatur, An ex omis-
sione iuramẽti calum-
niæ processus vitietur?
In qua quæstione di-
1 cendum est † proces-
sum vitiari si iuramen-
tum expresse fuerit
petitum iuxtà deci-
sionem Put. 398. lib. 2. secundùm quam Ro-
ta pluries iudicauit, & præsertim in vna
Policastren. pensionis 24. Octobris 1575.
coram Cardinale Seraphino, & de commu-
ni attestatur, Corn. cons. 316. nu. 10. lib. 3. &
Socin. Iun. in decimo cons. 59. n. 1. lib. 2. se-
cus si iuramentum non fuerit petitum, quia
2 tunc † censetur tacite remissum, & proces-
sus valet Hostien. in summa tit. de lit. contest.
sub nu. 3. Mathesil. singul. 64. vbi Appostilla
num. 3. allegat decis. Rotæ 663. in antiquis
Marant. in praxi par. 6. in primo actu 2. par.
iudicij num. 2. & fuit tentum in vna Burgen.
residentiæ 30. Maij 1586. coram Cardinale
Plato.

Extende, nam, vt processus valeat debet
3 hoc † iuramentum præstari in omni instantia,
imò etiam in executione si petatur c. 2. in
princ. de iuram. calum. in 6. Curt. Iun. in l.
2. §. cum, & Iudices n. 4. C. eod. tit.
4 Rursus extende, vt præstari † debeat etiam
in iudicio summario Clem. sæpe de verb. signif.
& ibi Doct. maxime Imol. sub vers. additia
nu. 4. Bart. in extrauag. ad reprimendum in
vers. & figura n. 11. & Rota tenuit in vna Bo-
nonien. attentatorum 24. Octobris 1588. co-
ram Bubalo.

Tertio etiam extende, vt omissio huius iu-
ramenti reddat processum nullum tametsi
5 Iudex † procedat ad vlteriora, quia non per
hoc videtur huiusmodi exceptionem reiecisse;
siquidem Iudex hoc iuramentum calumniæ
expresse etiam non potest remittere, cum sit
6 inductum † propter publicam vtilitatem, ne
veritas opprimatur l. 2. §. sed quia veremur
cum glos. in verb. remitti de iure iuran. pro-
pter calumn. dan.

Quarto extende, vt processus sit nullus
7 etiam si † vigeat contraria consuetudo, vt si
iuramẽtum hoc fuerit petitum remitti possit,
siquidem talis consuetudo non valet c. cæte-
rum

rum de iuram.calumn. glos. in d.c.1.vers. tacitè eod.lib.6. Socin. Iun.d.cons.59.n.3.lib.2. Rolan. cons.21. n.10. lib.1.& fuit dictum in allegata Bononien.attentatorum.

Aduertendum tamen est, quod hoc iura-
8 mentum † potest præstari etiam per procuratorem habentem generale mandatum ad lites,&c. Bart. in l.qui bona.§.qui aliena n.17. de damn.infect.& ibi Alex.n.8.& ita obseruari de generali consuetudine quidquid de rigore iuris esset dicendum attestatur Mathesil.
9 singul. 149. Et sufficit † si præstetur in obseruatione terminorum ad sententiam, vt fuit tentum per Rotam in vna Romana rescisionis contractus 16. Martij 1590. coram Penia & alias sæpius.

Secundo est aduertendum, quòd omissio
10 huius † iuramenti non vitiat processum etiàm si expressè petitum fuerit, quotiescunquè ex actis clarè, & manifestè constat de bono iure illius, pro quo lata fuit sententia, nàm hoc in casu sustinetur ipsa sententia non obstante dicta omissione, Sic tennit Rota in vna Romana de Magdalenis 26. Aprilis 1599. coràm Cardinale Seraphino, & in vna Chien. pecuniaria 16.Decembris 1592. coram Cardinale
11 Mellino. Et hoc idem est dicendum si † eodem die, quo sententia fuit lata iuramentum calumniæ fuerit petitum, nàm ad excludendum attentata præsumendum est sententiam præcessisse, quo casu omissio iuraméti nō vitiat, Crescen. decis.63. lib.1. Achil. decis.1. de iureiuran. Quod intellige verum secundùm Rotam in dicta Bononien.attentatorum,
12 nisi iuramentum fuerit petitum † in protestatione facta in termino citationis ad sententiam, quia tunc ex illius omissione processus vitiatur, cùm iuramentum intelligatur petitum ante ipsam sententiam, quæ in vltima tantùm parte ferri debuit, c. consuluit de offic. & potest. Iudic. delegat. & quia
13 † protestatio secundùm propriam naturam debet præcedere, l. vlt.§. idem si prædixerit. ff. de naut. caup. & stabul. cum concordan.
14 Vnde † ordo scripturæ sequendus est, c. pen. post princ. de elect.lib.9. l. qui soluendo la 2. ff. de hæred.instit.cum vulg.

Testamentum primum quandò dicatur reuocatum per secundum,& an confessio debiti facta in testamento reuocato sit obligatoria. Cap. XLVIII.

SVMMARIVM.

1 Testamentum primum non reuocatur nisi secundum sit validum,etiàm si testator coram septem testibus dicat nolle illud valere.

2 Item non reuocatur, nisi ex secundo hæreditas adiri possit, etiam si testator vtatur verbis, cassauit, & annullauit, & nu.3.

4 Reuocatur quando testator dicit, quòd vult decedere intestatus, etiam si secundum testamentum non fiat, & nu.5.

6 Testator dicens, quod vult decedere intestatus, tacitè videtur instituere legitimos hæredes venientes ab intestato.

7 Confessio non iurata facta parte absente non probat, nec ex ea agi potest.

8 Verba testatoris sunt intelligenda secundùm naturam actus, ad quem se parauit.

9 Confessio debiti facta in testamento reuocato nō valet, præsertim si testator dicat,quod reuocat in omnibus, & per omnia.

10 Confessio debiti iurata, vel facta parte præsente, & acceptante est obligatoria, & ex ea in iudicio agi potest, licèt sit facta in testamento reprobato.

11 Contractus, & donationes inter viuos possunt fieri etiam in testamentis quando interueniūt requisita,vt est præsentia vtriusque.

12 Confessio facta in testamento ex qua ius parti fuit quæsitum. est irreuocabilis, quandò pars,cui ius quæritur, vel alius pro ea interuenit.

* RECEPTA est crebriori * calculo senteñtia illa quòd primū testamentum à testatore reuocatū censetur per secundum, quandò se-
1 cūdum † est validum, secus si sit nullum, vt quia non habeat hæredis institutionem, quia tunc non reuocatur primum, etiam si testator coram septem testibus dicat nolle illud valere: Nàm, vt reuo-
2 catio teneat † requiritur,quòd ex secūdo hæreditas adiri possit, §. pen Instit. quib. mod. testam.infirm. l.sancimus.C.de testam.Bar.in l. si iure n.3.ff.de leg.3.Alex.cōs.30.n.4.lib.3. & cons.159.nu.5.eod.lib.3.Corn. cons.7.nn.7.
* lib. 4. de * communi Natt. in repet. authen. hoc inter liberos in 5.& 6.quæst.C.de testam. Paris.qui etiā de communi attestatur cons.46. n.26.lib.3.Socin.Iun.cons.62.n.1. lib.3. Ruin. cons.6.lib.2.Iul.Clar.in §.testamentum quæst. 91.cū sequ. Dec.cons.582.n.1.Dilect. de arte
* testam. tit. de testam.caut.3.n.1.de * cōmuni Soc. Iun. in l. si quis n.48.de leg.3. Couar. in rubr.de testam. par.2.n.21. vers.septima conclusio. Hanc quoque opinionē de iure ciuili admittit Bald.in l.1.n.66.C.de Sacros.Eccles. Anchar. in c. cum esses n.20.de testam. & ibi Imol.n.28.Cuman.in l.filius qui in potestate n.29.cū seq. de liber. & posthum.& veram,&
* * cōmunem dicūt Alex. in d.l. sancimus n.8. & ibi Rimi.n.4.& in l. si ità scriptū.§.regul.n. 3. cum sequen. de hæred. instit. Cephal.cons. 519.n.14.Bursat.cons.307.n. 72.lib. 3.

Et licèt multi recedant ab ista sententia, & teneant contra Bart.vt facit Bald.sibi contrarius in d. l. sancimus num. 2. cùm quo vide-

tur transire, Salic. ibi n. 3. Imol. in d. §.regu-
la nu. 5. latè Barbat. conf.60. nu.70. lib.2. &
latissimè Socin. Iun. sibi contrarius cons. 145.
lib.2. Tamen ab opinione Bart. non est rece-
* dendum tanquàm magis * communi,& maio-
ribus auctoritatibus munita: Quæ quidem
3 locum habet etiàm si † testator vtatur verbis,
cassauit, & annullauit: Nàm licèt per ista
verba Barbat. in d. cons.60. voluerit primum
testamentum censeri reuocatum, quem sequi-
tur Beto. cons.4. lib.2. Nihilominus eius opi-
nio non est tenenda, quia lex requirit actua-
lem cassationem, & non contentatur de ver-
bali, & ità loquitur d. l. Sancinus. C. de te-
stam.vt per Alex. in d. cons. 159. nu.9. lib.3.
cum alijs supra allegatis.
* Limitatur hæc communis * opinio, vt non
procedat quotiescunquè testator vltrà ver-
4 bum(casso)addidit† verba(quia volo decede-
re in testatus:) Nàm tunc reuocatio tenet,
Socin.Iun. d.cons.n.62.lib.3.Corn. in d.l.san-
* cinus. nu. 7. Et ista est * communis limitatio,
quam dat. Bart.in d.l.si iure: Quæ locum si-
bi vendicat, licèt secundum testamentum non
fiat: Nàm quàmuis sit magna controuersia,
An sufficiat simplex reuocatio testamẽti absq;
eo,quod fiat secundum,vt patet ex tradit per
Card.Mant.lib.2.de coniect.vlt.vol.tit.15.nu.
* 19.Tamen communiter * tenetur,quòd quan-
5 dò testator vlterius procedit exprimẽdo † cau-
sam,quia vult decedere intestatus,tũc absquè
dubio reuocatio valeat, l. 1. §. si hæres.ff. si
tabul. testam. nullæ extab. Et ratio est,quia
6 videtur testator ex hoc tacitè † instituere le-
gitimos hæredes venientes ab intestato, quo-
rum aditione adeptio hæreditatis confirma-
tur, l.si quis ità hęres instituatur,ff.de hæred.
instit.Bar.in d.l.si iure,n.3.de legat.3.Bald.&
Salic. in d. l. Sancimus.C.de testam. Alex. d.
cõs.30.n.3.lib.3.Corn.cons.39. n.3.lib.2. Dec.
cõs.582.n.1. Couar.vbi supra n.21.Clar. in d.
§. testamentũ q.92.Card.Mant.d.tit.15.n.18.
& ità quoquè tenuit Rota in vna Perusina hę-
reditatis 16.Martij 1605. corã Card.Pamphil.
Sed opportunè hic quæritur, si testator in
suo testamento legauit cẽtum alicui puta Ti-
tio,quę cõfessus est ei debere ex causa mutui,
& postea condidit aliud testamentum, & pri-
mum reuocauit, An hæc confessio sit obliga-
toria, itaut ex ea in iudicio experiri possit?
Pro resolutione duo casus sunt distinguen-
7 di: Primus est,quando † confessio non est iu-
rata, & fuit facta parte absente, & tunc com-
* munis* opinio est,quòd non probet debitum,
nec ex ea agi possit, per tex. in authen. quod
obtinet, C. de probat.& in l. Lucius §. quis-
quis il 2. vbi Bart. & alij omnes,ff. de leg. 2.
Idem Bart. in l.cũ quis decedens,§.codicillis,
ff. de legat. 2. latè Bero.cons.15. n 21. lib. 3.
Gomes. de testamen. c.12. nu.81. vers.item
quæro, an, & quando, Duran. de art. testan.
tit. 6. cautel. 6. Emanuel à Costa in l. si ex
cautione, in 12. limit.nu.2. C.de non numer.
pecun. Vasq. de success. creat.lib.1.§.9.n.30.
In quibus locis dicunt talem confessionem nõ
probare verum debitum, nisi aliter confirme-
tur instrumento, testibus, vel alia simili pro-
8 batione: Et ratio est, quia † verba sunt in-
telligenda secundùm naturam actus,ad quem
testator se parauit, l.1.§. sin autem.ff.de hæ-
red. instit.quem ad hoc citat in notabili quæ-
stione Io.Faber. in §. 1. Instit. deleg. Cum igi-
tur defunctus destinauerit testamentum con-
dere,& de suis bonis per vltimam voluntatem
disponere, non est credendum, quòd voluerit
confiteri animo se obligandi vltrà quàm fer-
rat natura vltimæ voluntatis: Vnde reuocato
testamento, in quo confessio continetur,ipsa
9 † quoquè cõfessio cẽsetur reuocata,præsertim
si testator dicat, quòd reuocat in omnibus, &
per omnia,quia tũc nihil remanet,quòd nõ sit
reuocatum, vt per Paris.cons.24.n.39. lib.2.
10 Secũdus casus est,quandò † huiusmodi cõ-
fessio est iurata, vel fuit facta parte præsente,
& acceptante, & sic emanauit per modum
contractus inter viuos; Et tunc est obligato-
ria, & ex ea in iudicio poterit experiri etiàm
quòd sit facta in testamento reprobato, Bald.
in cons. 262.circa fin. lib.3. & faciunt tradita
per Abb. & Felin. in c. examinata col.2. de
rescript. Capic. decis.71. n.1.Gabr.de confes.
conclus. 4. n. 2. & sequen. Nec enim sequitur
est facta in testamento,ergo sequi debet illius
11 naturam, quia etiàm † in testamentis possunt
fieri contractus & donationes inter viuos;
quandò interueniũt requisita, vt est præsentia
vtriusquè, quo casu actus est irreuocabilis;
* glos. communiter *approbata in l. hæredes pa
lam §. fin.ff.de testam. benè Boer. decis.353.
n.4. & sequen. Bart. in l.rationes. C. de pro-
bat. & in l.Creditores.C.de fideicom. Vbi cõ-
12 cludit confessionem † factam in testamento,
ex qua ius parti quæsitum est, irreuocabilem
esse, quandò pars, cui quæritur, vel alius pro
ea interuenit, idem tenent Cyn.in l.generali-
ter n.10. & seq. & Alber. n.7. & sequen.C. de
non numerat. pecun. qui latè distinguunt ad
idem Bald.in conf.488. lib.4.Cum.cons.31.&
optimè Surd.cons.169.lib.2. per totum.

Error in qualitate Iudicis quandò vitiet processum. Cap. XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Error in persona Iudicis vitiat processum quandò litigatur coram eo,qui nullam habet iurisdictionem.*

2 *Itèm vitiat, quandò litigatur coràm eo, quem partes credebant esse illorum Iudicem, cùm nõ sit, licèt respectu aliorum ordinariam habeat iurisdictionem.*

3 *Non vitiat, quandò erratur in qualitate Iudicis, credenda eum delegatum, cùm non sit, sed tantùm ordinarius.*

4 De-

4 *Declara, nisi error partium, & error Iudicis simul concurrant.*

5 *Quandò defectus est solùm in causa efficiente, si non valet quòd agitur, prout agitur, debet valere, vt valere potest.*

6 *Viam quis eligere non præsumitur, per quam iudicium reddatur elusorium.*

7 *Iudicium quando potest valere ex iurisdictione ordinaria, ex ea debet sustineri.*

8 *Glos. in l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iudic. declaratur.*

9 *Declinatoria fori omissa non vitiat processum, quando Iudex coràm quo fuit litigatum erat competens, secus si funditus carebat iurisdictione, quia tunc semper opponi potest, & nu. 11. & 12.*

10 *Error tam iuris, quam facti impedit prorogationem iurisdictionis, quando erratur in illius fundamento.*

FREQVENS in foro est illa disputatio; An error in qualitate Iudicis coràm quo litigatus vitiet processum: Hæc autem, vt dilucidius explicetur tres casus sunt distinguendi. Primus est quan-
1 do † error consistit in credendo eum esse Iudicem, qui nullo modo est, & tunc absquè dubio processus vitiatur, cùm nec etiàm consensus litigantium possit illi tribuere iurisdictionem, l. priuatorum. C. de iurisdic. omn. iudic.

Secundus est, quandò erratur circa eum, qui licèt respectu aliorum ordinariam habeat iurisdictionem, tamen inter ipsos litigantes nullam habet; Et tunc est distinguendum,
2 Nàm aut errant † credentes eum Iudicem eorum, cùm non sit, & error etiàm vitiat, per tex. l. si per errorem ff. de iurisd. omn. iud. & in l. consensisse. ff. de iudic. Aut erratur in qualitate Iudicis, credendo eum delegatum, cùm non sit, sed tantum ordinarius, & tunc licèt Bald. in l. 1. C. qui pro sua Iurisdict. & Roman. in l. 1. §. si quis ità, de verb. oblig. vellint, errorem vitiare Iudicium, tamen
3 † contra opinio est verior, cùm talis error non tollat consensum, siquidem ista qualitas, in qua erratur non est inductiua prorogationis, cùm ille esset Iudex ordinarius; Et pro hoc adduco simile in errore iudicis, si enim Iudex errat in fundamento suæ iurisdictionis credendo se Iudicem, cùm non sit, talis error benè vitiat iudicium, l. quæro. ff. de eo qui pro tut. l. sed si de sua de acquir. hæred. Bart. in l. 2. ff. de iudic. Sed vbi errat in qualitate, tunc error non vitiat secundùm Angel. in d. l. si per errorem per l. 2. §. 1. vers. proinde. ff. de Iudic. Innoc. in c. cum ex officij de præscript. Specul. in tit. de iurisdic. omn. iudic. §. 1. vers. vltimo not. Quod tamen in-
4 tellige, vbi † cum errore iudicis nõ concurrit error partium, quia tunc error in qualitate etiàm vitiaret secundùm Angel. in l. falsus in vlt. quæst. C. de furt. & in d. l. 2. ff. de iudic. & tradit Felin. in d. c. cum ex officij col. 10. vers. 4. limitata, de præscript. Et hoc modo concurrente vtrinquè tàm Iudicis, quàm partiũ errore, procedit quod dicunt Host. Io. Andr. Bald. Card. & alij in d. c. cũ ex officij. Quod scilicèt sententia lata per ordinarium, qui per errorem iudicat vt delegatus, cùm non sit est nulla, per glos. fin. in c. ex literis de offic. delegat. Igitur quemadmodum error in qualitate respectu Iudicis non vitiat processum, nisi concurrat cùm errore partium, ità nec error respectu litigantium debet vitiare, ni-
5 si concurrat cum errore Iudicis. Quod etiam comprobatur, quia cùm hic † sit defectus solùm in causa efficiente, si non valet quod agitur, prout agitur, debet valere, vt valere potest, c. 1. de dispens. impub. lib. 6. Bart. in l. 1. §. si quis ità, de verb. obligat. Et cùm istud a litigantium voluntate dependeat, præsumendum est, quòd voluerint iudicium valere omni meliori modo, & non
6 † elegisse viam, qua iudicium redderetur elusorium, l. 3. ff. de testam. milit. Ideò cum iu-
7 dicium † possit valere ex iurisdictione ordinaria, ex ea debet sustineri, arg. l. quoties de reg. iur. & l. quoties de reb. dub. Et quamuis glos. in d. l. si per errorem exemplificet Vrbanum pro Peregrino, tamen aut glos. malè
8 † loquitur, cum ille error esset solùm in qualitate, aut ibi errabatur, quia credebant Vrbanum esse Iudicem in illa causa, qui non erat Iudex, sed spectabat ad Iudicem Peregrinum, vel è contrà, & sic error erat in causa finali inductiua prorogationis.

Tertius casus est, quandò erratur in non
9 opponendo † declinatoriam fori, quam poterat reus opponere, & tunc error non vitiat processum secundùm Abb. in c. ad petitionẽ col. 2. de accusat. Vbi quòd quamuis error
10 tàm iuris, quam facti † impediat prorogationem iurisdictionis; tamen illud est verum, vbi erratur in fundamento iurisdictionis, secus si in non opponendo aliquam exceptionem declinatoriam, per illum tex. & idem tenet Ias. in d. l. si per errorem col. 3. per glos. in l. 2. §. 1. in verb. consensus de Iudic.

Alex. tamen in d. l. si per errorem vers. vltimò limita, videtur dicere totum contrariũ;
11 Vndè distinguendum est: Nam aut † Iudex coràm quo fuit litigatum erat competens, licèt posset eius iurisdictio declinari, & tunc si declinatoria per errorem fuerit omissa, valebit iudicium, & ita loquitur tex. & ibi Abb. in d. c. ad petitionem, Aut sumus in declinatoria, quæ ostendit Iudicem funditus caruisse iurisdictione, & illa si per errorem omittatur, semper opponi potest, & ità loquitur Alex. in loco supra citato, & facit glos. in clem. 1. in verb. non obstante, quã Card. dicit

ibi singularem, de seq. possess. & fruct. quæ
11 vult, quòd vbi aliàs † nulla exceptio opponi
potest, admittitur tamen exceptio, per quam
apparet iudicem nullam habuisse iurisdictio-
nem cum illa nunquàm censeatur reiecta;
Idē voluit glos. fin. in l. 1. de iur. & fact. ignor.
& in §. temporales Instit. de perpet. & tempor.
act. & tradit Felin. in rubr. de foro compet.
quem vide, quia hoc ampliat tribus notabili-
bus modis.

Si quis fuerit institutus hæres, quia filius testatoris, itèm propter sua ergà ipsum benemerita, nunquid cessante filiatione, Institutio ob benemerita sustineatur. Cap. L.

SVMMARIVM.

1 *Institutio facta quia hæres sit filius testatoris, item propter benemerita, si constet illum non esse filium, non sustinetur ob solam causam meritorum.*

2 *Merita inter personas prohibitas per solam assertionem non probantur.*

3 *Donatio inter Patrem, & filium non conualidatur propter assertionem meritorum.*

4 *Merita probantur per assertionem inter personas non prohibitas.*

5 *Testator magis præsumitur motus ad instituendum ex causa naturali sanguinis, quam accidentali meritorum.*

6 *Causa naturalis præsumitur finalis, ciuilis autem impulsiua.*

7 *Donatio facta tàm propter benemerita, quàm propter sanguinem ob superuenientiam nouæ prolis reuocatur.*

8 *Causa dispositionis si vtraquè sit naturalis, aut vtraquè Ciuilis, & æquè potens, tunc vtraquè etiàm præsumitur finalis, & sufficit alteram adesse, licet vna cesset; secus si vna sit naturalis, alia ciuilis, quia tunc naturalis præsumitur finalis, quia cessante dispositio cessat, licèt causa ciuilis permaneat, & nu 9.*

10 *Meritorum causa concurrente, causa sanguinis dicitur impulsiua, quæ sola attendi non debet.*

CONTINGIT etiàm
dubitari si aliquis fue-
rit institutus hæres,
quia filius testatoris,
itèm propter sua ergà
ipsum benemerita, An
cessante filiatione,
quia constet illum non
esse filium, institutio
1 ob benemerita sustineatur? Et negatiuè † est
resoluendum, quia aut talia verba ob bene-
merita proferuntur inter personas prohibi-
tas, vtputa, quia testator sciebat, quòd ille
erat spurius aut naturalis, cui relinquere pro-
hibebatur Authen. ex complexu. C. de incest.
nupt. & tunc cessante filiatione institutio cor-
ruit, nec sustinetur ratione meritorum, quia
2 † inter personas prohibitas talis assertio me-
ritorum non probat, sed præsumitur potius
in fraudem apposita l. qui testamentum in fine
ff. de probat. Bart. in l. si fortè, in fine de pe-
cul. Castren. Io. Andr. in addit. ad speculat.
in rubr. de reb. eccles. non alien. col. 2. vbi
dicit ita fuisse iudicatum in causa cuiusdam
Episcopi, à quo proximiores sui extorserant
gratuitum consensum certæ partis redditnū,
allegando benemerita, &c. & ibi concludit
3 † donationem factam inter patrem, & filium
non conualidari propter assertionem merito-
rum, quod etiàm latè tradit Clar. in §. dona-
tio, quæst. 3. & 8. Tiraquel. in l. si vnquàm, in
verbo, donatione largitus, num. 91. & Guid.
Pap. decis. 95.

Aut verò talis assertio fit inter non prohi-
bitos, puta, quia testator habebat illum pro
filio suo legitimo, & quem hæredem facere
nulla ratio prohibebat; Et licèt hoc casu as-
4 sertio † meritorum probet benemerita, vt per
Bart. in d. l. si fortè & Guid. Pap. vbi suprà,
adhuc tamen dicendum est, quòd cessante
filiatione ipsa institutio corruat, per l. si pa-
ter, C. de hæred. instit. Hic enim concurrunt
duæ causæ vna sanguinis, quæ est naturalis,
nempè filiatio putatina, alter verò acciden-
talis, & ciuilis, quæ est benemeritorum; Ideò
5 præsumendum est testatorem † potius motum
fuisse ad instituendum ex causa naturali san-
guinis, quàm accidentali, arg. l. qui habebat.
ff. de tut. & l. tutor, §. qui tutoribus. ff. de ex-
cus. tutor. & c. requisiti §. si verò de testam.
6 siquidem causa † naturalis, præsumitur fina-
lis, ciuilis verò impulsiua, d. l. si fortè in fina-
libus verbis, & ibi Bart. de Castren. pecul.
Et ad hoc benè facit, quòd dicitur de dona-
tore, qui aseruit se donare tàm propter bene-
merita, quàm propter sanguinem, quia pro-
7 pter superuenientiam † nouæ prolis reuoca-
tur donatio, Socin. cons. 295. incip. in causa
contra filios nu. 6. & 10. lib. 2. Quod non es-
set si præsumeretur facta ob benemerita An-
gel. in d. l. si vnquam. C. de reuocan. donat.
Roman. in l. si verò §. de viro limit. 48. ff. so-
lut. matrim. & cons. 26. Alex. cons. 28. lib. 3.
& cons. 40. lib. 4. Dec. cons. 20. Et quamuis
Ripa in d. l. si vnquàm, quæst. 17. videatur te-
nere contrarium, tamen eius opinio procedit,
8 vbi † vtraquè causa sit naturalis, aut vtraquè
Ciuilis, & æquè potens, quia tunc vtraquè
etiam præsumitur finalis, & propterea cùm sit
æquè considerabilis sufficit alteram adesse, li-
cèt vna cesset, l. si ventri ff. de priuileg. credit.
At secus, vbi vna causa est naturalis, altera
9 verò ciuilis, quia tunc † naturalis præsumitur
finalis, & inductiua dispositionis, d. l. si fortè,
ibi sanguinis etiam ratio non militiæ causa,
meri-

meritum accipiendæ hæreditatis præbuerat. Vndè non sufficit adesse causam ciuilem meritorum quotiescunquè causa sanguinis cessat.
10 Nàm meritorum † causa est impulsiua, ideo attendi non debet, cùm non sit proprie causa, sed quoddam motiuum, secundùm Bald. in l. 1. col.2. de sal. ca. adiect. leg.& in l.1. col.2. de lib. præter Felin. in c. postulasti col.3.de rescript.& in c.solitæ col.1.de maiorit. & obedien.

Constitutio fel. record. Pij Papæ V. de publicandis resignationibus, An per Bullam Gregorij XIII. in totum abrogetur. Cap. LI.

SVMMARIVM.

1 *Consensus in resignatione antè Pium Papam Quintum poterat præstari per obitum resignãtis, dummodò in vita esset porrecta supplicatio, nec resignans aliquid sibi reseruasset; Post Pium Quintum verò eo ità statuente talis consensus non valet.*
2 *Lex correctoria tantùm corrigit, quantum loquitur.*
3 *Item debet intelligi in terminis in quibus loquitur.*
4 *Verba generalia ad causam pro qua lex seù constitutio emanauit restringuntur.*
5 *Recipiunt restrictionem, quam ipse loquens dat.*
6 *Bullæ Pij Papæ Quinti de publicandis resignationibus per Bullam Gregorij XIII. abrogatur in totum, etiam in ea parte, qua disponitur, quòd consensus debeat extendi antè obitũ resignantis, aliàs resignatio sit nulla. & n. seq.*
7 *Dictio (supradictis) restringit dispositionem ad superiora, perinde, ac si specialiter essent reè petita.*
8 *Dictio (insuper) intelligitur circà superiora, vt addat superiori dispositioni, & retentis eisdem terminis.*
9 *Resignatio statim atquè fuit porrecta supplicatio, de iure dicitur perfecta, & nu.27.*
10 *Probatio est consequutio rei probatæ.*
11 *Consensus, qui in resignatione præstatur, non est de substantia ipsius resignationis, sed tantùm requiritur pro expeditione literarum, & n.27.*
12 *Reuocato vno, cẽsetur quoquè reuocatum aliud, quod est consequutiuum ad illud, & requiritur tanquàm eius pars, & nu. 13.*
14 *Item censentur reuocata omnia eius connexa.*
15 *Literæ in Cancellaria non expediuntur super resignatione, nisi post extensionem consensus.*
16 *Qui vnum dicit, ex quo aliud sequitur vtrumquè dixisse videtur.*
17 *Bulla fel. recor. Gregorij XIII. de publicandis resignationibus tollit omnes fraudes, quæ ex extensione consensus post obitum aliàs considerabantur.*
18 *Derogatio in secunda constitutione posita tollit solùm ea, quæ videntur contraria dictæ constitutioni.*
19 *Limita, quandò expresse secunda constitutio abrogat primam per aliam clausulam, quam per clausulam derogatoriã, Non obstantibus, &c. vt quia dicat, quod abrogat primam.*
20 *Constitutio specialis tollitur per generalem, quando expresse abrogatur.*
21 *Clausula derogatoria sola tollit totã præcedentẽ constitutionem, etiam in his, quæ non sunt penitus contraria secundæ, vbicunque ad sunt verba generalia.*
22 *Verbum (omnino) comprehendit omnes casus, & significat indistinctè, & totaliter.*
23 *Verbum (abrogamus) de sui natura significat in totum, & non in partem.*
24 *Verba prægnantia, & vniuersalia in aliqua dispositione adiecta interpretari debent, ne sint superflua.*
25 *Bulla Gregorij XIII. de publicandis indistinctè mandat literas publicari nulla habita consideratione temporis, quo fuerit extensus consensus, cùm sit contenta sola literarum expeditione.*
26 *Item vult, quod a principio facta resignatione omne ius abdicetur a resignante, & beneficium vacet, & reseruetur dispositioni Papæ, si publicatio non sit infra sex menses.*
28 *Constitutio Pij Papæ Quinti de publicandis, &c. circa extensionem cõsensus abrogatur per Bullam Gregorij tanquam magis fauorabilem, & reducentem nos ad ius commune.*
29 *Verba semper debent capi, vt stent demonstratiue, & non taxatiue.*

ANTE fel. recor. Pium Quintum vigore Alexandrinæ poterat consensus præstari post obitũ resignãtis, dummodò probaretur per eum, vel procuratorẽ in vita fuisse porrectam supplicationem, quod habebat locum si simpliciter resignabat, secus si aliquid sibi reseruabat, quia nec tunc post eius obitum præstari poterat. Superuenit Pius Quintus, & in constitutione sua de publicandis resignationibus statuit,
1 quod consensus † præstetur in vita resignantis, aliàs non valeat, etiàm quod probetur supplicationem fuisse porrectam in vita resignantis per ipsum resignantem, seù eius procuratorem, & sic correxit Alexandrinam, quæ volebat tali casu cõsensum posse præstari post obitum. Gregorius antem XIII. dedit aliam formam publicationis resignationum, & nihil expressit circà præstationem consensus, sed in fine suæ constitutionis addidit ista verba; Non obstantibus prædicti Pij Quinti, & alijs omnibus prædecessorũ constitutionibus de publicãdis resignationibus hactenus æditis quas omnes omninò abrogamus, &c. Igi-

Igitur dubitari contingit, An per Bullam
Gregorij censeatur abrogata prior constitutio
Pij Quinti, non solum in ea parte, quæ concer-
nit publicationem resignationis, sed etiam in
ea, qua disponitur, quòd consensus debeāt ex-
tendi ante obitum resignantis, alias resigna-
tio sit nulla?

Materia ista, quantum ad casum proposi-
tum videtur habere aliquam difficultatem;
Quia cum Pontifex Gregorius induxerit no-
uam formam circa publicationem, & nihil di-
xerit circa præstationem consensus, videtur,
quòd constitutio Pij Quinti non sit abrogata,
2 quoad præsentationem consensus, quia † lex
correctoria tantum corrigit quātum loquitur,
l. si vero, §. de viro, ff. solut. matrim. Dec. cons.
333. n. 3. vers. quibus tamen, & cons. 669. n. 6.
Pariſ. cons. 12. nu. 44. lib. 4. Et intelligere de-
3 bemus † legem corrigentem in terminis, in
quibus loquitur, Cassad. super regul. decis. 16.
Vnde solum videtur correcta Bulla Pij Quinti
circa modum publicandi, pro qua publicatio-
ne reformanda emanauit Constitutio Grego-
rij, & non quoad aliud, quod consensus non
possit post mortem extendi, de quo nihil lo-
quitur Bulla Gregorij.

Et verba illa, quod alias Bullas tàm Pij V.
quàm aliorum omnino abrogat, licet sint ge-
neralia, videntur restringenda quoad publica-
tionem, & non quoad extensionem consensus,
de qua non loquitur: Quia cum emanauerit
constitutio pro dando formam publicationi-
4 bus, verba illa † generalia ad istam causam,
pro qua emanauit restringuntur, l. si de certa,
vbi omnes, C. de transact. Abb. cons. 114. n. 4.
lib. 2. Ruin. cons. 101. n. 10. vers. & hic habe-
mus lib. 1. Crauet. qui plures citat cons. 221.
num. 8. vers. septimò, & cons. 242. n. 6.

Idque verba ipsa indicare videntur dum di-
cunt, Non obstantibus prædicti Pij Quinti, &
aliorum Prædecessorum constitutionibus de
publicandis resignationibus, & sic derogatio
videtur restricta ad materiam publicationis,
quo casu generalitas non est attendenda, quia
5 verba quātumuis † generalia recipiunt restri-
ctionem, quam ipse loquens dat, Bart. in l. ge-
nerale §. vxori ff. de leg. 3. Ruin. cons. 78. n. 4.
vers. præterea lib. 1.

Verū istis non obstantibus contraria senten
6 tia est amplectenda, Videlicet † quod per Bul-
lam Gregorij sit in totum abrogata, & subla-
ta Bulla Pij Quinti. Hoc probatur primo, quia
constitutio Pij licet tàm in rubro, quàm in ni-
gro separatè faciat mentionem de publicatio-
ne, & de extensione consensus, Nihilominus in
§. & insuper, disponit de extensione tanquam
de parte ipsius publicationis, seu qualitate
illius, quia vult, quòd ante obitum cedentis
consensus extendatur in casibus supradictis, &
sic in casibus publicationis faciendæ, cum so-
lum de publicatione loquutus fuerit in præ-
7 cedentibus: : illa enim † dictio (supradictis)
restringit dispositionē ad superiora, perinde,
ac si specialiter essent repetita, Ripa in l. filius
familias §. Diui, n. 3. de leg. 1. Gabr. de fidei-
8 com. conclus. 3. n. 9. Et † dictio (insuper) in-
telligitur circa superiora, vt addat superiori
dispositioni, & retentis eisdem terminis, cap.
statutum §. insuper, de rescript. in 6. cap. vbi
periculum, §. ipsos insuper, de elect. eod. lib.
Bero. cons. 80. nu. 5. lib. 2. Nam Pontifex vltra
procedendo, & addendo ipsi materiæ publica-
tionis, dicitur illi imponere ad eius esse hanc
qualitatem, quòd insuper etiam probetur ex-
tensionem consensus fuisse factam in vita resi-
gnantis, ad not. per Bald. in l. 1. nu. 43. C. de
confess. & in l. ea quæ sub n. 6. vers. Vnde na-
tura qualitatis C. de condit. indeb. Aymon.
cons. 208. sub num. 6.

Et quòd dicta probatio extensionis consen-
sus sit potius pars accessoria, & consequutiua
siue qualitas publicationis, quàm resignatio-
9 nis, apparet, quia ipsa † resignatio statim at-
que fuit porrecta supplicatio siue per principa
lem, siue per procuratorem de iure dicitur
perfecta, cap. cum quidam, vbi Ant. de Butr. de
renunc. Cassad. decis. 1. eodem tit. & post Cal-
der. Abb. Gem. in. & alios tradit Boer. decis.
348. nu. 4. vers. in contrarium, &c. Et ratio est
secūdum Doct. quia principalis, siue eius pro-
curator faciendo facere supplicationem, & il-
lam porrigere Papæ, vt signet, & admittat, vi-
detur consentire. Vnde si ita est, quòd per por-
rectionē supplicationis resignatio dicitur per-
fecta, necessario debemus dicere, Pium Quin-
tum voluisse hoc requisitum extensionis con-
sensus ad perfectionem, & validitatem publi-
cationis, sine quo ipsa non potest valere, nec
stare, Cassad. d. decis. 1. n. 4. Præsertim quia
Pius Quintus non induxit formam in ipsis re-
signationibus faciēdis, scilicet, vt super eis de-
beat extendi consensus ante obitum resignan
tis, sed vult, quòd debeat probari, quòd ita
consensus fuerint extensi, & sic respicit ipsam
probationem resignationis publicatæ; Vnde
non potest negari quia sit se quella, & accesso-
10 rium ipsius publicationis, cum probatio † sit
consequutio rei probatæ, vt notum est, & fa-
ciunt tradita per Boer. d. decis. 348. paulo an-
te num. 6. ibi, præsumitur potius fieri pro exe-
cutione, &c. Guidobon. decis. 93. Crescēt. de-
cis. 208. Vbi quòd consensus potest præstari
11 post obitum, quia non est de substantia † resi-
gnationis, sed pro expeditione litterarum; hoc
idem sensit Sarnen. super regul. de infirm.
quæst. 31. num. 2.

Quo sic stante, quòd ista extensio stet con-
sequutiuè, & accessoria ad publicationem, &
sit eius qualitas, sequitur, quòd reuocato prin
12 cipali † per constitutionem Gregorij, qui de-
dit alium modum publicandi, censeatur quo-
que reuocata materia extensionis consensus,
quæ est consequutiua ad publicationem, & re-
quiritur tanquam eius pars, Bald. in l. vnica
in princ. C. de latin. liber. & facit etiam ibi-
dem tex. in illis verbis, satis absurdum est, ip-
sa

ſa origine rei ſublata, eius imaginem derelin-
qui, &c. ibi not. Salic. in 2. not. Et reuocato
13 vno † per ſtatutum nouum cenſetur quoque
reuocatum aliud, quod ſtat conſequutiuè ad
illud, Bart. in l.1. ff. de legit. tutor. Anchar.
in repet. cap. canonum ſtatuta, col. mihi 19.
circa princip. verſ. quæro quid ſi lex prouidet
in duobus caſibus, de conſtit. Et reuocato vno
14 cenſentur quoque reuocata omnia † eius con-
nexa, vt poſt alios per Aym. conſ. 275. num. 5.
lib. 2.

Secundo, & clarius huiuſmodi ſententia
probatur, quia ideo in conſtitutione Grego-
rij nihil dicitur, neque diſponitur expreſsè cir
ca extenſionem conſenſus, quia idem Grego-
rius ſtatuit publicationem fieri debere cum
litteris expeditis, quod non fecerat Pius Quin
15 tus: ſed quia † litteræ non poſſunt expediri,
niſi poſt extenſionem conſenſus, Caſſad. d. de-
ciſ. 1. n. 4. de renunciat. conſequenter diſpo-
nendo circa litteras expeditas, diſponit etiam
circa conſenſum extenſum, tanquam eius an-
tecedens, l. ad rem mobilem, de procurat. Et
ſic non poteſt dici, quòd conſtitutio Gregoria-
na omiſerit conſtitutionem Pij V. in hoc ca-
16 pite: Nam † qui vnum dicit, ex quo aliud ſequi
tur, vtrumque dixiſſe videtur, Bald. in l. ope-
ra n. 5. C. qui accuſare non poſſunt.

Quod tanto magis es dicendum, quia per
17 Bullam Gregorij tolluntur † omnes fraudes,
quæ ex extenſione conſenſus poſt obitum alias
conſiderabãtur, quia mandat litteras reſigna-
tionis publicari debere infra ſex menſes à die
datæ, & ſic conſenſus omnino intra huiuſmodi
tempus extendi debet, ex quo prout dixi pu-
blicatio ſecundum hanc conſtitutionem debet
fieri cum litteris expeditis, quæ non poſſunt
expediri, niſi extenſo conſenſu per notarium
Cameræ vel Cancellariæ: Et ita ſunt ſublatæ
omnes fraudes, quæ poterant oriri ex illis cõ-
ſenſibus paruis, qui retinebantur in ſæculo ad
hoc, vt eueniente obitu reſignantis, reſigna-
tarius quandocunque quodammodo iure hæ-
reditario ſuccederet in beneficio.

Tertiò puto ego in totum reuocatam eſſe
Bullam Pij V. per illa verba de quibus in con-
ſtitutione Gregorij, Ibi, quas omnes omnino
abrogamus, &c. Nam quãuis regula ſit, quòd
18 derogatio † in ſecunda conſtitutione poſita
tollat ſolum ea, quæ videntur contraria dictæ
Conſtitutioni, vt poſt Bart. Rom. & alios tra-
dit Natta conſ. 52. n. 13. lib. 1. Alex. conſ. 122.
n. 2. & ſequen. lib. 4. hoc tamen non procedit,
19 quando † expreſsè ſecunda conſtitutio abro-
gat primam per aliam clauſulam, quàm per
clauſulam derogatoriam: Non obſtãtibus, &c.
vt quia dicat, quòd abrogat primam, vt in ter
minis declarat. Paul. de Caſtr. per illum tex. in
2. conſtit. Cod. quæ eſt de Iuſtin. Cod. confirm.
ſub n. 4. Io. Monach. in cap. 1. circa princ. de
20 conſtit. in 6. Vbi vult, quòd etiam † conſtitu-
tio ſpecialis tollatur per generalem, quando
expreſsè abrogatur. Cum igitur in conſtitu-
tione Gregoriana vltra clauſulam derogato-
riam, Non obſtante conſtitutione Pij Quinti
adſit etiam expreſſa abrogatio eiuſdem Bullæ
in dictis verbis, quas omnes omnino abroga-
mus, &c. ſumus in caſu claro, quòd Conſtitu-
torio Pij Quinti fuit in totum abrogata per
prædicta.

21 Quod confirmatur, quia etiam ſola † clau-
ſula derogatoria tollit totam præcedentem
conſtitutionem, etiam in his, quæ non ſunt pæ-
nitus contraria ſecũdę, vbicunq; adſunt verba
generalia, vt declarat Iaſ. in l. ſciendum ſub
n. 4. in prima limit. qui ſatiſd. cog. Dec. in l.
in toto ſub n. 8. de regul. iur. In Bulla autem
Gregorij vltra clauſulam derogatoriam adeſt
expreſſa abrogatio cum verbis vniuerſalibus:
22 Imprimis enim adeſt verbum, omnino, † quod
comprehendit omnes caſus, & ſignificat indi-
ſtinctè, & totaliter, Ruin. conſ. 133. num. 22.
lib. 5. Iaſ. conſ. 4. ſub nu. 3. verſ. & vltra iſta
verba, lib. 1. Secundo adeſt alia dictio vniuer-
23 ſalis, quas omnes; Tertio adeſt † verbum, ab-
rogamus, quod de ſui natura ſignificat in to-
tum, & non in partem, l. derogare, quæ eſt 102.
ff. de verb. ſignif. vbi Alciat. Rebuf. & alij: Vn-
de cum ſint tot verba vniuiuerſalia importan
tia totalitatem dictæ conſtitutionis, oſtendi-
tur manifeſtè, quod in totum, & ſine aliqua
diminutione dicta conſtitutio Pij Quinti fuit
abrogata ad tradita per Aym. conſ. 294. col. 3.
4. & 5. cum ſimul. Et propterea benè appli-
catur alia limitatio Iaſ. & aliorum ſupradi-
ctorum.

Et quod illa verba (quas omnino abroga-
mus) fuerint appoſita ad hũc effectum, vt com
prehenderent quoque modum probandi ex-
tenſionem conſenſus, comprobatur vlterius,
24 quia alias dicta verba tãm † prægnantia, &
vniuerſalia eſſent ſuperflua, & nullius effectus,
quod non eſt dicendum, ad tradita per Aym.
conſ. 135. ſub nu. 24. Et quòd ita ſit apparet,
quia reſpectu publicationis expreſsè fuit facta
prouiſio per Gregorium, & conſequenter cir-
ca hoc nulla erat neceſſaria abrogatio prędi-
ctæ conſtitutionis, nec quòd de ea fieret ali-
qua mentio, vt notant omnes in cap. 1. de con-
ſtit. lib. 6. Corſet. in ſuis Singular. in verbo
correctio, circa finem, & poſt alios tradit Bo-
lognet. in l. omnes populi ſub num. 109. ff. de
iuſt. & iur. Vnde, vt dicta verba tãm prægnan
tia ſint alicuius effectus, debemus dicere, ope-
rari abrogationem reſpectu extenſionis con-
ſenſus, de quo non fuit facta expreſſa prouiſio.

Et eo magis, quia in hac parte poteſt dici,
quod Bulla Pij Quinti ſit contraria conſtitu-
25 tioni Gregorij; Quia Gregorius † indiſtinctè
mandat litteras publicari nulla habita conſi-
deratione temporis, quo fuerit extenſus con-
ſenſus, cum fuerit contentus ſola expeditione
litterarum. Conſtitutio vero Pij Quinti vult
limitatè, quòd illæ tantum reſignationes publi
centur, quæ habent conſenſum extenſum in
26 vita reſignantis. Item quia Gregorius † vult,
quòd

26 quòd à principio† facta resignatione omne ius abdicetur à resignante, & beneficium vacet, & reseruetur dispositioni Papæ, publicatio nō fit infra sex menses; Constitutio vero Pij Quinti vult, quoad ius remaneat penes ipsum resignantem, si non extendatur consensus in vita, Quæ non possunt stare simul, quia si facta resignatione est abdicatum semel omne ius per constitutionem Gregorij, sequeretur, quòd quando postea resignās decederet non extenso consensu in vita, beneficium vacaret per obitum iuxta Bullam Pij Quinti. Et sic quòd ius, quòd semel fuit extinctum, & abdicatum à resignante, ad illum rediret, & reuiuisceret cōtra regulas iuris: Et quòd plus est, quòd rediret de tempore inhabili, nempe de tempore obitus, & quòd eodem modo vacaret; Vnde cum Bulla Pij Quinti in hoc sit contraria constitutioni Gregorij absque dubio abrogatio comprehendit hanc partem, vt post Glos. & bart. supra allegatos tradunt Roman. cons. 40. num. 5. & cons. 322. & clare etiam determinat Io. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de execut. sent. §. postremò in addit. contrarium vide, &c.

Quæ interpretatio præsertim videtur facienda, quia quòd consensus possit extendi post obitum, est de iure communi, cum iam in vi-
27 ta resignantis per porrectionem †supplicationis sit perfecta resignatio, & præstitus consensus, vt per Cassad. vbi supra. Et dicta extensio non requiritur pro essentia; & substantia resignationis, sed pro illius exequutione, cum nō possint expediri litteræ sine eius extensione, vt supra dixi. Quinimo procurator potest cogi post obitum resignantis ad ipsum cōsensum præstandum, vt per Cassad. d. decis. 1. num. 3. de renunc. Boer. d. decis. 348. nu. 7. & ratio est secundum ipsos, quia talis consensus nō est nisi executio ad actum perfectum: Vnde si hoc
* est de iure communi, tanto * magis debemus
28 capere hunc intellectum, quòd † constitutio Pij Quinti in hoc etiam circa extēsionem consensus abrogetur per Bullam Gregorij tanquam magis fauorabilem, & reducentem nos ad ius commune, glos. in cap. statutum, in verbo numerandum, de præben. in 6. Alex. in l. si constante col. 2. ff. solut. matrim. Roman. cons. 318. n. 5. Felin. in c. cum accessissent. n. 5. vers. & adduci posset, de constit. Ias. in l. si vnus §. pactus ne peteret, ff. de pactis.

Ex quibus etiam apparet resolutio circa illud, quod dicebatur de generalitate istius dictionis (omnino) nempe, quòd sit restringenda quoad publicationem, pro qua emanauit Bulla Gregorij, quia respondetur, quòd Pontifex nullo modo se restrinxit ad publicationem, sed voluit occultas, & simulatas resignationes prohibere, prout ostendunt verba proœmij, ibi ad prohibendas simulatas, & occultas beneficiorum resignationes, &c. Et huic malo prouidetur non solum per modum publicandi, sed etiam imo forsan plus per modum extendendi consensus: In qda parte cōstitutio Pij Quinti fuit sublata per Gregorium tanquam inutilis quoad occultas resignationes: Quia cum pro extensione consensus post obitum supplicatio est porrecta, signata, & datata ante obitum, vt per Cassad. decis. 1. de rer. Clarum est; quod post datam huiusmodi resignatio nō potuit esse occulta plusquam per sex menses, quia illa supplicatio signata, & datata post sex menses amplius non suffragabatur tanquam non publicata; Ergo non amplius ea prima resignatio poterat dici occulta, cum post sex menses esset necessaria noua publicatio, & noua resignatio. Vnde quia parum proderat hæc constitutio in hac parte, & etiam quia multum poterat nocere si consensus fuisset præstitus in vita, & tamen hoc probari non posset, eam in totum Gregorius abrogauit, & propterea vsus fuit verbis vniuersalibus exprefsè derogantibus ipsi constitutioni, vt supra dictū fuit.

Nec aliquid faciunt illa alia verba, de quibus in constitutione Gregorij, ibi Non obstantibus prædicti Pij Quinti, & alijs omnibus aliorum prædecessorum constitutionibus de pu
29 blicandis, &c. tum quia† verba semper debent capi, vt stent. demōstratiuè, & non taxatiuè, vt post Bart. in l. Centurio de vulg. & pup. tradit Paris. cons. 22 num. 47. lib. 2. tum etiam quia, si omnia disposita in constitutione Pij Quinti circa extensionem consensus stant consequntiuè, & accessoriè ad publicationem, prout supra probatum fuit, nihil interest, quòd dicta verba restringant Cōstitutionē respectu publicationis, quia reuocato vno, censetur quoque reuocatum aliud, quod stat consequntiuè, & accessoriè iuribus supra allegatis. Et ex his concludo per constitutionē Gregorij esse in totum abrogatam constitutionem Pij Quinti de publicandis: Quam opinionem tenuit etiam Rota in vna Hispalen. cōstitutionis de publican. sub die 8. Nouembris 1585. coram Robusterio.

De prouisione beneficij facienda per concursum, & an Episcopus magis idoneum eligere teneatur, & quis in hac materia sit magis idoneus, Cap. LII.

SVMMARIVM.

1 *Concursus non requiritur in prouisione beneficiorum simplicium.*
2 *Est necessarius, quando prouidetur de beneficio curato, etiam reseruato ob vacationem in mensibus Apostolicis.*
3 *Beneficium curatum etiam reseruatum à Papa debet conferri approbato, & electo per concursum.*
4 *Concursus requiritur in collatione beneficij curati etiam reseruati, & specialiter affecti vigore inducti, seu priuilegij in fauorem Illustrissi-*

stritissimorum Cardinalium, seu Abbatum, & capitulorum, vel etiam si eius cura Episcopo incumbat, et per unum, vel plures administretur.

5 *Oldr. opinio, quod beneficium non dicatur curatum, quando cura apud plures residet tanquam repugnans Concilio Tridentino non est tenenda.*

6 *Concursus requiritur in prouisione, quae fit de beneficio curato, quamuis beneficium vacet per resignationem in Curia dummodo resignatio sit simplex: Item quamuis Ecclesia sit patrimonialis, vel receptiua.*

7 *Est necessarius in beneficio curato, etiam reseruato, quod sit iuris patronatus Ecclesiastici, vel mixti.*

8 *Ad concursum beneficij curati, quod est de iurepatronatus Ecclesiastici, vel mixti admitti debent tam nominati à Patronis quam alij.*

9 *Concursus ad beneficia curata non datur, quando resignatio fit in manibus Papae ad fauorem certae personae.*

10 *Vacatio beneficij propriè non inducitur ex resignatione in manibus Papae ad fauorem certae personae.*

11 *Concursus non datur ad beneficium iurispatronatus laicorum, nisi ab eodem Patrono plures fuerint praesentati.*

12 *Item non datur, quando approbatus per concursum, & electus non vult consentire pensioni à Papa super beneficio reseruatae, sed beneficium alteri confertur praeuio examine simplici ad curam animarum.*

13 *Decreto irritanti, vt derogetur non sufficit quod Papa de illo notitiam habuerit.*

14 *Ius aliquod ad rem confidentiale non acquiritur in beneficio, quando illud collatio tanquam de reseruato spectat ad Papam.*

15 *Concursus non datur ad beneficium curatum exigui redditus.*

16 *Item non datur ad Parochialem vnitam alicui dignitati.*

17 *Item nec datur ad beneficium litigiosum, nisi vterque ex litigantibus decesserit, & n. 18.*

19 *Episcopus non tenetur eligere idoneorem, vbi consistit beneficium simplex, sed potest gratificare quem vult. In beneficijs autem curatis ex pluribus idoneis iudicatis ab examinatoribus debet eligere magis idoneum, & n. 20. & 21.*

22 *A iudicio Episcopi in collatione Parochialium per concursum facta datur appellatio, quando Episcopus dolose, & irrationabiliter iudicat, & num. 23.*

24 *Declara, nam de huiusmodi dolo, & irrationalitate debet liquido constare.*

25 *Magis idoneus reputatur, & caeteris praeferri debet in collatione beneficij curati, ille de cuius moribus Episcopus est melius informatus.*

26 *Item ille, qui habitat in loco beneficij, & potest residere, & prouidere necessitatibus Ecclesiae, etiam si alij sint doctiores, & n. 28.*

27 *Vtilitas Ecclesiae semper est praeferenda omnibus qualitatibus personarum.*

29 *Ordinarius potest aliquem ad concursum admittere non obstante quod terminus ab eo praefixus sit elapsus, & aduersarius qui comparuerat durante termino contradicat.*

30 *Iudici datur potestas vacandi reo contumaci expectando eum actore etiam contradicente.*

31 *Ad electionem faciendam si quis vocetur nec veniat ad diem per Capitulum assignatum, et Capitulum dicat expectandum, praesentes non possunt recedere.*

32 *Vocati ad Synodum recedere non debent nisi finita Synodo, vel ad alium terminum prorogata.*

33 *Edictum in electionibus, & prouisionibus non circunducitur.*

34 *Temporis lapsus à Iudice praefixi omnibus viam claudit, vt amplius audiri non debeant.*

35 *Episcopus (si tempore quo debet fieri prouisio beneficij per concursum, non adsit examinatores Synodales) non obstante forma Concilij Tridentini, potest deputare nouos examinatores, absque celebratione Synodi, sicuti ante Concilium ei permissum erat, & n. 39.*

36 *Forma à lege inducta quando non potest praecise adimpleri, remittitur.*

37 *Dispositio legis cessat quando cessat eius praesuppositum.*

38 *Quando Constitutio inducit nouam formam, & illa de facto non potest obseruari, sufficit, quod actus fiat eo modo, quo prius fieri poterat.*

40 *Si Episcopus deficientibus examinatoribus Synodalibus alios non deputauerit, & interim labatur tempus intra quod prouisio beneficij per concursum fieri debet, beneficium ad Sedem Apostolicam deuoluitur.*

41 *Negligentibus iura non subueniunt, sed necessitate rerum impeditis.*

42 *Impedimentum quod quis potest adhibita diligentia remouere, eum non excusat.*

43 *Decretum irritans tanquam accessorium est intelligendum secundum ea quae sunt disposita.*

44 *Impedimentum non est iustum quod ex culpa propria procedit.*

45 *Tempus sex mensium restitutum ordinarijs ad conferendum Ecclesias parochiales ex Constitutione Pij V. ad vnguem obseruari debet.*

SI quęratur quaenam beneficia debeat per concursum prouideri est distinguendum, quia si beneficium est simplex
1 sufficit †, quòd conferatur idoneo, nec necesse est, quòd fiat concursus ad effectum, vt magis idoneo conferatur, glos. in cap. Monasterium 16. quaest. vlt. cap. 3. vers. quia in minoribus vbi Abb. de iure patron. Idem Abb. in cap. constitutus il 2. & ibi Franc. num. 4. de appellat. Caputaq. decis. 69. lib. 1. in manuscript. Crescen. decis. 12. de concess. praeben. & idem velle videtur Concilium Tridentinum, postquam in simplicibus, nullam praescribit formam examinis & concursus, sed tantum requirit habilitates de iure communi necessarias, cap. 4.

cap. 4. in fine de reform. sess. 22. & c. 13. sess. 7. sicque tenuit Rota in vna Calaguritana reductionis motus proprij, 29. Martij 1595. coram Cardinale Seraphino.

2 In beneficijs verò curatis † iuxta eiusdem Concilij Tridentini præscriptum sess. 24. c. 18. debet fieri prouisio per concursum, quãuis cõstet de reseruatione, vt quia beneficium vacet in mensibus Apostolicis, nam adhuc debent proponi ædicta ab ordinario, & facto examine ab eo siue eo impedito ab eius Vicario, atque ab alijs examinatoribus non minus quàm tribus in Synodo Diocesana deputatis, illi qui
3 fuerit † ab examinatoribus approbatus, & ab Episcopo electus, collatio Ecclesiæ à Papa facienda est, & non alteri. Et dispositio Conci-
4 lij procedit etiam in beneficio reseruato †, vel affecto specialiter vigore indulti, seu priuilegij in fauorem S.R. Ecclesiæ Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorũ; Vel etiam si eius cura Episcopo incumbat, & per vnũ, vel plures ad-
5 ministretur; Nam opinio † Oldr. in cons. 67. nu. 1. quòd beneficium non dicatur Curatum quando cura apud plures residet, tanquam repugnans Concilio non est tenenda, & in specie reprobatur per Rotam in vna Gerunden. Sacristiæ, quæ habetur inter impressas diuers. decis. 48. num. 8. par. 1. Simili quoque modo Concilium Tridentinum locum habet, quam-
6 uis beneficium vacet † per resignationem in Curia, dummodo resignatio sit simplex, & etiam si Ecclesia sit patrimonialis, vel receptitia, in quibus consueuerit Episcopus vni, vel pluribus curam animarum dare. Item proce-
7 dit † in beneficio reseruato, quod sit iuris Patronatus Ecclesiastici, vel mixti, quia nulla habita ratione patronorum, ordinarius debet ædicta concursus proponere, & idoneum eligere, ac Romam mittere cum fide à Summo Pontifice instituendum, sicut fit in alijs, quæ non sunt de iure patronatus, & ad hunc concursum admitti debent tàm nominati à Patro-
8 nis † quàm alij, vt censuit Congregatio eiusdem Concilij in vna Florẽtina Parochialis de anno 1599. quàm declarationem sequuta fuit Rota in d. Florentina 28. Maij eiusdem anni coram Iusto, in qua fuit tentum, quòd nominato, seu præsentato à patronis ante concursum non potest dici aliquod ius quæsitum.

Sed quamuis in beneficijs curatis regulariter fiat prouisio per concursum vt dictum est, tamen istud fallit primo, quotiescunque resigna-
9 tio fit † in manibus Papæ ad fauorem certæ personæ, & ratio est, quia resignatio huiusmo-
10 di non inducit † propriam vacationem, Cassad. d. decis. 3. de renunc. Put. decis. 357. n. 1. lib. 1. & decis. 314. n. 2. lib. 2. Gabr. cons. 199. num. 1. & seq. lib. 2. & consequenter dispositio Concilij super concursu in ea locum non habet, sed resignatarius prouisus à Papa, vel man datum de prouidendo in forma dignum obtinens solum examinari debet absque concursu, & approbari si idoneus repertus fuerit, siue resignatarius sit prouisus in Curia, siue in partibus, vt censuit sacra Congregatio Illustrissimorum interpretum eiusdem Concilij in vna Aurien. Parochialis 3. Kalend. Februarij 1565. & in vna Illerden. 3. Octobris 1566.

11 Secundò fallit quando beneficium † est iuris patronatus laicorum, nam tunc præsentatus à Patrono debet simpliciter examinari, & si idoneus fuerit repertus institui, vt in eodem Concilio disponitur, d.c. 18. sess. 24. vers. quòd si iuris patronatus: Nisi ab eodem patrono plures fuerint præsentati, quia tunc inter eos debet fieri concursus iuxta declaratione alias factam ab eadem sacram Congregatione.

Tertiò fallit, quando approbatus per con-
12 cursum, & electus † non vult consentire pensioni, quæ à Papa super beneficio de tempore prouisionis reseruatur, nam ipso sic recusante Papa solet beneficium alteri conferre absque concursu præuio solo examine simplici ad curam animarum, cum derogatione expressa, vel tacita dicti Concilij propter decretum irritans, vt tenuit Rota in dicta decisione 48. num. 2. & 11. par. 1. diuers. Vbi dicitur, quòd
13 non sufficit † Papam habere notitiam dicti decreti, vt illi derogatum censeatur. Neque obest hoc casu, quòd approbato per concursum sit acquisitũ ius ad rem vigore dicti Con-
14 cilij, quoniam, quando collatio † spectat ad solum Papam tanquam de beneficio reseruato, non dicitur acquisitum ius ad rem considerabile, vt fuit tẽtum per Rotam in vna Derturlen. Parochialis, 12. Februarij 1593. coram Penia, & in vna Placentina Parochialis de anno 1585. coram Cardinale Seraphino.

15 Quarto etiam fallit, si Parochialis † adeo exigui redditus sit, vt examinis per cõcursum operam non ferat, aut nemo sit, qui se dicto examini quærat subijcere; aut ob apertas factiones, seu dissidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facile grauiores rixæ, aut tumultus possint excitari; Nam isto casu poterit dictum examen omitti, & priuatum aliud adhiberi, vt disponit Concilium in d. cap. 18. ad finem §. si tamen.

16 Quintò fallit, quando Parochialis † est vnita alicui dignitati, hoc enim casu cessat prouisio per concursum, vt sacra Congregatio censuit.

17 Sextò fallit, quando † beneficium est litigiosum, quia tunc si alter collitigantium cedat, vel decedat, siue possessor Parochialis sit, siue non, cũ ab ordinario alius subrogari nequeat, ne multiplicentur collitigantes, aut collitiganti superuinienti præiudicium inferatur, c. 1. & 2. vt lit. pen. lib. 6. Clem. 1. eod. tit. solet Papa alium collitigantem gratiosè subrogare quoad ius, & possessionem defuncti absque
18 aliquo concursu, secus si vterque † collitigans obierit, quia tunc fiet prouisio per cõcursum, ex quo per mortem vtriusque lis dicitur extincta, vt in d. Clem. 1. vt lit. pend. vbi Vitalin. n. 2. & 34. Card. n. 3. Cassad. decis. 3. n. 3. eod. titulo.

Præ-

Prætereà in hac materia ad quædam eſt
aduertendum, Et primò, quòd in huiuſmo-
di concurſu, & electione facienda Epiſcopus
tenetur iudicium ſuum regulare ſecundùm
iuris diſpoſitionem; Nàm quidquid ſit in be-
neficijs ſimplicibus, quo caſu quandò duo
19 ſunt † præſentati, vel plures eſt in facultate
ordinarij attendere merita, veluti gratifica-
tione, vt per Anchar. in Clemen. plures, n. 14.
verſ. primo caſu, & ibi Card. §. fin. ſub nu. 1.
verſ. primò autem, de iurepatron. & fuit ten-
tum in vna Aquilegien. iuriſpatronatus, de
anno 1585. & de anno 1586. 5. Maij coràm
Ioanne Baptiſta de Rubeis; Adeò quòd ſi ex
duobus præſentatis Epiſcopus inſtituerit vnũ,
non ſit amplius quærendum de meritis, ſed
20 ſatis ſit, quòd is, qui fuit inſtitutus † ſit ido-
neus, quamuis potuerit eligi alius idoneor,
vt declarat Dec. conſ. 129. ſub nu. 2. quem
ſequitur Lambert. de iurepatron. in 3. parte
lib. 2. quæſt. 5. art. 2. in fine, & tradit. Butr. in
c. tuam, per illum tex. ſub nu. 13. de ætate
21 & qualitat. Nihilominus † in concurſu ad be-
neficia curata, in quibus diſpoſitio Concilij
procedit, ex pluribus idoneis iudicatis ab
examinatoribus Epiſcopus debet eligere ma-
gis idoneum; Quia Concilium non dat Epi-
ſcopo facultatem eligendi quem velit, ſed quẽ
magis idoneum iudicauerit: Quod quidem
iudicium tenetur Epiſcopus regulare ſecun-
dùm diſpoſitionem iuris, vt dixi; Vndè à di-
22 cto iudicio † admittitur appellatio ſecundùm
Conſtitutionem Pij Quinti ſuper collatione
Parochialium ædita, & poteſt appellans præ-
electum prouocare ad nouum examen, & ſi
ipſe in eo magis idoneus repertus fuerit, re-
uocata electione, prima, ipſe Parochialem
obtinebit, ità fuit decisum per Rotam in vna
Detruſen. parochialis 18. Decembris 1581.
coram Gyptio.

Sed iſtud temperari debet, vt procedat
23 quandò † iudicium Epiſcopi eſt irrationabile;
Nam ex Conſtitutione Pij Quinti non conce-
ditur ſimpliciter appellatio, ſed tunc demùm
quando Epiſcopus dolosè, & irrationabiliter
iudicat, vt probant verba Conſtitutionis ex-
preſſa aliàs ad hoc ponderata per Rotam in
vna Rauennaten. Parochialis 2. Decembris
1591. corã Cardinale Arigonio. Et de hu-
24 iuſmodi † irrationabilitate, & dolo Epiſcopi
liquido cõſtare debet, cum in dicta Bulla ver-
bi ponantur in conditione ibi (conſtito de
prioris eligentis irrationabili iudicio) l.
Lucius, & ibi not. ff. de condit. & demonſtrat.
Alex. in l. Imperator ſub nu. 4. & 5. ff. de leg.
1. Dec. in rubr. de probation. nu. 115. & fuit
dictum in vna Pampilonen. beneficij 17. Maij
1577. coram Cardinale Blanchetto, & in vna
Nullius Parochialis concurſus 4. Octobris
1600. coram Ludouiſio. Pro iudicio enim
ordinarij præſumitur. c. in preſentia de renũc.
Quod etiam colligitur ex dicta conſtitutione.
Et quod de ordinario dicitur habet locum
etiam in Epiſcopo ſubrogato, ad l. ſi cum
§. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut.

Secundo eſt etiam aduertendum, quod in
25 hac materia † ille magis idoneus reputatur,
& cæteris præferri debet de cuius moribus, vi-
ta, & alijs qualitatibus Epiſcopus eſt melius
informatus, Caputaquen. deciſ. 406. & poſt
alios Lambert. de iurepatron. lib. 2. 7. quæſt.
princ. par. 1. art. 24.

26 Similiter qui habitat † in loco beneficij, &
poteſt reſidere, & prouidere neceſſitatibus
Eccleſiæ tanquam magis vtilis, cæteris præ-
ferri debet, iuxta tradita per eumdem Lam-
bert. de iurepatron. in 3. par. lib. 2. quæſt. 5.
art. 17. in fine, & melius in fine d. quæſt. verſ.
collige ex omnibus dictis, &c. vbi concludit
27 ſemper eſſe † præferẽdam vtilitatem Eccleſiæ
omnibus alijs qualitatibus præſentati; Quod
28 procedit quamuis alij ſint doctiores † quia
non propterea ſunt iudicãdi digniores ſed is,
qui iuxtà munus, & rem cui præficiendus eſt
aptior eius miniſterio apparet, vt poſt alios
aduertit Couarr. in regula peccatum par. 2.
§. 7. n. mihi 4. verſ dignior vero, & tenuit Ro-
ta in vna Beneuentana Parochialis 13. Iunij
1590. coram bo. me. Orano.

29 Tertio notãdum eſt, quòd ordinarius † po-
teſt aliquem ad concurſum admittere, non
obſtante quòd terminus ab eo præfixus ſit
elapſus, & aduerſarius, qui comparuerat du-
rante termino, cõtradicat, vt fuit reſolutũ per
Rotam in vna Calaguritana dimidij beneficij
22. Aprilis 1602. corã Ortembergo, idq; æqui-
tas, & fauor Eccleſiæ ſuadere videtur, cuius
intereſt plures oppoſitores concurrere. Et hãc
* opinionem tanquam receptiorem, * & de iure
veriorem approbarunt Domini, argum. l. & ſi
30 poſt tres. ff. ſi quis caut. Si enim Iudici † cir-
ca Iudicia data eſt poteſtas parcendi reo con-
tumaci expectando eum, actore etiam contra-
dicente, c. conſuluit, & ibi gloſ. in verb. gra-
tiam, & ſingulariter Felin. nu. 1. de offi. deleg.
l. 1. C. quomodo, & quando Iudex, l. ſi cùm
dies, §. ſi quis ex arbitratoribus. ff. de arbitr.
quanto benignius eſt hoc fieri poſſe in ele-
ctionibus, & prouiſionibus, alijſq; extraiudi-
cialibus?

31 Ita in electione † ſi quis vocetur ad electio-
nẽ faciendã, nec veniat ad diem per Capitulũ
aſſignatum, & Capitulum dicat reſpectandum,
præſentes non poſſunt recedere non finita
32 electione; ſicuti vocat † ad Synodum recede-
re non debeat, niſi finita Synodo, vel ad aliũ
terminum prorogata. Nec enim in electioni-
33 bus, † & prouiſionibus, ſicut in iudicijs circũ-
ducitur Edictum c. Eccleſia, il 2. & ibi gloſ.
1. & 2. de elect. Innocen. in d. c. conſuluit, nu.
3. Hoſtien. nu. 5. Butr. n. 27. & fuit deciſum
in Firmana parochialis 6. Martij 1592. co-
ram Cardinale Pamphilio, vbi non ſolùm age-
batur de poteſtate, verum etiam de neceſſita-
te admiſſionis.

Non obſtat conſ. Oldr. 3. quia ibi agebatur
M de

de accusatione, & oppositione criminum, quæ
34 statum hominis respicit; Ideoq; lapsus † tem-
poris à Iudice præfixi omnibus viam claudit,
vt amplius audiri non debeant; Aliud est, si
quis ius suum, vel sibi debitum prosequatur;
Aliud etiam respectu Superioris, vt ad delibe-
rationem, & negotij expeditionem per pro-
posita intrà tempus viam aperiat Oldr. d.
cons. 3. nu. 6. & 12.

Quartò admonięđi sumus, quòd si eo tem-
35 te † quo debet fieri prouisio per concursum,
non adsint examinatores Synodales, de qui-
bus loquitur Sacrum Concilium Tridentinum
sess. 24. c. 18. de reformat. Episcopus non ob-
stante forma Concilij, potest deputare nouos
examinatores absq; celebratione Synodi, vt
fuit resolutum per Rotam in vna Placentina
parochialis de Malpartida 29. Nouembris
36 1593. coràm Litta. Nàm vbi forma † à lege
inducta non potest præcisè adimpleri, tunc il-
la remittitur, Roman. cons. 433. nu. 5. cùm
alijs adductis per Aym. cons. 177. n. 1. Et Ti-
raquel. ad leg. Connubial. glos. 6. n. 6. & 32. &
69. Rolan. cons. 81. nu. 25. & sequen. lib. 1. &
cons. 43. num. 36. lib. 2. & cons. 30. n. 13. lib. 3.
Alciat. in l. 1. n. 41. de lib. & posthum. Conci-
lium enim loquitur cum præsupposito, quòd
examinatores Synodales existãt; ergò cessan-
37 te hoc præsupposito † cessat eius dispositio, l.
mancip. C. de seru. fugit. & ibi Fulgos. & Sali-
cet. num. 3. Dec. cons. 201. nu. 2. Ruin. cons. 83.
nu. 5. lib. 5.

38 Prætereà benè facit, quia quando † Consti-
tutio inducit nouam formam, & illa de facto
non potest obseruari, velut quia non adsint
personæ, vel qualitates requisitæ, sufficit,
quòd actus fiat eo modò, quo prius poterat,
c. quia propter, & ibi Abb. n. 12. de elect. Idẽ
Abb. post Io. Andr. cons. 25. nu. 12. lib. 2. & in
c. 1. nu. 11. de elect. Aym. cons. 17. nu. 2.

Quarè Episcopus, qui cum Synodalibus
examinatoribus, qui nondum sunt deputati,
vel sunt absentes, aut impediti, non potest
de parochialibus, vt Concilium disponit,
prouidere, potest per se ipsum examinatores
39 deputare, sicut † antè Conciliũ ei permissum
erat, vt in c. accepimus, & ibi glos. in verb.
examinari, de ætate, & qualit.

Ex quò ad vnum infertur valdè notandum,
40 quòd si Episcopus examinatores † non depu-
tauerit, & interim labatur tempus, intra quod
prouisio per cõcursum fieri debet, beneficium
ad Sedem Apostolicam deuoluitur, vt fuit
tentum in allegata Placentina Parochialis:
Neque enim ex sua negligentia debet Episco-
pus commodum reportare; & negligentibus
41 non † subuenitur, sed necessitate rerum im-
peditis l. non enim negligentibus. ff. ex quib.
caus. maior. Nam cum extra Synodum posset
examinatores deputare, vt dictum est, vel sal-
tem si eos non deputauit, possit ei negligen-
tia imputari, quia erat in eius potestate Sy-
nodum intra sex menses perficere, sequitur,
42 quòd impedimentum † quòd potuit adhibita
diligentia remoueri, eum non excuset l. sed &
si per Prætorem. §. hac clausula, vers. sed nec
ad eos. ff. ex quib. caus. maior. c. quia diuersi-
tatem de conces. præben. vers. & hæc. Bart. in
l. quibus diebus, in princip. & ibi Socin. nu. 3.
de condit. & demonstr. Ruin. cons. 15. n. 5. lib.
4. Communem * dicit Socin. iun. cons. 76. nu.
79. & 80. lib. 1.

Et quamuis in Concilio adsit decretum ir-
43 ritans, tamen illud tanquam † accessorium
est intelligendum secundum ea, quæ sunt di-
sposita, Put. decis. 309. nu. 2. & sequen. lib. 1.
Cassad. decis. 10. n. 4. super regulis. Et sic ni-
hil facit, quòd Episcopus non possit antè cele-
brationẽ Synodi prouidere de Ecclesijs pa-
rochialibus propter defectum examinatorum
Synodalium; Quia satis est, eum potuisse exa-
44 minatores deputare; Nec iustum † dicitur
impedimentum, quòd ex culpa propria proce-
dit; c. 1. de ætat. & qualitat. Gemin. cons. 42.
nu. 12. & sequen. & cons. 43. nu. 1. & ex prædi-
ctis apparet. Istudq; locum sibi vendicat, etiã
si sex, vel pauciores dies fuerint elapsi, post
semestre præstitutũ Ordinarijs ad conferen-
dũ Ecclesias Parochiales, ex Cõstitutione fel.
rec. Pij V. quæ est in ordine 37. Quia Rota in
45 dicta Placẽtina parochialis dixit, tẽpus † Cõ-
stitutionis ad vnguem obseruari oportere, l.
scite oportet, de excus. tut. ibi, consequens
autẽ est, not. Felin. in c. cum dilecta, n. 62. de
rescript. Curt. Iun. cons. 66. nu. 4. Ruin. cons.
144. n. 6. lib. 4.

Regula de mense, an locum habeat in beneficijs patrimonialibus, breuiter declaratum. Cap. LIII.

SVMMARIVM.

1 *Regula Cancellariæ de mense habet locum in omnibus beneficijs.*
2 *Verbum (omnia) comprehendit quodcunquè, & nihil excludit, etiam, quod esset maior ratio in vno, quàm in alio.*
3 *Regula de mense comprahendit etiam beneficia, quæ dantur in titulum, & sunt in Ecclesia numerata, etiam quòd sint patrimonialia.*
4 *Beneficia patrimonialia per indulta Dominorum Cardinalium censentur reseruata.*
5 *Regula de mense fortius operatur, quam indulta Cardinalium.*
6 *Regulæ Cancellariæ habent locum etiam in beneficijs iurispatronatus.*
7 *Reseruatio Papæ cadit etiam in beneficijs, quæ sunt in Ecclesia numerata, & extinguuntur cum persona.*
8 *Beneficia iurispatronatus non pertinent ad collationem ordinarij, beneficia autem patrimonalia pertinent, licèt teneatur ea conferre filijs*

filijs patrimonialibus.

9 *Beneficia patrimonialia cadunt sub regula de infirmis.*

10 *Staphilæus, quatenus confundit beneficia patrimonialia cum beneficijs iurispatronatus, reprehenditur.*

11 *Couar. pract. quæst. c 36. nu. 4. vers. similiter, declaratur.*

LICET non parum dubitationis habeat articulus ille, An regula Cancellariæ de mēse locum habeat in beneficijs patrimonialibus, Attamen affirmatiua sententia amplectenda est, si qui-
1 dē regula † procedit in omnibus beneficijs, vt expresse in ea disponitur, propter verbum
2 vniuersale (omnia) † quod comprahendit quodcunque beneficium, & nullum excludit, l. Iulianus. ff. de leg. 3. l. à procuratore. C. mand. etiàm quòd esset maior ratio in vno, quàm in alio, Dec. in l. 1. in 1. lect. n. 9. & in 2. lect. nu. 33. C. de sent. quæ pro eo quod in-
3 terest proferrunt; Vndè comprahendit † etiā beneficia, quæ dantur in titulum, & sunt in Ecclesia numerata, etiam quòd sint patrimonialia, vt tradit Felin. iu c. postulasti col. 10. n. 5. vers. circa de rescript. Quod etiam ex eo comprobatur, quia in huiusmodi beneficijs etiàm patrimonialibus vendicant sibi locum indulta Dominorum Cardinalium, & per illa
4 cēsentur † reseruata, vt tradit in specie Caputaq. in 2. par. decis. 89. & in 1. decis. 66. Put. decis. 163. lib. 3. Et nihilominus indulta non habent clausulas fortiores, quàm regula,
5 Imò regula † cùm procedat per viā legis, fortius operatur, vt per Calder. cons. 11. de priuil. Imol. in Clement. 1. in vlt. notab. de sepult. & facit tex. in Clemen. dudum, in fine,
6 eod. tit. Et hinc videmus, quòd † regulæ Cācellariæ habent locum, & procedunt in beneficijs iurispatronatus, vt attestatur Caputaquen. decis. 36. part. 3. quidquid dixerit Dec. cons. 224. Imò quod plus est, quamuis beneficium esset in Ecclesia non numerata, & extingueretur cum persona, vt per Sarnen. quæst. 21. reg. de impetr. benefic. per
7 obit. famil. Card. Nihilominus † cadit in eo reseruatio Papæ, vt tradit Gaspar. de Perusio in tract. reseruat. quæst. fin. num. 5.
Ex quibus apparet, non valere consequentiam, Regula non habet locum in beneficijs iurispatronatus; ergò nec in beneficijs patrimonialibus; Quia imò procedit etiam in beneficijs iurispatronatus, vt dixi, & dato, quòd non procederet, adhuc hæc con-
8 sequentia non esset bona; † Nàm beneficia iurispatronatus non pertinent ad collationem ordinarij, beneficia autem patrimonialia pertinent, licèt teneatur ea conferre filijs patrimonialibus, & hac ratione cadunt sub regulis, quæ aliquo modo concernunt collationem ordinariorum, prout etiam eadem ratione cadere dicuntur sub indultis, Put. d. decis. 163. lib. 3. Caputaquen. d. decis. 66.
9 par. 1. & decis. 89. par. 2. Et sub † regula de infirmis, vt defendit Mandos. ad d. regulam q. 15. per totam, vbi nu. 13. & 14. meritò re-
10 præhendit Staphileū, quatenus † absolutè cōfundebat beneficia patrimonialia cum beneficijs iurispatronatus, cùm possint aliqua beneficia esse patrimonialia, non tamen iurispatronatus, vt in Diœcesi Calaguritana, cuius ipse meminit nominatim.
11 Et hinc quoque tollitur † obiectio ex Couar. pract. quæst. c. 36. num. 4. vers. similiter. Nàm ipse loquitur de beneficijs patrimonialibus, quæ etiam sunt iurispatronatus, & de his quoque non audet aliquid affirmare, sed se remittit ad praxim, & obseruantiam.

Iurisdictio data inferiori, quandò censeatur concessa cumulatiue, & quandò priuatiue ad Iudices ordinarios. Item quando Archiepiscopus possit cogere subditos sui suffraganei. Cap. LIV.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio data inferiori in dubio censetur data cumulatiue ad Iudices ordinarios, non autem priuatiue, etiam si competat ex fundatione, & nu. 2.*

3 *Priuatiue censetur concessa, quandò datur Prælato regulari.*

4 *Item quandò conceditur fauore personæ, in quā exerceri debeat, & fauor eius sit non habere plures, qui eam exerceant.*

5 *Item quandò acquiritur per præscriptionem.*

6 *Archiepiscopus non habet iurisdictionem in subditos sui suffraganei, quamuis ei suffraganeus sit subiectus immediatè, & n. 7.*

8 *Iudex non eamdem iurisdictionem habet in accessorio, quam habet in principali.*

9 *Indigens opera non subditi, debet vti literis requisitorijs.*

10 *Iurisdictio suffraganei propter eius negligentiam ad Archiepiscopum deuoluitur.*

11 *Expressum dicitur per regulam generalem, vbi ea colligitur ex ratione decidendi casum particularem.*

12 *Archiepiscopus propter negligentiam suffraganei potest exercere iurisdictionem in eius subditos, quamuis existat in Diœcesi dicti suffraganei.*

13 *Episcopus suscipiens mandatum Archiepiscopi contra eos, qui ei, & non Archiepiscopo subsunt, dicitur procedere iure proprio, & non non metropolitico.*

14 *Item poterit alteri vices suas committere.*
15 *Declara nisi iurisdictio esset ad Archiepiscopum deuoluta, quia tunc, vt delegatus procedit iure delegantis, non autem proprio.*

ILLVD etiã vnanimi Doctorũ sententia receptum esse scimus, quod iurisdictio data inferiori in dubio censetur tributa cumulatiue ad Iu-
1 dices † ordinarios, non autem priuatiue: Ista est
* cõmunis * cõclusio, quã tenent Bart. in l. 1. C. de offi. Præfect. Vrbis, Bald. in l. vnica §. vbi autem nu. 6. C. de caduc. tollen. Anchar. cõs. 164. sub nu. 5. vers. nec ex eo, quod Populus, latè Roman. consi. 393. num. 1. cum nonnullis sequentibus, Paul. de Castr. in l. testamen-
* ta sub num. 6. C. de testam. Ias. qui * cõmunem dicit in l. quod in rerum. §. si quis post nu. 8. ff. de legat. 1. Felin. in c. pastoralis post num. 2. vers. regulariter videtur de offic. ordin. Dec. cons. 3. nu. 31. Ruin. qui de communi attestatur cons. 7. n. 1. lib. 4.

Ampliatur hæc conclusio, vt procedat
2 etiam si iurisdictio competat † Prælato inferiori ex fundatione, vt fuit resolutum per Rotam in vna Abulen. iuris visitandi 10. Nouembris 1600. Coram Ludouisio; Vbi facultas visitandi Prælato inferiori ex fundatione competebat, & tamen fuit dictum quód non intelligebatur adempta facultas visitandi tributa Episcopo ex dispositione Concilij Tridentini sess. 22. cap. 8. de reformat. cum intelligi debeat cumulatiue, & non priuatiue ad Episcopum, contra quem debet esse expressa prohibitio, vt etiam censuit Sacra Congregatio eiusdem Concilij.

E contra vero eadem conclusio limitatur,
3 vt non procedat in Prælato † regulari, cui speciali iure censetur concessa iurisdictio priuatiuè, Abb. in d. c. Pastoralis sub nu. 6. vers. sed in regularibus aliud puto, & ibi Felin. n. 4. de offic. ordin.

Rursus limitatur quotiescunque iurisdictio
4 fuit † concessa fauore personæ, in quam exerceri debeat, & fauor ipsius sit non habere plures, qui eam exerceant, Bald. in d. l. vnica, nu. 7. C. de caduc. tollen. Angel. cons. 375. ad finem vers. quarto fallit, Aret. cons. 102. sub n. 1. Felin. in d. c. pastoralis num. 2. in fine vers. limita quinto. Corn. cons. 3. sub. nu. 5. vers. 2. respondetur lib. 2. Afflict. decis. 41. n. 2. in fine, & nu. sequen. Aym. consi. 411. nu. 34. vers. septimo circa, Rimin. Iun. cons. 715. num. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 18. sub nu. 16. vers. nonus est casus, & Rota tenuit in d. causa Abulen. iurisuisitandi.

Tertiò limitatur, vt non habeat locum in
5 iurisdictione acquisita per præscriptionem, quia intelligitur priuatiua ad Iudicem ordinarium, vt per Calder. de præscript. cons. 2. Felin. in d. c. Pastoralis nu. 5. de offic. ordin. Balb. de præscript. par. 1. quæst. 5. princip. quæst. 10. nu. 8. Et hanc quoque tenuit Rota in vna Burgen. Iurisdictionis 2. Decembris 1585. coram Cardinale Seraphino, vbi agebatur de iurisdictione acquisita mediante vsu longissimi temporis, & sic per præscriptionem, & fuit dictum, quòd erat priuatiua ad Episcopum.

Alias limitationes adducit Felin. in d. c. pastoralis de offic. ordin. quem videas, quia hanc materiam late pertractat.

Sed non inconueniens videtur hoc in loco explicare, An Archiepiscopus ex sua iurisdictione possit cogere subditos sui suffraganei ad aliquid faciendum, puta testimonium ferendum in aliqua causa, vel aliud simile
6 peragendum? Et negatiue resoluendum est, quando ipsi subditi non consentiunt, vt expressè cauetur in d. c. pastoralis de offic. ordin. in princip. & in c. 1. §. neque, de for. cõpet. Et ratio est, quia Archiepiscopus † in subditos suffraganei nullã habet iurisdictionẽ, quæ tamen requiritur ad hoc, vt cogere possit l. eum qui, de iurisd. omn. iudic. vbi Bald. num. 1. & Abb. in d. c. pastoralis num. 5. Bene verum est, quod potest cogere ipsum
7 suffraganeum, quia † ipse est immediatè subditus Archiepiscopo, vnde in eo cessat ratio d. l. eum qui, Et hoc expresse tradit glos. in d. c. 1. §. neque, in verbo suscipere, de foro
8 compet. Vbi notat non † eamdem iurisdictionem habere iudicem in accessorio, quam habet in principali: Et licèt ibi dicat, quòd Archiepiscopus mandabit suffraganeo, illud tamen verbum, mandabit, intelligi debet de coactione, vt per Io. Monach. ibid. vers. idem quod talis, in verbo suscipere compellant, vbi ait, quòd si suffraganeus non acquiescat, poterit animaduertere in eum, sicut in subditum immediatũ, & tradunt ibi Gemin. Franc.
* & alij * communiter, & ita etiam concludit Abb. in d. c. pastoralis nu. 12. & in hanc sententiam omnes conueniunt.

Verum quia ordinarium est confugere ad
9 literas † requisitorias, quando quis indiget opera non subditi, vt post alios tradit Couar. pract. quæst. cap. 10. nu. 2. Propterea difficultas in eo versatur, si suffraganeus negligat subditos suos cogere ad instantiam Archiepiscopi, An ipse Archiepiscopus possit eos per se cogere? In quo articulo licèt Doctores sint varij, tamen affirmatiua senten-
* tia verior est, & * communior, vt scilicet pro-
10 pter talem negligentiam † iurisdictio deuoluatur ad Archiepiscopum, c. cum simus 9. q. 3. & ibidem glos. in summa, & in c. fin. in verb. negligentes, ead. quæst. & in c. 1. in verbo, culpis, de supplen. neglig. prælat. in 6. vbi Gemin. ad glos. in verb. iurisdictio, dicit,

dicit, quòd * totus mũdus approbat hanc sententiam, sequitur Franc. num. 3. Hostien. in d. c. pastoralis, & ibidem Felin. n. 6. vbi tradit totum mundum tenere hanc opinionem, & quòd contraria opinio est noua, allegat Paul. de Eleazar. in c. 1. de supplen. neglig. Prælat. lib. 6. Io. Andr. in d. c pastoralis n. 5. Bellamer. num. 1. Præposit. in d. c. cùm simus 9. quæst. 3. Et licet aliqui Doctores dicant metropolitanum non habere iurisdictionem in subditos suffraganei, nisi in casibus à iure expressis, Nihilominus satis hoc in iure

11 est expressum per regulam † generalem, quæ colligitur ex ratione decidendi casum particularem, d. c. cùm simus 9. quæst. 3. Et hanc opinionem in specie tenuit Rota coram Cardinale Seraphino in vna Valentina iurisdictionis, 18. Aprilis 1597. In qua fuit etiam dictum, quod tali potestate vti po-

12 test Archiepiscopus † etiã quando causas cognoscit existens in Diœcesi suffraganei, quia eius iurisdictio non ampliatur, nec minuitur eius ex qualitate loci, sed eadem ei competit vtrobique.

13 Et est aduertendum, † quod si in hoc casu Episcopus suscipiat mandatum Archiepiscopi contra eos, qui ei, & non Archiepiscopo subsunt, tunc dicitur procedere iure proprio, & non metropolitico, cum ius cogendi non subditos non sit penes Archiepiscopum, nisi in casu tantùm negligentiæ, vt dixi. Et quòd Episcopus eo casu iure proprio, & non superioris auctoritate procedat, tradit Abb. in c. quod ad cõsultationẽ. n. 28. in fi. & nu. 29. de re iudic. Bart. in l. à Diuo Pio §.

14 qui Romæ n. 6. ff. eod. † Ideò poterit etiam alteri vices suas committere, c. fin. de offic. ordin. Abb. in c. constitutus nu. 6. de fideiuss. l. sæpè, & sequen. de offic. Præsid. Rota decis. 18. de concess. præben. in nouis. Quod ta-

15 men procedit solùm in † coactiuis, nam in alijs ad Archiepiscopum deuolutis, & in quibus iurisdictio esset penes ipsum, Episcopus suscipiens mandatum Archiepiscopi procedit vti delegatus iure delegantis, non autem proprio, & ideò tenetur per se ipsum exequi mandatum, nec potest vices suas alteri delegare.

In beneficialibus, an, & quando vltimus status attendatur, ex his, quæ Rota censuit luculenter enarratum, atque explicatum. Cap. LV.

SVMMARIVM.

1 Status vltimus, ac vltima, & immediata quasi possessio attendi debet in consideranda qualitate beneficiorum.

2 Beneficium ab initio curatum pro non curato habetur, si ad præsens regatur sine cura, & si habeat curam, pro curato habetur, licet a principio esset sine cura.

3 Beneficium habens Rectorem perpetuum, collatiuum potius, quam manuale præsumitur, nec potest dici de mensa, quamuis Rector aliquid soluat Monasterio occasione beneficij, & num. 4. Item quamuis beneficium existat intra Ecclesiam Monasterialem, & nu. 5.

6 Beneficia secularia in Ecclesijs Monasterialibus esse possunt.

7 Status vltimus attenditur ad cognoscendum, an Cappella sit beneficium Ecclesiasticum conferibile, vel potius oratorium simplex.

8 Oratorium simplex ex quibus signis cognoscatur.

9 Beneficium ex statu præsenti præsumitur semper tale fuisse à principio, & nu. 20.

10 Beneficium Ecclesiasticum dicitur, quod perpetuo conferri potest, ni si fundator iusserit in perpetuum illud spectare ad collationem certorum personarum, veluti Abbatis certi monasterij, cum hoc quòd etiam possit administrationem illius alteri concedere in totum, vel in partem, prout sibi videbitur, quia tunc beneficium dicitur Ecclesiasticum, quamuis non sit conferibile, & numero 11.

12 Præsentatus ab eo, qui habet pro se vltimum statum, & sic quasi possessionem præsentandi, præfertur præsentato a vero patrono.

13 Status vltimus, seu quasi possessio præsentandi operatur, vt in literis apostolicis non sit facienda mentio de veris patronis, sed de existentibus in possessione.

14 Electus ab eo, qui est in quasi possessione eligendi, dicitur legitimè electus, & præfertur cuicunque alteri electo.

15 Collatio beneficij facta per illum qui est in quasi possessione conferendi, præfertur collationi cuiuscunque.

16 Collatio, est præsentatio sunt de fructibus iuris præsentandi, siue conferendi.

17 Status vltimus beneficij saecularis attenditur, quamuis de sæcularitate non constet, nisi ex collationibus Papæ, dummodo de contrario statu non appareat.

18 Collationes Apostolicæ non mutant statum beneficij, nec inferruut existenti in quasi possessione præiudicium, & num. 34. Nisi sint facta eo animo, vt imprimant alium statum, n. 37.

19 Faciunt statum beneficij collatiuum, quando non apparet de contrario statu manualitatis.

20 Status vltimus non constito de contrario inducit præsumptionem similis status de præterito.

21 Collationes Papæ nullæ, & subreptitiæ non faciunt statum beneficij collatiuum.

22 Status vltimus beneficij etiam non præscriptus, attendi debet.

23 *Item non praescriptus sufficit pro sustinenda collatione, etiam ad effectum includendi, vel excludendi reservationem Papae, licet qualitatem beneficij non immutet.*

24 *Debet attendi, etiam si de illo non constet, nisi per vnicum actum effectum sortitum.*

25 *Possessio, vel quasi iuris conferendi acquiritur etiam ex vnica collatione, quae fuerit sortita effectum.*

26 *Acquiritur Episcopo, etiam ex collatione facta per assertum Vicarium.*

27 *Item acquiritur Episcopo successori, licet collatio sit facta mortuo Episcopo praedecessore ab eius Vicario generali, nisi constet, quod obitus praedictus ad notitiam Vicarij peruenerit.*

28 *Officium Vicarij post obitum Episcopi exspirat.*

29 *Resignatio facta in manibus Vicarij generalis mortuo Episcopo antequam de illius obitu certioretur, valet.*

30 *Status vltimus beneficij, seu quasi possessio ex vnico actu non acquiritur, quando actus ille fuit admissus cum clausula sine praeiudicio.*

31 *Clausula sine praeiudicio, &c. praeseruat ius tam in petitorio, quam in possessorio, itaut per patientiam, seu consensum praestitum in illo actu tantum, non autem in futuris, sibi quis censeatur praeiudicasse.*

32 *Status vltimus non acquiritur ex vnico actu conditionali.*

33 *Praesentatio ab vno ex conpatronis facta aliorum possessionem praeseruat, nisi fuerit facta priuatiue quoad alios.*

35 *Prouisio Apostolica non impedit ius patronatus, nec quasi possessionem illius etiam illi derogando.*

36 *Inferior non potest mutare statum beneficij.*

38 *Collatio Papae facta seculari de beneficio regulari expresso nomine regularitatis dispositiue, immutat statum beneficij, si autem beneficium regulare datur in commendam, vel ex dispensatione possideatur, vel dicatur dependere a Monasterio, aut dicatur officium regulare, qualitas contraria non mutatur, nisi commendetur saeculari habenti aliud beneficium in titulum, & nu. 39.*

40 *Status vltimus beneficij etiam lite pendente attendi debet.*

41 *Collatio existentis in possessione conferendi facta post motam litem super proprietate valet, & praefertur collationi illius ad quem collatio de iure pertinet, sed non est in possessione.*

42 *Existens in possessione iuris praesentandi potest praesentare etiam lite pendente, dummodo lis vertatur super proprietate iuris praesentandi, si autem vertatur inter praesentatos super ipsa praesentatione, tunc patronus non potest praesentare, & nu 43.*

44 *Praesentatio ad beneficium potest fieri in vnum ex collitigantibus etiam lite pendente inter praesentatos, dummodo fiat in superstitem altero ex collitigantibus cedente, vel decedente, & nu. 45.*

46 *Declaratur, nisi propter nouum ius collatum in personam collitigantis lis etiam finiri posset, quia tunc potest in eum fieri praesentatio, etiam quod alter non cedat, vel decedat.*

47 *Status vltimus beneficij, seu Ecclesiae quae a Clericis saecularibus, & monachis promiscue gubernatur, dignoscitur ex maiori parte eorum, qui sunt vltimi possessores.*

48 *Beneficium dicitur saeculare etiam si fuerit gubernatum per 40. annos a Religiosis ibi ministrantibus tanquam saecularibus.*

49 *Status vltimus beneficij attendi debet, etiam ad effectum ne actus retractetur, quamuis possidens in petitorio succumbat.*

50 *Praesentatio ad beneficium institutione sequuta, non infringitur, quamuis postea euincatur iuspatronatus ab ipso praesentante, & declaretur ipsum non fuisse patronum.*

51 *Collatio non vitiatur quamuis pronuncietur contra possessorem in petitorio.*

52 *Possessio, seu quasi validat actum, donec possidens a tali possessione amoueatur.*

53 *Status vltimus beneficij non attenditur, quando constat de violentia, & mala fide possidentis.*

54 *Collatio, siue praesentatio ad beneficium facta per possessorem violentum, non valet.*

55 *Possessor malae fidei non facit fructus suos, imo tenetur de extantibus rei vendicatione, & de consumptis condictione sine causa.*

56 *De statu vltimo beneficij non est facienda mentio in litteris impetrationis, quando possessio est violenta.*

57 *Status vltimus, seu quasi possessio non attenditur in actibus negatiuis, praesertim in his, quae sunt merae facultatis, & quando agitur contra superiorem.*

58 *Item non attenditur, quando adsunt duae possessiones ambae compatibiles.*

59 *Collatio illius, qui intrusus reperitur in beneficio reseruato, & confert benefici a pertinentia ad collationem dicti beneficij, non valet quamuis sit in bona fide.*

60 *Reseruatio inficit titulum, & possessionem, & ligat etiam ignorantes.*

61 *Intrusus in beneficio non facit fructus suos.*

62 *Collectoris opinio, in decis. 20. de praeben. & in decis. 4. eod. tit, in antiquior. declaratur.*

63 *Status vltimus possessoris non attenditur, quando in contrarium constat de illius proprietate.*

64 *Possessio, seu quasi iuris praesentandi non suffragatur, quando constat praesentationem ad alium spectare ratione proprietatis.*

65 *Collatio iurispatronatus facta ab ordinario existente in quasi possessione libere conferendi, non valet, si fuit facta postquam de proprietate constitit in contrarium.*

66 *De proprietate beneficij aduersus possessorem habentem vltimum statum, non aliter dicitur constare, quam per confessionem partis, vel per rem iudicatam.*

67 Sta-

67 *Status nouus in beneficio imprimitur, qui attendi debet, non obstante priori statu contrario, vbicunque præscriptio legitima cum possessione concurrat, ea autem cessante à priori statu non receditur.*

68 *Possessio vltima non præscripta non tollit titulum, & præscriptionem præcedentem.*

69 *Status, seu qualitas beneficij, vt immutari possit, quæ sint necessaria.*

70 *Præscriptio quadragenaria, quando requiratur ad mutandum statum beneficij secularis, & quando sola decennalis sufficiat, & n. 72.*

71 *Stafilei opinio, quòd ad præscribendum statum beneficij secularis indistinctè sufficiant decem anni, reprobatur.*

73 *Fauor redditus ad ius commune cessat, quando quis priuatur iure suo.*

SÆPISSIME in Sacro Rotæ Auditorio controuertitur, qualis status beneficij sit attendendus: Igitur, vt clarius hanc materiam explicemus constituenda est huiusmodi regula: Videlicet, quòd
1 in consideranda † qualitate beneficij vltimus status, & vltima atque immediata quasi possessio attenditur, per tex. in c. cùm Ecclesia Sutrina, ibi vltimo, & immediate, de caus. possess. & propriet. Hanc conclusionem passim Rota tenet, vt in decis. 24. nu. 2. de præben. in nouis, & decis. 49. vers. Item quia vltimus status, de rescriptis, in antiquis, idem scribit Oldrad. cons. 312. num. 2. & alij per eum allegati, & per Ferret. cons. 282. nu. 11. & 12. & cons. 210. nu. 4.

Ex quo infertur secundū Bald. in l. si mater tua n. 2. C. ne de stat. defunct. per quinquen-
2 nium quæratur, quòd beneficium † ab initio curatum pro non curato habetur, si ad præsens regatur sine cura; Et è conuerso si nunc habeat curam animarum, pro curato reputatur, quamuis à principio esset sine cura.

Rursus infertur, quòd beneficium ex vltimo eius statu collatiuum potius, quàm ma-
3 nnale præsumatur, videlicet, si habeat † Rectorem perpetuum; Quia beneficium habens rectorem perpetuum non potest dici de mensa, glos. in Clement. vnica §. quædam etiam, in verbo, ad mensam, de excess. prælat. Si quidem Rector non capit fructus de manu Monasterij, sed iure proprio, glos. in d. Clemen. vnica, Innoc. in c. Monacis de præben. Et ita tenuit Rota in vna Taruisina Parochialis 27. Nouembris 1602. coràm Ludouisio; vbi fuit dictum, hoc procedere, quamuis Rector
4 aliquid † solueret Monasterio occasione beneficij, quia ex tali solutione arguitur quidem subiectio, sed non arguitur, quòd sit de mensa illius. Simili quoque modo Rota in vna Parmen. Prioratus 14. Aprilis 1600. coràm Penia, ex vltimo statu iudicauit beneficium
5 esse collatiuum, quamuis existeret intra Ecclesiam Monasterialem, & consequenter videretur manuale, Cassad. decis. 1. n. 5. de præ-
6 ben. Siquidem etiā in Ecclesia regulari † possunt esse beneficia secularia, quæ Clericis secularibus conferantur c. fin. §. præcipimus per tot. & ibi Ant. de Butr. num. 16. vers. nam & monaci Anchar. nu. 15. vers. si videtur, & melius num. 16. vers. quia & Monaci de stat. Monachorum.

Tertio etiā infertur, quòd ad cognoscendū
7 an Cappella † sit beneficium Ecclesiasticum conferibile, vel potius oratorium simplex, vltimus eius status inspicitur, præsertim si sit antiquus, Dec. cons. 126. n. 1. & tenuit Rota in vna Volaterana Cappellæ 16. Nouembris 1594. coram Cardinale Seraphino: Vbi constabat Cappellam tanquàm simplex oratoriū fuisse per longissimum tempus rectam, & gubernatam per Confratres laicos, qui ad eorū nutum, & sub certi salarij constitutione semper deputauerant Cappellanos absque aliqua Episcopi auctoritate, vel alterius Prælati Ec-
8 clesiastici, qui status † ostendebat illud esse oratorium simplex ipsius Confraternitatis, ad Roman. cons. 47. num. 10. Dec. cons. 148. nu. 1. Et licèt ibi adesset Campanile, & missæ celebrarentur tamen cùm hæc essent signa æquinoca, quæ possunt conuenire etiam priuatis oratorijs, Abb. in c. petentibus nu. 3. de præben. Dec. d. conf. 48. Archid. in c. nemo de consecrat. distinct. 1. Lambertin. de iure patron. par. 1. art. 7. 2. quæst. princip. n. 10. Nec aliqua afferentur signa, quæ demonstrarent illud esse beneficium Ecclesiasticum, sed potius Oratorium, vt per Feder. de Sen. cōs. 130. Rebuf. de pacif. possess. n. 343. Silua. de benefic. par. 1. quæst. 1. Gig. de pension. quæst. 86. Rota censuit illam non fuisse Cappellam Ecclesiasticam conferibilem, sed oratorium sim-
9 plex, quod ex † statu præsenti præsumebatur semper tale fuisse etiam à principio, ad Cassad. decis. 4. nu. 7. de præben. & decis. 7. de iurepatron. nu. 7.

Sed hic pro intellectu prædictorum velim
10 obserues, quòd quamuis regulariter † beneficium Ecclesiasticum illud sit, quòd perpetuò conferri potest, vt per Abb. in c. auctoritate, in fine de cens. Sarnen. in regula de infirm. n. 23. tamen aliquando potest esse bene-
11 ficium Ecclesiasticum, quamuis † non sit conferibile, puta si ille, qui fundauit beneficiū, voluit in perpetuum illud spectare ad liberā dispositionem certarum personarum, veluti Abbatis certi monasterij cùm hoc, quòd etiā possit administrationem illius alteri concedere in totum, vel in partem, prout sibi videbitur, Ità tentum per Rotam in vna Perusina Sanctæ Mariæ de Niue 30. Aprilis 1599. coram Cardinale Pamphilio.

Quartò ex cadē cōclusione deducitur, quod
12 præsentatus † ab eo, qui habet pro se vltimum

mum ſtatum, & ſic quaſi poſſeſsionem præ-
ſentandi, præfertur p r ęſentato à vero patrono,
c.conſultationibus, de iure patron. & ibi Ant.
de Butr. n.9. verſ. per hoc. Abb. num. 6. idem
Abb, conſ.54. nu.2. lib.1. Oldrad. d.conſ. 312.
nu. 2. aute medium, verſ. & ideo præſentatus,
& conſ.124. nu. 1. Aym. conſ. 322. nu.5. verſ.
imò præſentatus Roch. de iure patron. in
verb. Competens quæſt.19. nu.39. & ſequen.
Lambert. eod. tract. lib.2. par. 1. quæſt.3. ar-
tic.6. num.1. & 2. Rota deciſ. 14, de iure pa-
tron. in antiq. Put. deciſ. 189. lib.1. cum multis
alijs congeſtis per Menoch. conſ.90. nu. 124.
Ideo poſt Innoc. egregie tradit Card. conſ.69.
13 n.4. verſ. ſufficit, quòd quando adſunt † veri
patroni non exiſtentes in quaſi poſsione præ-
ſentandi, & alij non patroni exiſtentes in qua-
ſi poſſeſsione, in litteris Apoſtolicis non eſt
opus facere mentionem de veris patronis,
ſed de exiſtentibus in quaſi poſſeſsione, quia
per litteras Apoſtolicas non præiudicatur ve-
ris Patronis, quoad præſentationem, quan-
do non ipſi, ſed quaſi poſſeſsores facere de-
bent, & Card. referunt, & ſequuntur Felin. in
tract. quand. lit. Apoſt. non par. colum. ante
penult. in 9. limit. Dec. conſ. 117. nu. 1. circa
med. & conſ. 126. num.3. Lambert. de iurepa
tron. art.1. quæſt.3. par.1. lib.2. n. 8. & latius
art. 13. quæſt.9. par.3. lib.2.

Et quod dictum eſt de præſentatione, locum
14 habet etiam in electione, quia electus † ab eo,
qui eſt in quaſi poſſeſsione eligendi, dicitur
legitime electus, & præfertur cuicunque al-
teri electo, cap. quærelam de elect. Dec. con-
ſil. 152. nu. 4. Et idem eſt in collatione,
15 Nam collatio beneficij † facta per illum, qui
eſt in quaſi poſſeſsione conferendi, & ita ha-
bet vltimum ſtatum, præfertur collationi cu-
iuſcunque, cap. cum olim de cauſ. poſſeſs. &
propriet. Calder. conſ.23. de præben. Rota de-
ciſ.49. de reſcript. in antiq. Put. deciſ.206. lib.
16 2. Cum enim collatio † & præſentatio ſint de
fructibus iuris conferendi, ſiue præſentādi, Ro
ta deciſ.7. n.1. de iure patron. in nouis Caſſad.
deciſ. 3. n.6. de penſion ſpectāt ad poſſeſſorem,
l. bonæ fidei ff. de acquir. rer. domin. Et ita fuit
reſolutū per Rotā in vna Bracharen. Monaſte-
rij de Iunchas 4 Maij 1598. corā Horat. Card.
Lancellotto, & per prius in vna Imolen. iuris
patronatus coram Cantuccio, & in deciſ. 167.
n.10. par. 2. diuerſ. Vbi dicitur Collationem
iuris patronatus factam ab ordinario exiſten-
te in quaſi poſſeſsione libere conferendi, eſſe
præferendam præſentationi patroni in quaſi
poſſeſſione non exiſtentis, vbi tamen de
proprietate iuris præſentandi non conſtet.

Extenditur autem ſupradicta regula, quòd
17 vltimus ſtatus † beneficij ſit attendendus, etiā
ſi de vltimo ſtatu ſecularitatis non conſtet,
niſi ex collationibus Papæ, dummodo tamen
de contrario ſtatu non appareat. Nam quam-
18 uis collationes † Apoſtolicæ regulariter non
mutent ſtatum, Ant. de Butr. in cap. porrecta n.
2. verſ. & ita dicit Paulus de confirmat. vtili
vel inutil. Calder. conſ.26. in fine de præben.
Nihilominus quando non apparet de contra-
19 rio ſtatu manualitatis, faciunt ſtatum † benefi-
cij collatiuum, qui attendi debet, ad effectum,
vt collatio valeat, cap. ſi iudex laicus §. idem
eſſe verſ. iſque ſtatus de ſent. excom. Caldar.
conſil. 28. verſ. & ſtatus præſens de præben.
Et inde quoque oritur præſumptio ad creden
dum antiquum ſtatum beneficij fuiſſe ſimilem
20 vltimo, cum vltimus ſtatus † non conſtito de
contrario inducat præſumptionem ſimilis ſta-
tus de præterito, l. liberis. §. fin. de liber.
cauſ. in l. ſi prius num. 18. ff. de oper. nou.
nunciat. Bald. in l. in perſona num. 2. verſ.
ſed in materia contingenti, C. de probat.
Et ita tenuit Rota in allegata Parmen. Prio-
ratus 14. Aprilis 1600. coram Penia. Quod
tamen intelligi debet, quando collationes
21 Papæ ſunt validæ, ſecus ſi ſint nullæ, † & ſub-
reptitiæ, quia tunc per eas aliquis ſtatus col-
latiuus induci nequit, vt per Dec. conſ. 128.
numer. 4. verſic. Tertio allegata in contra-
rium, & poſt eum Ferrett. dict. conſil. 210.
numer. 8.

Secundo extenditur, vt locum habeat,
22 quamuis vltimus † ſtatus non ſit præſcriptus,
iuxta deciſ. 2. de præben. in nouis ſub num.
2. quæ vult, quòd ſi prætendatur beneficium
eſſe ſeculare, nec doceatur de priori ſtatu con-
trario, ſufficiat oſtendere vltimum ſtatum
ſeculare eſſe, licet non probetur, quòd ille ſta
tus fuerit præſcriptus, ſubditque hanc fuiſſe
ſingularem opinionem Ægidij, quæ Dominis
placuit: Idem tenet Rebuf. ſuper concord. tit.
de collat. §. volumus in verbo, regularia, verſ.
quatto re[illegible]iritur, & in conſ. 34. num.13. verſ.
non obſtat, vbi inquit, quòd beneficium tale
præſumitur, in quali ſtatu reperitur tempore
vacationis, licet non ſit præſcriptum tanquam
tale per ſpacium quadraginta annorum, per
c. cum de beneficio, de præben. lib.6. cum alijs
per eum allegatis.

Et iſtud abſque vlla dubitatione proce-
dit, quando incidenter agitur inter prouiſos
de validitate ipſius collationis, quia ad hunc
effectum ſufficit qualiſcunque poſſeſſio, licet
non præſcripta, cum vt dixi collatio ſit fru-
ctus iuris conferendi, qui ad poſſeſsorem ſpe-
ctat; Vnde quamuis iſta quaſi poſſeſsio, & vl-
23 timus ſtatus non ſit ſufficiens † ad immutan-
dam qualitatem beneficij, puta, quòd de regu
lari efficiatur ſeculare, ſufficit tamen pro ſu-
ſtinenda collatione etiam ad effectum inclu-
dendi, vel excludendi reſeruationem Papæ, iux
ta conſ. Calder. 23. incip. An ſi Papa, de præ-
ben. approbatum à Rota, vt per Mohed. deciſ.
8. alias 179. de priuileg. Simonet. de reſeruat.
quæſt.70. Put. deciſ.206. lib.1. Thom. de Tanis
deciſ. 1. & fuit ſæpe alias in Rota deciſum,
& ſignanter in vna Vicentina beneficij 19. No
uembris 1599. coram Cardinale Pamphilio, &
rurſus in vna Ferrarien. Prioratus 17. Mar-
tij

tij 1608. coram Penia, vbi constabat de vlti-
mo statu sæcularitatis, quia beneficium tan-
quàm sæculare fuerat in titulum collatum ab
ordinario; quòd licet à sua primæua origine
fuisset regulare, & propterea prætenderetur
reseruatum; Nihilominus quia lis erat non
inter ipsos principales collatores, sed inter
prouisum ordinarium, & Apostolicum, Ro-
ta tenuit, quòd ad sustinendam collationem
ordinarij, & ad effectum excludendi reser-
uationem Papæ, attendenda esset dicta qua-
si possessio, & vltimus status beneficij, per d.
cons. Calder. 23.

Tertio extenditur, vt procedat etiam si nõ
24 constet † de quasi possessione, seu vltimo sta-
tu, nisi per vnicum actum effectum sortitum,
puta per vnicam collationem, Federic. de
Sen. cons. 234. sub num. 4. vers. est dicendum,
Dec. cons. 226. nu. 2. vers. & ista quasi posses-
sio, Ferret. d. cons. 210. nu. 5. Et tenuit Rota
in supra allegata Bracharen. 4. Maij 1598.
corã Card. Lãcellotto, In qua fuit dictũ, quod
ad effectum acquirendi quasi possessionem iu-
25 ris conferendi, sufficit vnica † collatio effe-
ctũ sortita, per c. quærelam de elect. & c. cum
Ecclesia Sutrina, vbi glos. in verb. trium,
Abb. nu. 22. Ripa n. 91. de caus. possess. & pro-
priet Aym cons. 322. nu. 2.

26 Et istud procedit etiam in † collatione fa-
cta per assertũ Vicarium, quia per illam Epi-
scopo acquiritur quasi possessio conferendi,
Aut. Aug. in repert. tit. de offic. Vicar. nu. 10.
Quinimò ex collatione facta à Vicario gene-
rali licet sit facta Episcopo mortuo, & ante
successoris aduentũ, acquiritur ista quasi pos-
27 sessio † conferendi Episcopo successori, non
constito quòd obitus prædictus ad notitiam
Vicarij peruenerit, vt tradit Papazzon. in
addit. ad decis. primam n. 4. de offic. Vicar. in
nouis, vbi inquit Rotam sic tenuisse in vna Li-
cien. Canonicatus, & præbendæ coram Anto-
nio Agustino, per cons. Calder. 4. de offic. de-
28 legat. Quamuis etenim † officium Vicarij
post obitum Episcopi expiret, c. fin. de pro-
curat. Abb. in c. penult. de offic. Vicar. & in
huiusmodi reuocatione, quæ fit per mortem
certificatio non videatur necessaria, ad not.
per glos. post Innocen. in c. de vna de renunc.
Felin. in c. ex parte Decani col. 11. de rescript.
vers. fallit octano: Attamen hæc opinio te-
nenda est propter errorem communem, & vti-
litatem publicam, ad l. Barbarius. ff. de offic.
Præt. ob quam rationem Rota etiam censuit
29 validam esse resignationem factam in mani-
bus Vicarij generalis mortuo Episcopo, ante-
quam de illius obitu certioraretur, vt per
Mohed decis. 29. de renunciat. alias 215.

Sed quamuis per vnicum actum quasi pos-
sessio, & vltimus status acquiratur, vt dictum
est, tamẽ istud declaratur. Primo vt nõ proce-
30 dat, quando † actus esset admissus cũ clausula
sine præiudicio, &c. quia tunc etiam si esset ef-
fectuatus, non tamen ex eo acquireretur qua-
si possessio conferendi, aut præsentandi pro-
31 pter dictam clausulam, quæ præseruat † ius
tam in petitorio, quam in possessorio, itaut
per patientiã, seu consensum præstitum in il-
lo actu tantum, non autem in futuris sibi quis
censeatur præiudicasse, iuxta tradita per De-
cium in c. cum accessissent sub nu. 17. col. pen.
vers. 3. limitatur, & vers. quinto intelligitur, &
ibi Felin. n. 30. vers. quinto limita de constit.
Put. decis. 188. lib. 2. & fuit dictũ in vna Maio-
ricen. Iurispatronatus 4. Decembris 1587. co-
ram Bubalo.

32 Rursus declaratur, vt non procedat † in
consensu dato sub conditione, puta quatenus
beneficiũ sit iurispatronatus, & non alias, &c.
vt fuit dictum in vna Britinorien. Iurispatro-
natus 2. Aprilis 1601. corã Card. Lãcellotto.

Tertio declaratur, vt non procedat quan-
do compatronus simpliciter præsentauit, quia
ex tali præsentatione non acquiritur quasi
33 possessio † præsentandi aduersus alium com-
patronum, sed requiritur, quod præsentaue-
rit priuatiue quoad alium, Alioquin per præ-
sentationem ab vno compatrono factam alte-
rius quasi possessio pręseruatur, iuxta cons. Fe-
der. de Sen. 102. in fine cum simil. & fuit di-
ctum in vna Burgen. Cappellaniæ 29. Aprilis
1587. coram Gypsio.

Quarto principalis conclusio extenditur,
vt locum habeat etiam si Papa in principio,
seu in medio beneficium ipsum contulerit,
quia licèt vbi de contrario statu non apparet
collationes Apostolicæ faciant statum colla-
tiuum, vt suprà diximus, secus tamen est, vbi
34 de vltimo † statu beneficij aliter constat, quia
tunc huiusmodi collationes non mutant illum
statum, nec inferunt existenti in quasi posses-
sione præiudicium, Ægid. decis. 107. incip.
per collationem, & decis. 212. incip. in causa.
Achil. decis. 13. de iurepatron. Lambert. de
iurepatron. lib. 3. quæst. 7. in princ. art. 7. nu. 6.
35 Vbi voluit prouisionem Apostolicam † non
impedire iuspatronatus, nec quasi possessio-
nem illius, etiam illi derogando, vt late per
Felin. in tract. quando literæ apost. & habe-
tur per Dec. cons. 126. sub num. 4. vers. & sic
dicta collatio. Vnde tempus collationum
Apostolicarum erit de medio deducendum,
iuxta decis. Guidob. 125. Quod multo qui-
dem magis obseruandum est in collationibus
36 inferioris, qui non habet potestatem † im-
mutandi statum beneficij, vt post Archid. tra-
dunt Io. Andr. Gemin. Franc. & alij in c. cum
de beneficio de præben. in 6. & de Episcopo
fuit dictum in vna Vrgellen. Parochialis 13.
Ianuarij 1606. coram Marquemontio.

Verum tamen licet collationes Apostolicæ
statum non mutent, vt dictum est, tamen
hoc procedit quandò non constat de animo,
& intentione Papæ, quòd voluerit mutare
37 statum, secus si conferat, † eo animo, vt im-
primat alium statum, quia tunc status be-
neficij bene immutatur, Anchar. in d. c. cum

do

de beneficio n.2.Io.Andr. col.2. Gemin.n.10.
Franc. nu.6. & alij de praben. in 6. Silua be-
nef. par.3. quæst. 11. num. 124. Felin. in cap.
in nostra num. 41. in fine de rescript. Rebuf.
super concord. tit. de collat. §. volumus in
verb. regularia vers. 3. requiritur; Vbi po-
nit exemplum, quando seculari confertur † be
38 neficium † regulare expresso nomine regula-
ritatis dispositiue, quia tunc inducitur mu-
tatio, licet beneficium non sit illius qualitatis,
secus si daretur in cõmendam, vel ex dispen-
satione possideretur, vel diceretur dependere
à Monasterio, aut diceretur officium regula-
re: Nam tunc qualitas contraria non præscri-
beretur, Nisi beneficium cõmendaretur aliud
iam habenti, cum hoc casu commenda fieri
censeatur ratione alterius beneficij: Ideo si se-
39 culari habẽti † beneficium in titulum commen
daretur regulare, non expressa tamen ea qua-
litate, sed simpliciter Papa diceret, Parochia-
lem Ecclesiam tibi commendamus, tunc in il-
la commenda qualitas præscriberetur, vt de-
clarat Rebuff. in loco proxime allegato, di-
cens ita vidisse in practica obseruari.

Quintò eadem conclusio extẽditur, vt pro-
40 cedat etiam † lite pendente, puta si quis exi-
stat in quasi possessione conferendi, nam po-
test vti sua possessione, & ipsi collatio debe-
tur, quamuis ei fiat controuersia in petitorio,
Lap. alleg. 136. num. 4. & sequen. tradunt
* omnes* post Innocen. in c.2. de restit. in integr.
& ibi Butr.n.21. Ferret.cons.192. in fine Boer.
decis.2. num. 26. & fuit resolutũ per Rotam in
allagata Bracharen. Monasterij 4. Maij 1598.
coram Horatio Card. Lancellotto, & facit de-
cis. 49. de rescript. in antiq. Vbi dicitur, quòd
41 ille †, qui est in possessione conferendi, si post
motam litem super proprietate conferat, va-
let eius collatio, & præfertur collationi illius,
ad quem collatio de iure pertinet, non tamen
est in possessione.

Idem est dicendũm respectu præsentatio-
42 nis, nam existens † in possessione præsentan-
di, & sic habens vltimum statum potest vti
sua possessione etiam lite pendente, Feder. de
Sen. cons. 234. col.2. circa medium vers. sed
in casu proposito Aym. cons. 322. sub num.5.
43 Dummodo lis † vertatur super proprietate iu-
ris præsentandi, vt loquitur Federic. Secus
quando lis vertitur inter præsentatos super
ipsa præsentatione, quia tunc patronus, licet
existat in quasi possessione præsentandi, ta-
men lite pendẽte non poterit præsentare, cap.
1. & 2. vt lit. pend. in 6. Lap. allegat. 22.
num.3. vbi Adden. qui alios cogerunt, &
* de communi *attestantur in verbo, renuncian-
te, Crescen. decis.8. num. 2. & decis. 10. de
iurepatron. & ratio est, ne superstiti detur no-
uus collitigans, vt in d.cap.2. & fuit resolutum
per Rotam in vna Pampilonen. de Canqueri
21. Maij 1603. coram eodem Lancellotto.
44 Sed istud temperandum est, vt non † pro-
cedat, quando præsentatio fit in persona col-
litigantis, quia tunc cessat ratio d. cap. 2. vt
per Roch de iurepatron. in verbo honorificum
quæst. 23. Lancellott. de attent. lit. pend. in
præfat. nu.576. & num. 590. Crescen. d. decis.
45 10. de iurepatron. Dummodo † tamen præsen-
tatio fiat in superstitem altero ex collitigan-
tibus cedente, vel decedente; alias secus, ex
quo tunc per nouum ius, quod datur collitì-
ganti, qui non habet voces aliorum, datur oc-
casio, & materia litigandi, & ne tàm cito lis
finiatur, quo casu nec in collitigantem po-
test fieri præsentatio, Crescent. dict. decis. 10.
46 de iure patronat. Nisi propter † hoc nouum
ius collatum in personam collitigantis, lis
citius finiri posset, quia tunc potest in eum
fieri præsentatio, etiam quòd alter non ce-
dat, vel decedat, vt fuit dictum in vna Are-
tina Cappellaniæ 24. Ianuarij 1603. coram
Cardinale Pamphilio, & facit dict. decis. Cre-
scen. 10. de iure patron.
47 Sextò extenditur, vt procedat, † quamuis Ec
clesia promiscuè gubernetur tàm per clericos
seculares, quàm per Monachos, quia ad iu-
dicandum de qualitate beneficij, attenditur
maior pars eorum, qui sunt vltimi posseso-
res; puta, si pro maiori parte sunt clerici se-
culares, beneficium erit seculare, Ioan. Andr.
in d. cap cum de beneficio in verbo, guberna-
tum, Et ibi Franc. & Anchar. nu.2. vers. quærit
Io. Andr. de præben. in 6. Quod præsertim
obtinet, si Monachi ibi ministrent tanquam se-
culares, non tanquam regulares, puta, quia
Episcopus eos præfecerit curæ animarum,
48 hoc enim casu † beneficium dicitur seculare,
etiam si per religiosos fuerit promiscuè gu-
bernatum per 40. annos, vt tradit Lap. in d.
cap. cum de beneficio n.2. & Anchar. ibidem
in fine vers. 3. quæro.

Septimò extenditur, vt locum habeat etiam
49 ad effectum, vt actus † non posit retractari,
quamuis posidens in petitorio succumbat,
vt in præsentatione, quæ institutione sequu-
ta non infringitur, quamuis postea euinca-
50 tur ius † patronatus ab ipso præsentante, & de-
claretur ipsum non fuisse patronum, iuxta
cap. consultationibus, & ibi Abb. ante fin. vers.
item præsupposito, de iure patron. Lambert.
eod. tit. lib. 2. par.1. quæst. 3. art.1. num. 2.
51 & sequen. Idem est † in collatione, quæ non
vitiatur, licet postea pronuncietur contra
possessorem in petitorio, Rota decis. 14. de
iure patron. in antiqu. Aymon. cons. 322.
num. 5. versic. nec vitiatur collatio; Et quòd
52 possessio, seu quasi † validet actum, donec pos-
sidens à tali possessione amoueatur, tradit
etiam Bartol. consil. 82. incip. Punctus quæ-
stionis, num.1. versic. sed posito, & Bald. cons.
177. lib. 2.

Sed quamuis vltimus status beneficij, ac
vltima atque immediata possessio regulari-
ter sit attendenda, vt dictum est, tamen hoc
53 primum limitari debet, vt non † procedat,
quando constat de violentia, & mala fide
posi-

possideatis, Rota in nouis decis. 7. de iure patron. vbi dicitur, collationem, siue præsentationem factam per possessorem violentum,
54 de cuius violentia †, & mala fide constat, non valere, cum malæ fidei possessor non faciat
55 fructus suos, imò teneatur de extantibus † rei vendicatione, & de consumptis cōditione sine causa, l. mala C. de rei vendicat. l. si nauis, alias si quis, §. fin. eod. tit. §. sed si rem, & §. illorum ergo, Instit. de offic. iudic.

Ex quo infertur secundum Anchar. in dict. cap. cum de beneficio num. 1. vers. sexto not. de præben. in 6. quod præsens status beneficij regularis, in quo alias consueuerunt ministrare Clerici seculares, non obstat impetranti beneficium illud tanquam consuetum gubernari per seculares, si constat quasi possessionem status præsentis contra morem antiquum occupatam fuisse, & religiosos esse in
56 mala fide, cum de huiusmodi statu † præsenti non sit facienda mentio in litteris; Secus est secundum Lapum ibidem num. 4. vers. nunquid ergo, quando religiosi tempore impetrationis bona fide erant in possessione, vel quasi regendi illud beneficium tanquam regulare, quia, tunc non valebunt litteræ impetratæ de illo, vt beneficio consueto clericis secularibus assignari, nisi in eis fiat mentio de religiosa possessione, per cap. dudum de priuil. in 6. & cap. fin. de decim.

57 Secundo limitari debet, vt non † procedat in actibus negatiuis, in quibus non datur status quasi possessionis, in his præsertim, quę sūt meræ facultatis, & quando agitur contra superiorem, Card. cons. 38. col. 1. vers. 3. quia, l elin. in c. cum accessissent n. 26. vers. ex quo infertur de constit. Caputaquen. decis. 306. nu. 7. par. 1. vbi inquit, sic fuisse tentum in vna Tirasonen. Iurisdictionis coram Achill. de Grassis.

58 Tertiò debet limitari, vt locum non † habeat, quando adsunt duæ possessiones ambæ compatibiles, quia tunc non vltima tantum, sed vtraq; est attendenda, vt tradit Beninten. decis. 23. in fine.

Quartò etiam limitari debet, vt non procedat, vbi quis intrusus reperitur in beneficio
59 reseruato, & confert beneficia † pertinentia ad collationem dicti beneficij, quia tunc talis collatio non valet, quamuis conferens sit in bona fide; Nam reseruatio inficit titu-
60 lum †, & possessionem, & ligat etiam ignorantes, propter decretum irritans. Vnde cum talis intrusus non habeat possessionem illius beneficij, seu dignitatis reseruatæ, saltem talem, quæ habeat iuris adminicula, non facit
61 fructus† suos, & consequenter conferre nō potest, sic tenuit Rota decis. 20. de præben. in antiqu. & decis. 4. eod. tit. per Bisignet. tamen si Collector ibi in fine credat cōtrarium, si conferens erat in bona fide, sed illius opinionem non puto veram ex prædictis. Bene, verum est, quòd eius sententia posset proce-
62 dere, quando† talis detentor fuisset tolleratus per triennium in pacifica detentione, & beneficium non esset reseruatum ratione vacationis apud sedem, cum hoc casu illi regula de triennali suffragetur.

Quintò restringi debet, vt nō habeat locum
63 quando † in contrarium de proprietate beneficij apparet, quia tunc vltimus status possessionis non attenditur, Ferrett. consil. 210. num. 7. in fine vers. 1. non obstat. Hinc est, quòd licet alias attendatur præsentatio facta à maiori parte eorum, qui sunt in quasi possessione præsentandi, nihilominus si con-
64 stet † præsentationem ad alium spectare ratione proprietatis, dicta quasi possessio non suffragatur, Abb. in cap. consultationibus num. 9. de iure patron. Ioan. Pauli decis. 47. & fuit resolutum in vna Compostellana Parochialis 16. Ianuarij 1595. coram Cardinale Blanchetto. Simili quoque modo, quamuis collatio iurispatronatus facta ab Ordinario existente in quasi possessione libere conferendi valeat, & præferatur præsentationi patroni in quasi possessione non existentis, quando fuit facta antequam constaret de proprietate iuris patronatus; Nihilominus, si fuit fa-
65 cta †postquam constitit de dicta proprietate, præsentatio præfertur ipsi collationi, ea ratione, quia proprietas absorbet causam possessionis, cap. cum dilectus, de cauf. possess. & propriet. & declarat Abb. in dict. cap. cōsultationibus, num. 9. vers. quod ego intelligerem, de iure patron. Paul. de Citad. eod. tit. par. 6. artic. 3. quæst. 7. nu. 16. Dec. cons. 127. num. 1. & cons. 149. num. 2. post med. vers. & retenta ista conclusione Lambert. de iure patron. art. 6. quæst. 3. par. 1. lib. 2. num. 4. vers. tertius est casus.

Aduertendum tamen est, quòd in proposito non dicitur constare de proprietate, ni-
66 si de illa constet, vel per †confessionem partis, vel per rem iudicatam, eo quia causa per tres conformes fuerit terminata. Siquidem lite ipsa durante possessor habens vltimum statū, non prohibetur vti sua possessione, cum non dicatur constare de non iure suo, quamdiu in progressu litis de illo docere potest, iuxta decis. Ægidij 103. & fuit dictum in vna Valentina Parochialis 26. Ian. 1582. coram Cardinale Seraphino, vt in vna Firmana iurispatronatus 28. Maij 1584. corā Cardinale Blanchetto.

Secundò est aduertendum, quòd licet vltimus status possessionis non attendatur, quando constat de proprietate in contrarium, nihilominus si cum possessione concurrat præscrip-
67 tio legitima, nouus status† in beneficio imprimitur, qui attendi debet, non obstante priori statu contrario; cessante autem præscriptione à priori statu non receditur; Veluti si constet antiquum statum Ecclesiæ regularem esse ex fundatione, vel præscriptione, nam ille debet attendi, donec ostendatur posterior status secularitatis, qui sit legitimè præscriptus, vt post Lapum in d. cap. cum de beneficio,

cio, tradunt Butr. & Gemin. ibid. nu. 8. Franc. num. 5. Felin. in d. cap. in nostra corollar. 46. sub num. 43. Silua de benef. par. 3. quæst. 11.
68 nu. 127. Vltima † enim possessio non præscripta non tollit titulum, & præscriptionem præcedentem, Federic. de Sen. cons. 234. sub n. 4. late Dec. d. cons. 126. num. 4. Et ita sæpius tenuit Rota, vt in decis. 2. de præben. in nouis, & in vna Perusina Sancti Benueniatis 13. Maij 1588. & 19. Martij 1589. coram Cardinale Pamphilio, & in dicta Bracharen. Monasterij 19. Decembris 1597. coram eodem: Vbi fuit reuocata sententia Ordinarij Bracharen. quatenus declarabat, Ecclesiam Beatæ Mariæ de Iunchas non esse regularem, ex quo non ostendebatur posterior status secularitatis, qui esset legitimè præscriptus, cum tamen exaduerso appareret de antiquo statu dictæ Ecclesiæ regulari. Hoc idem fuit tentum in vna Parmen. Prioratus 28. Ianuarij 1594. coram Litta, quæ fuit confirmata 19. Iunij 1595. coram eodem, Vbi cum probaretur pertinentiam collationis tanquam de regulari spectare ad Abbatem, fuit dictum, quòd ille status erat attendendus, ex quo Episcopus non probabat collationes ab eo factas fuisse, vti de beneficio seculari sciente, & patiente ipso Abbate per spacium 40. annorum, iuxta cons. Cald. 11. de iure patron. Simili quoque modo in vna Vrgellen. Parochialis 13. Ianuarij 1606. coram Marquemontio, vbi apparebat Ecclesiam antiquitus fuisse Parochialem, & alteri vnitã, fuit dictũ, quòd non poterat disci recessum ab
69 eo statu, nisi daretur alius status † inductus ab habente potestatem, & voluntatem primæuum immutandi, & præscriptus per quadragennariam, cum bona fide ad tex. in d. c. cum de beneficio, & insuper adesset scientia eius, de cuius præiudicio agebatur, Abb. in d. c. cum Ecclesia Sutrina, n. 25. & ibi Ripa n. 64. de caus. possess. & propriet. Put. decis. 28. nu. 4. lib. 1. cum hæc omnia sint necessaria, vt qualitas beneficij immutari possit, vt post alios declarat Rebuff. super concord. tit. de collat. §. volumus in verbo regularia.

Veruntamen circa hoc velim obserues, qua-
70 dragennariam † possessionẽ ita demum requiri ad præscribendum statũ secularitatis, quando status præcedens beneficij fuit completus per similem præscriptionem 40. annorum, vel alias constat de illo ex institutione, vel fundatione; At secus quando status beneficij à principio erat secularis, & deinde mutatus fuit in regularem, & sic obseruatus per decem, vel viginti annos, ita quòd non sit adimpleta legitima præscriptio 40. annorũ, Quia tũc ad effectum, vt iste secundus status iterum mutetur, & reducatur ad primæuum statum secularitatis, sufficit præscriptio decennalis, sic tenet Rota decis. 2. nu. 1. & 3. vers. at vbi primus status, de præben. in nouis, & Gemin. in d. c. cum de beneficio, num. 8. Franc. num. 5. eod tit. lib. 6. Felin. in d. cap. in nostra num. 43. de
71 rescript. Et quamuis † Stahl. de lit. grat. in 10. forma expectatiuarũ, & Sarnen de expect. sub num. 106. allegando dicta decis. 2. teneãt, quòd ad præscribendum statum secularitatis indistinctè sufficiant decem anni, tamen eorum opinio non est vera; Nam Rota conte-
72 tatur solum decennali præscriptione, † quando status beneficij à principio fuit secularis, & hodie etiam prætenditur talis, licet interuenerit: medius status regularitatis non præscriptus spacio 40. annorum; Et hoc ratione facilioris redditus ad primęuam naturã; Ex quo status secularitatis nõ erat omnino extinctus, & peremptus per præscriptionem completam, sed tantum mutatus in parte, quo casu status diminutus durabat in essentia, quamuis cessaret effectus: Ideo cum in eo essent reliquiæ, facilè fit redditus ad ipsum, secundum Bald. in authen. quas actiones, num. 5. C. de sacrosanct. Eccles. At secus quando status secularitatis fuit omnino extinctus, & sublatus per præscriptionem completã alterius status contrarij, quia tunc cum nullæ remaneãt reliquiæ secularitatis, l. 1. in princ. ff. de lat. lib. tol. & ita sit impossibilis reintegratio, vel reuersio ad illum statum, l. si vnus, §. pactus ne peteret, ibi, sed si pactum conuentum ff. de pact. vbi Bart. & Bald. in fine, Fulgos. num. 22. vers. in glos. fin. Cin. in d. authen. quas actiones n. 8. Alber. num. 2 Paul. de Castr. num. 9. vers. Doctores tamen dicunt, & Ias. num. 29. sequitur, quòd ad tollendum præscriptionem præcedentem requiratur similis præscriptio quadragennaria: Præsertim cum agatur de auferendo iure iam alteri acquisitio mediante præscriptione, quo casu cessat fauor assistentiæ iuris communis, quo omnia beneficia sunt secularia: Quia, vt inquit Negusan. in Silua nupt. lib. 6.
73 nu. 26. post Rocchum, materia redditus † ad ius commune non est fauorabilis, quãdo quis priuatur iure suo. Et talis præscriptio quadragennaria inducitur etiam per vnicum actũ habentem causam successiuam, & continuationem tanti temporis, vt post Abb. tradit Felin. in d. cap. in nostra num. 41. vers. & primò vide de rescriptis.

Regulam de annali non obstare ex subiecta facti specie demonstratur. Cap. LVI.

SVMMARIVM.

1 *Possessio annalis non interrumpitur per mandatum de manutenendo nullum ex defectu iurisdictionis.*

2 *Regula de annali loquitur, quando fit impetratio de beneficio ab alio per annum possessio.*

3 *Præsumptio est, quòd aliquis perceperit fructus magis ex causa licita, quàm illicita ad euitandum spolium, & delictum.*

4 Lis

4 *Lis per subrogationem gratiosam durat in persona subrogati, sicut duraret viuente eo, in cuius locum facta est subrogatio.*

5 *Possessio annalis interrumpitur per solam executionem citationis.*

6 *Monitorium executum potest quandocunque reproduci, nec circumducitur, nisi quando est transactum longum tempus, ita vt lis sit habita pro derelicta.*

7 *Breue secundum stylum tribunalis Auditoris Cameræ iustificatur per testes summariè examinatos ad effectum decernendi monitorium contra intrusos.*

IOANNES Præpositus ob non residentiã, & alia delicta fuit priuatus per sententiam Ordinarij sua præpositura sub die 14. Maij 1597. & die 14. Iunij eiusdem anni Episcopus suppressit, & extinxit dictam Præposituram, eiusque fructus vniuit Capitulo: die 21. eiusdem Capitulum accepit possessionẽ bonorum dictæ Præposituræ. Die 27. Februarij 1798. Capitulum habuit recursum ad Consilium Regium, & præstita cautione de stãdo iuri contra Ioannem, & narratis molestationibus obtinuit mandatum de manutenendo cum monitione, ne molestaret Capitulum super dicta possessione cũ clausula si senserit se grauatum &c. Postea die 27. Martij 1598. post obitum dicti Ioannis, Episcopus de nouo vniuit dictam præposituram mensæ Capitulari. Die 2. Maij eiusdem Anni Alphonsus à Papa impetrauit dictam præposituram per obitum Ioannis cum gratiosa subrogatione etiam quoad possessionẽ, & fructus: Qui Alphonsus obtinuit breue de capienda possessione nomine Cameræ sub die 4. Iunij 1598. & eadem die obtinuit monitorium ab Auditore Cameræ contra Capitulum intrusum in dicta Præpositura. Die 29. Augusti 1598. monitoriũ fuit intimatum Capitulo, vt traderet possessionem dictæ Præposituræ, cum clausula si senserit, &c. Et Capitulum dedit cedulam responsionis allegando subreptionem monitorij, & breuis, & alia. Postea per obitum Alphonsi Ludouicus fuit prouisus de præpositura à Papa cum gratiosa subrogatione etiam quo ad prosequutionem litis contra Capitulum. Dubitatur itaque, An dicto Ludouico obstet regula de annali.

Et resoluendum est dictam regulam non intrare; Nam licet per monitorium obtentum à Capitulo, & mandatum de manutenendo à Iudicibus secularibus non fuerit interruptus cursus annalis possessionis, tum quia illud mandatum fuit nullum ex defectu iurisdictionis emanatũ à iudicibus laicis, quo casu non in-

1 terrũpitur † possessio annalis, vt per Sarnen. in reg. de annali, quæst. 45. tum etiam quia ex illo actu capitulum non fuit impeditum in perceptione fructuum, vt per Sarnen. vbi supra q. 46. præsertim, quia non constat, quod monitorium fuerit intimatum Ioanni: Nihilominus ex alio fuit interrupta possessio annalis quia ante annum cõpletum Alphonsus impetrauit Præposituram, & regula loquitur quãdo

2 sit † impetratio de beneficio ab alio per annum possesso; Hic autem Capitulum ante impetrationem Alphonsi non possedit per annũ. Primo, quia de illius possessione nõ cõstat ante 21. Iunij 1597. Nam licet Capitulũ perceperit fructus Præposituræ de anno 1596. tamen cũ Ioannes tunc non esset priuatus, potuit percipere dictos fructus ex eo, quod Ioannes non residebat, vel ex alia causa, non vti

3 possessor Præposituræ; Et potius † præsumendum est, quod Capitulum percepit illos fructus ex aliqua causa licita, quam ex causa illicita, spoliando Ioannem sua Præpositura ad euitandum delictum, ad tradita per Alciat. reg. 2. præsumpt. 3. Secundo, quia etiam si cõstaret de anteriori possessione Capituli, illa fuit effecta litigiosa per litem super priuatione contra Ioannem: Cum igitur Capitulum non possederit per annũ, & Ludouicus impetrauerit per obitum Alphonsi cum subrogatione etiam quo ad prosequutionem litis; sequitur non esse locum dictæ regulæ de annali ad fauorem Capituli.

Non obstat, quod per obitum Alphõsi actoris omnis lis fuerit extincta, iuxta decis. Egid. 156. Cassad de re ind. decis. 1. n. 2. Quia præsupposita subrogatione gratiosa in fauorem Lu-

4 douici, lis adhuc durat † in personã subrogati sicut duraret viuente eo, in cuius locum facta est subrogatio c. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. Clem. 1. eod. tit. Fuit autẽ in hoc casu lis introducta per Alfonsum vigore breuis, & obtẽtum monitorium cõtra Capitulum, quod fuit executũ, & licet non fuerit reproductum, tamen potest quandocumque reproduci, & ad effectum interrumpẽdi cursum annalis possessio-

5 nis, † sufficit citationẽ fuisse executam, vt bene per Sarnen. de trien. quæst. 22. n. 6. in fine vers. sed in regula ista.

6 Nec dici potest, quod monitorium † fuerit circumductum, ex quo non fuit reproductum iuxta decis. Peregr. 95. lib. 1. Quia Peregrinus loquitur in casu, quando erat transactũ longum tempus, itaut lis sit habita pro derelicta.

Nihil etiam facit, quod Auditor Cameræ nulliter processerit ex defectu Iurisdictio-

7 nis, quia de stylo † illius tribunalis est, quod ad iustificationẽ Breuis testes summariè examinentur, & postea decernatur monitorium contra intrusos.

N Quis

Oblatio verbalis, quando sufficiat ad excusandum debitorem à mora. Cap. LVII.

SVMMARIVM.

1 Oblatio verbalis sufficit ad excusandum debitorem à mora, quando creditor recusat recipere.
2 Operatur etiam respectu futuri temporis, si constiat de animo creditoris, quòd non vult etiam in futurum recipere, & n.4.& 7.
3 Sufficit in legato annuo donec creditor mutat voluntatem.
5 Capie.decis.16.n.1. declaratur.
6 Citatio legitime facta non est vlterius facienda in alys terminis, quando citatus expresse recusauit nolle amplius comparere in iudicio.
8 Argumentum à citato ad creditorem morosum valet:
8 Oblatio verbalis, vt dicatur legitime facta quot requisita requirantur.
10 Creditor non tenetur acceptare partem crediti sibi oblatam à debitore, quando totum debitum est clarum, si autem sit illiquidum, vel debitor partem debiti consiteatur, & partem neget, tunc tenetur recipere partem quam debitor confitetur, & n.11. & 12.
12 Item cogitur acceptare sortem principalem, quando vsuræ, seu fructus sunt illiquidi, vel in iudicio negentur.

COMMVNI calculo
traditur à Doct. quòd
quamuis alias oblatio
verbalis nõ sufficiat ad
excusandum debitorẽ
1 à mora, tamẽ † sufficit
quãdo creditor recu-
sat recipere, l. qui de-
cẽ, de solut.Bal.in l.1.
n.4. C.ne lic.tert.prouocare, Paul.Raphael. &
post eos Ias.n.8.& seq.in l.qui Romę, in princ.
verb. obligat. Alex. in l. si mora, sub n.5.vers.
quinto fallit, ff.eod.tit. Ruin.cons.70.n.4.lib.
2. Ripa in l. quod te nu.20. si cert.pet.Socin.
cõs.199.n.3.lib.2.Cepol.cons.ciuil.107.n.15.
Natta cons.3. nu.4.lib.1.Tiraquel.de retract.
conuent.§.4.glos.6.nu.21.Boer.decis.124.nu.
26.& seq. Gabr. de solut.conclus.8.nu.1. Rimin.Iun.cons.166.num.28.& seq.lib.2.vbi de
communi.

Quæ conclusio procedit etiam in annuis,
seu temporalibus præstationibus, nam semel
2 oblata † vna præstatione, & reuocata, oblatio
non est amplius facienda, & vsuræ non currunt, vt probat tex. in l. si per te non stat.C.de
vsur.qui textus loquitur in vsuris, quæ quotidie currebant, & in l.qui Romæ §.seia.ff. de
verb.oblig.it.vbi etiam agitur de vsuris debitis ex transactione, quam quis impugnabat, &
in l. pater Seuerinam, §.fin. de condit.& de-
3 mõstr. vbi quòd in legato annuo † sufficit oblatio, donec creditor mutat voluntatem, idem
etiam tradit Cassan. cons.41. col.2. sub nu.3.
vers. imò etiam impedit cursum vsurarum,
Fulgos.cons.201.nu.2. Et multò magis hoc est
dicendum, quando constat de animo credito-
4 ris, quòd non vult tunc, nec in futurũ † recipere, vt declarat Claud. de Seissel.in l.si mora
n.10. sol.matr.quem sequitur Cassan. d. cons.
41.nu.3.Gabr.in tit.de solut. conclus.8. nu.5.
De quo animo etiam in futurum dicitur constare per coniecturas, vt per Fulgos. d.cons.
201.nu.2.Vbi creditor recusabat accipere pecunias, quia dicebat, quòd volebat bona, &
concludit ex hoc impediri cursum vsurarum
pecuniarum; quod etiã probatur in d.§.Seia,
vbi ille, qui litigabat super transactione censetur recusare vsuras ex transactione debitas,
vt ibi not. Bart. nu.1. & Ias.n.19. Quod maxime verum est ad excusandum ipsum debitorem, qui potest propterea credere, quòd
sicut creditor semel recusauit vnam præstationem, ita, etiam sit recusaturus in futurum,
Ruin.cons.113. sub nu.1. vers.quia ex quo semel dixit nolle recipere lib.1.

Nec facit, quòd de oblatione facienda pẽdente iudicio tradit Capic.decis.16.n.6.Quia
5 Capic.& alij sequaces † loquũtur, quando pẽdet iudicium super caducitate, sed non quando vlterius creditor, seu Dominus negat recipere, quia tunc omnis mora, & caducitas
penitus cessat, vt probatur in d.§. seia, & tenent fere omnes in principio citati, qui loquũtur quo ad excusandum à pœna, & caducitate.

Præterea hoc indubitatum videtur si creditor expresse dicat, quòd non vult acceptare
etiam in futurum, Pro quo bene facit quod
dicitur de citatione, quia sicut citatio legiti-
6 me facta nõ † est vlterius facienda in alijs terminis, quando citatus expresse recusauit nolle amplius comparere in iudicio, glos.in l.tres
denunciationes.C.quomod.& quand.Iudex, &
* est magis * communis opinio, de qua attestãtur Alex.cõs.81.n.2.lib.2.& Iacobat. qui plures citat.in tract.de cõcil.lib.2.art.2.n.4.tom.
3. Ita etiã oblatio semel legitime, & bene facta non est vlterius facienda si creditor recu-
7 sauerit † nolle amplius recipere, etiã respectu
8 futuri temporis, quod argumentum † à citato
ad creditorem morosum valere tradunt, Doct.
in d.l.qui Romæ in princip.de verb.obligat.&
Socin.in regul.269.nu.11.

Sed in proposito est aduertendum, quòd ad
hoc vt debitor propter morã excusetur, obla-
9 tio non dicitur legitima, nisi tria † copulatiuè
concurrant. Primo, quod sit facta pure, non
cõditionaliter, Grat.cons.93.col.fin.lib.1. Secundo, quod creditor expresse eã recusauerit,
Gabr.conclus.8.n.2. de solut.Tertio, quod recusatio sit iniusta, quia si creditor habeat iustam causam recusandi oblationem factã, debitor à mora nõ excusatur, Grat.d.cõs.93.col.
fin.Gabr.vbi supra n.3. Vnde si pars debiti tã-

tum

10 tum offeratur, creditor non cogitur eā † recipere, Alex. in l. quidam existimauerunt nu. 8. & Iaſ.n.6.verſ.primo intellige,ff. ſi cert.pet.
11 Salicet. in l.1.n.3. C.de ſolut.Et hoc † quando totum debitum eſt clarum, neque à debitore reuocatur in controuerſiam, in quibus terminis loquitur tex. in l.tutor §.huius.ff.de vſur. Secus quando debitor partem debiti confitetur,& partē negat, quia tunc creditor nō habet iuſtam cauſam recuſandi, ſed tenetur recipere partem debiti, quam reus confitetur, & Iudex ad id poteſt illum compellere, per tex. in d.l.quidā exiſtimauerunt.ff.ſi cert pet. & ibi notant omnes, vt per Alex. ibi n. 7. & ſeq. Et idem eſt quando pars debiti eſt liqui-
12 da, † pars vero indiget liquidatione, quia tūc creditor tenetur recipere id quod eſt liquidū, nam ante liquidationē pars non poteſt dici in mora,vt bene per Afflict.deciſ. 205. & Alex.in d.l. quidā n.5. in fine vbi dicit creditorem nō habere cauſam recuſandi partem debiti, ſi alia pars ſit illiquida; Et hanc opinionem tenuit Rota in vna Zamoren.fructuum 27. Nouembris 1585. coram Cantuccio; Vbi cū præſuppoſito etiā quòd vſuræ ſint pars debiti prin-
13 cipalis,fuit dictum, † quòd quando vſuræ,ſeu fructus ſunt illiquidi, vel alias in iudicio negantur, creditor cogitur acceptare ſortem principalem.

An acquiſita per filios viuente patre ex fructibus bonorum ſibi in teſtamento aſsignatorum, ſint ipſorum filiorum,vel potius ad patrem pertineant, ex facti ſpecie optime diſcutitur. Cap. LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Bona acquiſita per filios viuente patre ex fructibus bonorum ſibi aſsignatorum, tanquam profectitia ſunt ipſius patris, licet pater dederit plenam adminiſtrationem filijs, & nu. 2.*
3 *Pater permittendo, quod filius diſponat de fructibus bonorum aduentitiorum, non cenſetur donare,ſed remittere vſumfructum.*
4 *Bona profectitia ipſo facto patri quæruntur, vt nec momento ſtare poſsint penes filium.*
5 *Pater ſicut non poteſt expreſſe donare filio, ita nec tacite.*
6 *Diuiſio,ſeu aſsignatio bonorum facta per patrē filijs in eius teſtamento,in dubio cenſetur facta in adminiſtrationem,& peculiū,& n. 8 & 10.*
7 *Facta ea intentione, vt ſit tranſlatiua dominij non valet.*
9 *Et valida quando ſit inter viuos cum iuramento, & nu. 16.*
11 Domini duo inſolidum eſſe non poſſunt.
12 *Dominium rei non transfertur, quando facultatem diſponendi Dominus ſibi reſeruauit.*
13 *Bona aſsignata ex diuiſione paterna filijs, intelliguntur ex cauſa peculij, etiam ſi in diuiſione dicatur, quòd pater in perpetuum, & iure proprio etiam quoad proprietatem bona aſſignat, & liberam facultatem diſponendi concedit, ſicut ſi eſſent patres familias.*
14 *Diuiſio facta in teſtamento de ſui natura eſt mutabilis.*
15 *Verba ſunt intelligenda etiam contra proprium ſenſum ad effectum,vt aſsignatio bonorum facta per patrem filijs eo viuente cenſeatur facta iure peculij.*
16 *Iuramentum facit valere donationem inter patrem, & filium, & ſupplet defectum inſinuationis.*
17 *Deciſ. Put. 132 lib 2. declaratur.*
18 *Bonorum traditio facta per patrem viuentem filijs, & perceptio fructuum facta per filios longo tempore ex dictis bonis, videtur importare, donationem inter filios.*
19 *Titulus præſumptus, & tacitus ceſſat, quando conſtat de vero.*
20 *Diſpoſitio facta per viam prælegati in teſtamento, non poteſt tranſire ad donationem inter viuos, licet ſint adiecta regula, quæ donationem importare videntur.*
21 *Emancipationis præſumptio ex curſu temporis inducitur.*
22 *In conceſsione peculij poteſt dari libera facultas adminiſtrandi.*
23 *Opinio irrationabilis, & contra mentem teſtatoris non attenditur.*
24 *Teſtator non præſumitur velle, niſi id quod de iure poteſt.*
25 *Tex. in l. Lucius la 1.de legat. 2. & Doctrina Bart. declaratur.*
26 *Bonorum aſsignatio facta poſt legatum iam factum dicitur fieri animo diſſoluendi obligationem futuram legati.*
27 *In prælegatis non eſt locus executioni, niſi pro parte coheredis, pro alia autem parte capiuntur iure hæreditario.*
28 *Diuiſio ſapit potius inſtitutionem, quam legatum,quando non adeſt alius inſtitutus.*
29 *Traditio ſine cauſa non ſuſtinetur.*
30 *Teſtator ſubijciendo bona donata fideicommiſſo, quod tacitam legati reuocationem in euentum fideicommiſſi induit, videtur etiam de fructibus diſpoſuiſſe, licet de illis non expreſſerit.*
31 *Donatio per fideicommiſſum iniunctum bonis donatis,reuocata cenſetur.*
32 *Morte confirmata retrotrahitur ad effectum acquiſitionis fructuum.*
33 *Legati aſsignatio in vita, vbi illa ſit ſub commemoratione legati, ſortitur naturam donationis cauſa mortis.*
34 *Donans, vbi de rebus donatis diſponit, aut donationem reuocat, de fructibus quoque cenſetur diſponere.*
35 *Acquiſitio fructuum, vbi ex confirmatione donationis robur accipit, in legatum tranſit.*
36 *In fideicommiſſo, quod capit prælegata, ſicut veniunt bona, ita etiam veniunt fructus, &*

aa ifium effectum sufficit generalis dispositio, licet in specie de bonis assignatis mentio non fiat.

37 *Sub fideicommisso non veniant ea, quæ capiuntur ex dispositione per mortem confirmata.*

TESTATOR volens prouidere dilectioni fraternæ inter filios, quos habebat in potestate, & ne post eius mortem orirentur discordiæ super diuisione bonorum condito testamento inter ipsos diuisit æquis portionibus omnia bona sua, & cuilibet eorum præsenti, & acceptanti certam portionem iure proprio, & quo ad vsum, & proprietatem reliquit iure prælegati, & causa diuisionis pro diuiso, & alias omni meliori modo, &c. cũ potestate, & mandato amplissimo cuilibet ipsorũ concesso dicta bona administrandi, perinde ac si essent patres familias, & homines sui iuris, reseruata tamẽ sibi semper, & quoad vixerit facultate, dominio, & arbitrio omnia moderandi: Et mox æquis portionibus eosdem filios hæredes vniuersales instituit in omnibus bonis, eosque, & eorum filios & descendentes etiam in prælegatis præfatis inuicem substituit in perpetuum, cum prohibitione alienationis, & detractionis trebellianicæ; declarans supradictã dispositionẽ facere ad effectũ, vt omnia eius desideria, & cogitationes effectũ sortiri possent post eius mortem.

Post testamentum huiusmodi superuixit testator per plures annos, & interim vnus ex filijs multa bona acquisiuit ex fructibus bonorum sibi per patrem assignatorum: Quæritur, An bona per dictum filium acquisita ad ipsum spectent, vel potius fuerint effecta patris, itaut veniant sub fideicommisso vniuersali in dicto testamento contento.

1 Et resoluendum est, quòd fuerint † acquisita Patri per glos. quæ hoc videtur decidere
in terminis, in l. cum oportet. C. de bon. quæ
lib. Nam ibi pater dedit filio prædium, vt
se, & familiam suã aleret, & concludit, quòd si
supersunt fructus, vel ex eis acquiratur, dicitur patrimonium patris, quia profectitium,
& cum glos. tenent Alber. Bald. & cæteri om-
2 nes ibi. Vnde in casu isto licet pater † dederit plenam administrationem filijs, tamen acquisitum ex dictis bonis tanquam profectitiũ debet esse ipsius Patris, & successiue cadit sub fideicommisso: Nam quod dicitur, quòd pater permittendo filios de fructibus disponere, videatur donare, procedit in aduentitijs, quorum fructus patri acquiruntur, si velit; Ideo
3 permittendo † quòd filius disponat de illis, non videtur velle acquirere, sed remittere vsumfructum, & ista non censetur donatio, sed lucri remissio, seu non acceptatio, vt per
Angel. in d. l. cum oportet, §. sin autẽ res, col. 1. cũ seq. & Paul. de Castr. n. 4. post Gulielm. de Cun. & Bald. in authen. ex testamento nu. 9. vers. decimum quartum. C. de collat. Sed in profectitijs hæc ratio non cadit, quia † ipso facto patri quæruntur tanquã proueniant ex
4 re propria, vt nec momento possint stare penes filium, l. placet, ff. de acquir. hæred. l. frater à fratre, de cond. indebit. Et ideo Pater
5 sicut † non potest expresse donare filio, l. donationes, §. pater, de donat. Ita nec etiam tacite, Menoch. cõs. 364. n. 16. qui plures allegar, & bene Cagnol. in d. l. frater à fratre, n. 335.

Præterea, quòd ista assignatio facta filijs per patrem intelligatur facta in administrationem, & peculium, non autem ex aliqua causa dominij translatiua, liquet ex eo, quòd cum filij essent in potestate, non potuisset pater etiam si voluisset dominium aliquod in illos transferre, l. pen. §. si pater ff. pro suo l. 2. C. de inoff. donat. l. donationes, quas parentes, C. de donat. int. vir. & vxor. Ergo as-
6 signatio † debet intelligi facta ex causa peculij, prout semper in dubio præsumitur, Bart. in d. l. 2. col. 2. vers. 3. casu, & ibi quoque cæteri Doctores, Bald. in l. 2. nu. 7. vers. quæro quid si testator, C. com. de leg. Corn. cons. 144. n. 12. ad finem cum seq lib. 2. & cons. 228. in
7 princip. lib. 4. Et ideo si pater diuidat † bona inter filios ea intentione, vt talis diuisio sit translatiua dominij, talis diuisio non tenet, Socin. cons. 4. nu. 4. lib. 1. & diffusè Marsil. qui alios citat singul. 674.

8 Et in terminis, quod † bona assignata ex diuisione paterna, non intelligantur tradita, nisi ex causa peculij, sentit Bald. in l. 3. nu. 2. cum seq. C. de donat. Paul. de Castr. Barbat. & alij de quibus per Dec. qui hoc idem tenet cons. 86. num. 8. vers. in contrarium, Panorm. cons. 66. nu. 3. lib. 2. Corn. qui late comprobat d. cons. 228. in princ. lib. 4. Bertran cons. 152. n. 7. lib. 7. Paris. cons. 16. n. 37. lib. 2. & cons. 34. n. 4. cum sequen. lib. 3. qui licet in casu suo contrarium resoluat, ipse tamen se fundat, quia non fuit facta diuisio in testamento, sed per
9 actum inter viuos cum iuramento, † quo casu propter iuramentum potest valere donatio inter patrem, & filium concludendo, quòd secus esset si fuisset facta in testamento, vt ibi nu. 40. & iste est casus noster.

Quod fortius videtur concludendum, quia
10 testator voluit istã † assignationẽ valere omni meliori modo, sed melior modus est, quòd cẽseatur facta potius ex causa peculij, quã donationis, quia primo modo tenet, altero nõ tenet; Ergo censetur facta ex causa peculij, vt in his terminis ad sustinẽdã assignationẽ impropriando etiã verba arguit Corn. cõs. 273. n. 8. vers. hinc est ne actus sit nullus, lib. 4.

Accedit, quia Pater in assignatione, de qua agimus reseruauit sibi dominium, & liberam facultatem omnia eius arbitrio moderandi, quæ verba bene conueniunt concessioni in pecu-

peculium, ex qua dominium non transfertur;
sed nõ conueniunt donationi, seu alteri titulo
11 dominij translatiuo, cum non † possint esse
duo domini insolidum, l.si vt certo §. si duo-
bus vehiculum.ff.commod. Et qui facultatem
12 disponendi sibi reseruat, non videtur † velle
dominium transferre, arg. l. in re mandata,
C. mand.quia aliàs esset implicare contradi-
ctionem l. nemo. ff.de pact. Rimin. Sen. cons.
319. nu.24. cum sequen.lib.2. & dixit Rota
in vna Romana Montium coram fel. record,
Clemente Papa Octauo tunc Auditore sub die
15. Nouembris anni 1576. In qua loca Mon-
tium fuerunt in alterum translata, & facultas
disponendi erat penes transferentẽ reseruata.
Et benè etiam facit, quia testator expressit
titulum prælegati, qui non potest habere effe-
ctum, nisi post mortem, & in assignatione bo-
norum cuilibet filiorum facta vsus est verbo,
reliquit, quod pariter designat tempus post
mortem, & excludit translationem dominij in
vita; Et in testamento asseruit, se prædictam
dispositionem facere, vt eius desideria, & co-
gitationes effectum sortiri possent post eius
mortem; Ex quibus omnibus liquidò perci-
pitur eius propositum fuisse, nihil disponere,
quod effectum in vita sortiretur per transla-
tionem dominij, ad notata in l. fin.de hæred.
instit. & in l.cum pater, §.dulcissimis, de leg.
2. Præsertim, quia dedit mandatum filijs præ-
dicta bona administrandi; Nam si ex manda-
to patris administrare debebant, resultat ne-
cessario (si vitam testatoris inspiciamus) cõ-
cessio in peculium, quia hæc administratio
bonorum ipso viuente non ex alio titulo,
quàm ex eius mandato fiebat.
Quibus non obstant verba diuisionis, dum
13 pater † in perpetuum, & iure proprio etiam
quo ad proprietatem bona assignat, & liberã
facultatem disponendi concedit, sicut si es-
sent patres familias, quia illa priora verba,
quæ concernunt dominij translationem, in-
telligenda sunt post mortem testatoris, &
dummodo testator in eadem voluntate perse-
uerauerit, ad tradita per Dec.cons.475.nu.5.
& præsertim, quia subiecta materia hoc sua-
det, nam sumus in diuisione facta in testamen-
14 to, quæ † de sui natura est mutabilis, vt per
Oldr. cons. 231. in princip. Posteriora autem
verba important traditionem in liberam ad-
ministrationem, & in peculium: Et ex his ver-
bis ita interpretando colligitur clara inten-
tio testatoris, volentis, quòd in vita sua eius
filij haberent liberam administrationem bo-
norum, & post mortem haberent dominium
secundum naturam vltimæ voluntatis cum
onere fideicommissi, & si aliter diceremus es-
set implicare contradictionem, & in ista ma-
15 teria, vt assignatio † censeatur facta iure
peculij, verba sunt intelligenda etiam contra
proprium sensum, vt de verbo donauit est
tex. cùm glos. & ibi Doct. tradunt, & præci-
* puè Dec. post n.37. & Ias. qui de * communi
testatur, col.1. in l. si donatione.C. de collat.
& benè hoc probat Panormit. qui loquitur in
casu, in quo data erat filijs plena facultas di-
sponendi, nec concurrebant ea, quæ ad dona-
tionem excludendam in hoc casu concurrunt,
d. cons.66. & Corn.d.cons.273.n.8. ad finem.
Et ex his cessant deducta per Grat. cons.7.
lib.2. Quia nõ loquitur in casu, quando pater
in vltima voluntate iure prælegati diuisit, &
assignauit filijs bona sua, sed quando per viã
contractus, in quo aderat iuramentum, quod
16 facit † valere donationem inter patrem, & fi-
lium, & supplet defectum insinuationis, vt
potest videri nu.37. & 41. & quia erat facta
ob benemerita, vt per eum, & idem dicit Pa-
ris. qui in eodem casu consuluit, d. cons.34.n.
11. iuncto nu.40. vbi quòd secus est in vltima
voluntate, & Corn.cons.228.lib.4.loquitur in
filio emancipato, vt patet nu.12. Et ideo re-
torquetur, nam ibi in princip. dum loquitur
de filio simpliciter, dicit, quòd donatio non
valet, vt donatio, sed vt in peculium, & ad-
ministrationem, idem tradit Dec. cons.86. n.
8.vers. in contrarium, distinguendo inter fi-
lium in potestate, & emancipatum, sequitur
Paris.d.cons. 16.nu. 37.lib.2.qui alios citat.
17 Pariter non applicatur decis.† Put.132. lib.
2. tum quia non potest procedere in filio in
potestate, vt supra dictum est, tum etiam
quia, ibi agebatur de fructibus consumptis
ne filius videretur deliquisse, nos verò agimus
de fructibus extantibus, & sic retorquetur in
contrarium: Et præter hoc in casu Putei non
fuit expressum, quod diuisio fiebat iure præ-
legati, vt hic, & pater in testamento asseruit
de bonis diuisis aliàs disposuisse, quæ disposi-
tio non poterat intelligi, nisi per viam actus
inter viuos, ne alias censeretur voluisse dece-
dere cum duabus vltimis voluntatibus, vt be-
ne explicat idem Put.decis.86.lib.2.quæ opti-
me facit pro ista parte.
Neque in hoc casu est consideranda tradi-
18 tio facta † à testatore, & perceptio fructuum
longo tempore eo viuente, quæ videntur im-
portare donationem inter viuos, iuxta do-
ctrinam Salicet. in l.filiæ cuius nu. 11. C. fa-
mil. hercisc.quam defendit Dec.in d.l.qui do-
natione, nu.39.C.de collat. Quia Salic. loqui-
tur quando ignoratur causa: Sed hic habemus
causam administrationis expressam, quo casu
19 non est † recurrendum ad titulum tacitum, &
præsumptum, l. cum ex filio §.1.de vulg.l.cõ-
tinuus §. cum ita, de verb.obligat. Et cum to-
ta hæc dispositio sit facta per viam prælegati
20 in testamento, non potest † transire ad dona-
tionem inter viuos, licèt sint adiectæ regulæ,
quæ donationem importare videntur, vt per
Curt.Iun. cons.56.nu.3. Socin. Iun.cons.114.
col.1.& 2. lib.3.
Non obstat præsumptio emancipationis,
21 quæ † ex lapsu temporis inducitur, vt per Ias.
in l.qui in aliena in princip. n. 50. de acquir.
hæred. Cagnol. in l. si emancipati nu.84.C.de

collat post Doct. in l. 2. C. si aduersus rem
iudic. Quia hic nõ constat, quod filius, qui di-
cta bona acquisiuit, fecerit actus, qui cadunt
tantum in emancipato sciente, & patiente
patre, prout requiritur, vt per Bald. in d. l. 2.
nu. 6. Præterea constat quo titulo iste filius ad-
ministrauerit, & ideo cessat præsumptio emã-
cipationis.

Nec facit, quòd Pater voluerit filios posse
disponere, ac si essent patres familias, Quia
hoc non repugnat concessioni in peculium, in
22 qua potest † etiam dari libera facultas admi-
nistrandi, l. 1. cum alijs, ff. quod ius. Et filij
quantum ad contractus, qui cum ipsis gerun-
tur, pro patribus familias eo casu habentur.

Non etiam subsistit, quòd saltem ex opi-
nione testatoris videatur dominium fuisse
in filios translatum, & quòd hæc opinio possit
operari, vt testator non intellexerit fructus
bonorum in vita illius acquisitos sub fideicõ-
misso cadere, Quia opinio non potest facere
capacem dominij eum, qui non est, & opinio
23 irrationabilis, † & contra dispositionem testa-
toris non attenditur Bald. in l. 3. C. de donat.
24 col. 1. Et testator † non præsumitur voluisse,
nisi id quod de iure poterat, ex latè congestis
per Cardinalem Manticam de coniect. lib. 6.
col. 1. cum sequen. Vltra quod hic nulla adest
causa putatiua probabilis, ex qua potuerit
transferri dominium, ad not. in l. 1. §. si vir
vxori, de acquir possess. Imo potius percipitur
patrem animum transferendi dominium non
habuisse, nisi post mortem.

Postremo non refragatur, quòd quamuis
dici nequeat patrem donasse inter viuos bona
filijs in potestate, tamen dici possit præue-
niendo hæredem in executionem testamenti
& in dissolutionem obligationis futuræ tra-
dendo in vita, quod habituri erant post mor-
tem, transtulisse statim in eos dominium per
traditionẽ, sed tamen quia traditio facta est
sub commemoratione legati, quòd reuocabile
erat, reuocabiliter, atque hoc modo factos
esse filios viuente patre Dominos, & conse-
quenter bona acquisita venire sub fideicom-
misso, iuxta doctrinã Bart. in l. legatũ est, & in
l. Lucius. la 1. de legat. 2. cum alijs per Tiraq.
de iure constit. ampliat. 24. nu. 2.

Primo quia ex præmissis apparet testatorẽ
noluisse transferre dominium, nisi post mor-
tem, maxime diuidendo bona in testamento,
& relinquendo illa iure prælegati, ac diuisio-
nis, & ideò non intrat præsumptio, quòd le-
gatum soluere, & mortem præuenire voluerit.
25 Secundò, quia d. l. Lucius † & doctrina
Bart. procedit in casu, quo diuersis tempori-
bus fit legatum, & traditio, veluti si post iam
factum testamentum testator rem legatam
tradat, & ita ipse, & alij loquuntur, non au-
tem si in eodem instanti fiat legatum, & as-
signatio, vt isto casu; & diuersa est ratio in-
ter vtrumque casum, quia si assignatio, quæ
26 fit † post legatum iam factum dicitur fieri
animo dissoluendi obligationem futuram le-
gati, Bald. in d. l. legatum, in fine, & animo il-
lud extinguendi, vt probat tex. in d. l. Lucius
la 1. de leg. 2. & scribit Couar. super rubr. de
testam. in 2. par. col. vlt. ante finem, non po-
test eo casu considerari animus dissoluendi
obligationem, vel extinguendi legatum, quan-
do eodem momento vtrumque procedit.

Tertio, quia doctrina prædicta procedit in
legato, in quo testator præuenit hæredem, fa-
ciendo scilicet id, quod hæres post mortem
facere tenebatur, itaut hæres obligatus non
remaneat, Bald. in d. l. Lucius in 2. notab. &
Paul. nu. 3. quod cessat in casu nostro, quia
27 regulariter † in prælegatis õn est locus execu-
tioni, nisi pro parte cohæredis, quoniam pro
alia parte capiuntur iure hæreditario, l. lega-
tum est delibatio quædam, ff. de leg. 1. Hoc
verò casu, quia tota fere hæreditas distribuen-
da est in prælegata, tota, & integra capiun-
tur iure hæreditario, neque executioni pro
aliqua parte locus esse potest, l. quid ergo, vbi
glos. & Doct. ff. de legat. 1. Bart. Alex. & alij
omnes in l. Marcellus §. quidam liberis, ad
trebelian. Ergo cum in eodẽ testamẽto pater
diuiserit omnia bona, & filijs prælegauerit nõ
potest doctrina Bart. huic casui applicari, in
quo omnia prælegata iure hæreditario capiũ-
28 tur, & diuisio potius † sapit institutionem, quã
legatũ, ex quo non adest alius institutus, Ful-
gos. cons. 89. col. 3. vers. sexto siue auctoritate,
& magis in specie Corn. d. cons. 273. n. 9. lib. 4.

Quarto, quia doctrina Bart. non potest ap-
plicari, nisi eo casu, quo traditio legati fa-
cta esset extraneo, quo casu bene posset in
illum transferri dominium; secus in filio in
potestate existente, cui non rectè donatur, vt
iam dictum fuit: Et quando Doctores dicunt
assignationem rei legatæ præsumi factam in
executionem legati præuentiuam mortis, & ex
illa dominium transferri, præsupponunt ter-
minos habiles, & legatarium capacem domi-
nij, l. qui testamento, in princ. ff. de testam.

Quinto, quia quando agitur de assignatio-
ne paterna, & de filijs in potestate existenti-
bus, vt isto casu, cessat ratio quare debeat
præsumi traditio facta in exequutionem lega-
ti, nam in extraneo ideo illa præsumitur, quia
non concurrit alia causa, propter quam tradi-
29 tio fiat, & sine causa † traditio non sustinere-
tur, l. nunquam nuda, ff. de acquir. rer. domin.
Ac in filio cõcurrit causa, quòd pater iure pe-
culij bona assignet, & ideo non potest necessa-
rio inferri ad traditionem ex causa præuẽtiua
executionis legati.

Maximè, quia causa assignationis in pecu-
lium tenet de iure, & donatio, quæ tacite re-
sultat ex assignatione in executionem legati
non tenet, vt supra fuit dictum: Vnde isto ca-
su potius capienda est coniectura, quòd pater
in causam peculij, quam in exequutionẽ lega-
ti tradiderit, etiã si donatio morte testatoris
cõfirmari posset, Corn. d. cons. 144. n. 14. lib. 2.

Et

Et confirmatur auctoritate omnium eorũ,
quos supra citaui, qui dicunt assignationem
ex causa diuisionis intelligi factam ex causa
peculij, non donationis, nam quælibet diuisio,
vt dixi sustinetur iure prælegati, & si assigna-
tio censeretur facta in executionem legati,
quod donationem sapit, vt habetur in locis
prædictis, falsa esset prædictorum opinio.

Cæterum quicquid sit, quia effectus dispu-
tationis stat in eo, an sicuti bona diuisa ve-
niunt sub fideicommisso, ita etiam veniant
fructus, & bona ex illis acquisita, parum re-
fert, an bona fuerint in peculium assignata,
prout vere assignata fuerunt, vel fuerint in
executionem legati translata: Siquidem isto
quoque casu puto in restitutione fideicommis-
si fructus venire, quasi patri in vita quæsitos,
quia quæ filij viuente patre mediante assigna-
tione percipiunt, iudicari debent, ac si post
mortem patris ad filios deuenissent, Castren.
30 cons. 393. in fine lib. 2. & testator † subijcien-
do bona donata fideicommisso, quòd tacitam
legati reuocationem in euentum fideicom-
missi inducit, videtur etiam de fructibus di-
sposuisse, licet de illis nihil expresserit, Crem.
sing. 16. Cott. memor. in verbo legatum, Tiraq.
in l. si vnquam. in verb. reuertatur. nu. 278. C.
de reuoc. donat. Ant. Gomez. var. resol. tit. de
donat. nu. 21.

Optime in propositum Corn. cons. 108.
num. 2. vers. in casu autem nostro, lib. 4. vbi,
31 quòd per fideicommissum † iniunctum bonis
donatis dicitur recedi à donatione, non au-
tem confirmari donatio, quia implicat con-
tradictionem, quòd quis habeat bona titulo
donationis, & fideicommisso grauetur, & idẽ
probat tex. in l. sequens quæstio, in fine. ff. de
leg. 2. vbi clarissime hoc notat Paul. & Oldr.
cons. 221. col. 2. & idem Corn. d. cons. 228. nu.
6. lib. 4. Vnde cum isto casu recedatur à do-
natione saltem in euentum fideicommissi, vi-
detur etiam ab illo recedi quantum ad fru-
ctus, qui eodem iure censentur ex prædictis.

Et hinc sequitur non obstare, quòd donatio
dicatur morte confirmata, & quòd propte-
32 rea † retrotrahatur ad effectum acquisitionis
fructuum iuxta ea, quæ habentur per Doct. in
l. donationes quas parentes, C. de donat. Quia
hic donatio non est confirmata simpliciter,
Imò reuocata saltem in euentum, quòd veniat
casus fideicommissi, & ideò similiter non ope-
rabitur acquisitionem fructuum, nisi quatenus
non sit locus fideicommisso, cum eo tantum
casu censeatur confirmata.

Et faciunt, quę dicuntur de donatione cau-
33 sa mortis, cuius † naturam sortitur assignatio
legati in vita, vbi illa fit sub legati comme-
moratione, vt per Bald. in l. 1. col. fin. C. si
quis omis. caus. testam. & Tiraquel. de iure
34 constit. ampliat. 24. n. 2. Nàm vbi donans † de
rebus donatis disponit, aut donationem re-
uocat, de fructibus quoque censetur disposuis-
se, l. cum quis, & ibi omnes. ff. de condic. ob

ad

caus. Et in terminis, quòd reuocatio donatio-
nis trahatur retro etiã quo ad fructus scribit
Palat. rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 72.
num. 1.

Accedat prædictis, quod & si verum esset
per confirmationem donationis fructus fuisse
35 acquisitos, ea tamen † acquisitio, quia ex cõ-
firmatione robur accipit in legatum transit
Bald. in l. si mortis. nu. 5. vers. aut non constat
de meritis. C. ad leg. Falcid. & cons. 430. in
princ. lib. 1. Socin. cons. 91. nu. 7. circa fin. lib.
1. Corn. d. cons. 144. ad fin. Vnde si filij non
potuerunt isto casu bona, & fructus cepisse,
36 nisi iure legati, sicut † in fideicommisso, quòd
capit prælegata, veniunt bona, ita etiã veniunt
fructus, & ad istum effectum sufficit genera-
lis dispositio, licet in specie de bonis assigna-
tis mentio non fieret Decian. d. cons. 3. n. 30.
& facit Paris. cons. 2. n. 49. lib. 3.

37 Nec obstat, quòd ea, quæ † capiuntur ex di-
spositione per mortem confirmata, nõ veniunt
sub fideicommisso, d. l. sequens quæstio, Grat.
d. respons. 7. nu. 46. lib. 2. Quia testator expres-
se vult quòd veniant sub fideicommisso etiam
bona per diuisionem assignata, & tamen di-
uisio, de qua ibi agebatur non tenebat, nisi
quatenus morte esset confirmata, & in lega-
tum transiret, vt per Natt. qui alios refert
cons. 273. vers. post mortem autem patris,
lib. 5. Vltrà quòd non sumus in casu d. l. se-
quens, vbi dispositio erat per viam cõtractus,
& separata à testamento, quod non est hic.

Et per ista credo satis apertam reddi iusti-
tiam huius fideicommissarij, non obstantibus
exaduerso deductis, quibus videtur ex præ-
missis sufficienter responsum.

Agenti spolio quando sufficiat probare duo extrema, & quæ probatio requiratur. Cap. L I X.

SVMMARIVM.

1 *Agens spolio tenetur probare duo extrema, antiquiorem scilicet possessionem suam, & nouam conuenti.*

2 *Non tenetur probare de iniusta sua eiectione.*

3 *Possessio noua præsumitur clandestina, & vitiosa, probata possessione anteriori.*

4 *Actori sufficit ea in iudicium deduxisse, ex quibus resultat fundamentum intentionis absque eo, quòd probet ea, quæ veniunt in replicationẽ.*

5 *Agenti ad nullitatem alienationis factæ in forensem contra formam statuti, sufficit ostendere alienationem in forensem factam, absque eo quòd probet non fuisse solemnitates statuti seruatas.*

6 *Agens spolio non tenetur probare possessionem suam de tempore spolij, sed satis est docere, quòd aliquando ante spolium possederit.*

7 *Possessio, probatis extremitatibus præsumi-*

tur

tur medio tempore continuata.

8 *Agenti spolio sufficit probare possessionem de tempore anteriori, etiam si à lege, vel statuto vera possessio exigeretur tempore spoliationis pro forma.*

9 *Agens spolio aduersus titulo possidentem, An debeat probare, quòd reus conuentus possidet vi, clam, aut precario, & nu. 10.*

11 *Actio spolij datur aduersus titulo possidentem, etiam si res ad eum sine vitio peruenerit.*

12 Præsumptio, quòd qui olim possedit præsumatur possedisse tempore spoliationis in rebus mobilibus, locum non habet.

13 *In iudicio spolij vltrà probationem extremorum titulus etiam iustificari debet, quotiescunquè possessio non datur sine titulo.*

14 *Possessio sola non sufficit in iurisdictionalibus, nisi etiam doceatur de proprietate.*

15 Item nec sufficit absque titulo, quando petitur restitutio decimarum à laico, vel a Clerico illas possidente in aliena Parochia.

16 *Item non datur in matrimonio carnali, nisi probetur titulus matrimonij.*

17 *Item nec possessio sufficit absque titulo saltem colorato in beneficialibus, quando agens intentat remedium restitutorium.*

18 *Exceptio intrusionis obstat agenti interdicto recuperandæ in beneficialibus, quamuis ei non obstat exceptio notorij criminis.*

19 Spoliatus *ad obtinendum in iudicio spolij si beneficium sit specialiter reseruatum, vltra antiquiorem possessionem suam probare, etiam debet titulum saltem coloratum.*

20 *Reseruatio Apostolica inficit titulum, & possessionem.*

21 *Spoliatus beneficio si ante litem motam illud pacifice possedit per triennium non tenetur probare titulum.*

22 *Agenti spolio contra non fundantem se in iure communi sufficit solam possessionem probare etiam si ius commune resistat.*

23 In *spolio attentato lite pendente non requiritur probatio tituli etiam colorati, sed sufficit probare solum statum.*

24 *Exceptio tu non possedisti tempore allegati spolij in iudicio recuperandæ admittitur.*

25 *Agens spolio vltra possessionem suam probare debet quod Iudex non rite, & recte processerit quotiescumque spoliator ingressus fuit possessionem eius auctoritate.*

26 Secundum *extremum, hoc est possessio rei conuenti, in remedio recuperandæ leuioribus probationibus probatur.*

27 Item *sufficit testimonium de auditu à parte quæ tenet, & possidet rem spoliatam.*

28 *Item secundum extremum spolij probatur, per sustentationem litis cum adminiculis.*

29 *Item probatur ex sola litis contestatione, per quam solam probatur molestia in possessione.*

30 *Primum extremum in iudicio spolij, hoc est spoliati possessio debet probari plene, & concludenter.*

31 *Non probatur per vnum testem etiam de visu & publica voce, & fama nisi saltem concurrat alius de publica voce, & fama.*

32 *Testes de fama deponentes in causa spolij, quæ debeant specificare.*

33 Primum *extremum in spolio probatur per confessionem in libello seu commissione ab aduersario factam, dummodo talis confessio sit clara, & concludens.*

34 Confessio *dubia debet interpretari, vt minus quam fieri possit confitenti praiudicet.*

35 Confessio *facta in commissione, quod spoliatus erat pacificus possessor primum extremum in spolio non probat.*

36 *Idem est in confessione facta in articulis, si sit de possessione spoliatiua.*

37 *Immissio iudicialis etiam cum colonorũ recognitione non priuat possessorem sua possessione, si Iudex non rite, & recte processit.*

38 Possessio *non acquiritur ex sola recognitione coloni quando possessio est plena, & ipse colonus alteri possidet, sed est necessaria expulsio coloni cum familia etiam à conspectu prædij, secus si possessio sit vacans.*

39 *Possessio per simplex constitutum à colono trãsfertur si sit vacans, vel per quemcunque actũ declaret se velle possidere nomine eius qui possessionem sic vacantem ingreditur, quamuis aliquid verbis non exprimat, & n. 40.*

41 *Primum extremum præsumptiua aut semiplena probatione in antiquis probatur.*

42 *Decis.* Putei 73. *lib. 3. declaratur.*

43 *Primum extremum in antiquis probatur etiam per testes de auditu auditus, & de publica voce, & fama.*

44 *Fama publica in factis antiquis quorum non extat memoria habetur pro sententia, & veritate.*

45 *Enunciatiua plurium instrumentorum in antiquis habet vim famæ.*

46 Locationum *instrumenta in antiquis probant possessionem etiam contra tertium si locationes effectum sortita fuerint, & nu. 47.*

48 *Primum extremum in antiquis probatur per clausulam constituti, quamuis aliter non constet de tempore constituti.*

IN materia interdicti recuperandæ pro regula traditur * cómuniter à Doctoribus, vt agenti hoc interdicto sufficiat profundamẽto intentionis probare,
2 duo † extrema antiquiorem scilicet possessionem suam, & nouam conuenti, Abb. in c. cum ad sedem nu. 28. de restit. spoliat. Socin. Sen. in l. rem quæ nobis nu. 16. ff. de acquir. posses. & cons. 266. col. 6. nu. 12. vers. primo quia hoc lib. 2. Alex. cons. 6. nu. 5. lib. 3. & cons. 89. nu. 8. lib. 5. Gozadin. cons. 99. nu. 5. Afflict. decis. 327. nu. 2. cum alijs infinitis, qui allegari possent.

Et

Et hæc quidem conclusio procedit etiam si
2 actor † non probet de iniusta sua eiectione,
vt post Innoc. in c. sæpe num. 1. de rest. spol.
tradit idem Abb. in d.c.cum ad sedem nu. 17.
& 18. Alex.d.cons.6.n.5.lib.3. Afflict.d.decis.
327.nu.2. Gabr. de restit. spoliat. conclus. 5.
nu.67. vbi post Curt. Iun. hanc testatur esse
* communẽ * opinionem, quam etiam Rota se-
quitur, & in specie ita fuit resolutum in vna
Illerden. Canonicatus 24. Maij 1596. coram
Orano. Probata enim possessione anteriori
3 possessio † recens præsumitur clandestina, &
vitiosa, vt post Bald. tradit Afflict. d. decis.
327. num. 2. Et consequenter onus probandi
contrarium trãsit in nouum possessorem, cum
4 actori sufficiat † ea, in iudicium deduxisse, ex
quibus resultat fundamentum intentionis abs-
que eo quod probet ea quæ veniunt in repli-
cationem, exemplo agentis ad nullitatem alie-
nationis factæ in forensem contra formam
statuti; Nam satis est, quod ostendat aliena-
5 tionem in forensem † factam, absque eo quod
probet non fuisse solemnitates statuti serua-
tas, Oldrad. cons. 729. nu. 3. Curt. Sen. post
glos. & alios quos allegat cons. 72. num. 1. Ca-
streu. cons. 89. incip. posset quis dicere nu.
2. lib. 2. Ruin. cons. 120. num. 5. lib. 4. & tenuit
Rota in vna Auximana Molendini 23. Iunij
1572. coram Robusterio.

Præterea supradicta conclusio locum habet
6 tametsi † actor non probet possessionem de
tempore spolij, cum satis sit docere quod ali-
quando ante spolium possederit, vt est text.
in c. olim il 3. de restit. spoliat. ibi, vel prius
* etiam habuisset, & est communis * opinio in
d. c. cum ad sedem de qua attestatur Alciat.
de præsumption. reg. 2. præsumpt. 21. nu. 10.
Tiraquel. late de præscript. §. 1. glos. 5. vers.
sed nunquid satis, &c. Gabr. d. conclus. 5. nu.
100. Menoch. de recuperan. remed. 15. num.
386. qui alios complures eiusdem sententiæ
referunt. Ratio est, quia in materia posses-
sionis recuperandæ, qui aliquando possedit
præsumitur etiam tunc possedisse quando fuit
7 eiectus; Nam probatis † extremitatibus tẽ-
porum præsumitur possessio medio tempore
continuata, vt late per Alciat. dicta reg. 2.
præsumpt. 22. Et quamuis tex. in l. 1. §. inter-
dictum autem. ff. de vi, & vi armat. maximè
videatur refragari, & Oldr. cons. 1. col. 1. glos.
in d. c. cum ad sedem de restitut. spoliat. Curt.
Sen. cons. 71. col. 2. & alij quidam relati per
Gabr. d. conclus. 5. nu. 101. ex illo adnotaue-
rint fore necessariam probationem possessio-
nis illius temporis, quo quis fuit spoliatus; ta-
men pro concordia dici potest satis hanc pos-
sessionem probari præsumptione iuris si fuerit
probata præteriti temporis possessio, nec pro-
batum fuerit contrarium, vt bene ad singula
obiecta respondendo firmat Couar. in reg.
possessor 2. part. relect. 4. 1. nu. 5. de reg. iur. lib.
6. Et ita tenuit Rota in illa Romana Palatij
20. Octobris 1578. coram Cantuccio, vt in
impressis diuers. decis. 80. num. 8. par. 2.
8 Extenditur hæc ampliatio, vt † procedat
etiam si à lege, vel statuto vera possessio exi-
geretur tempore spoliationis pro forma, nam
adhuc agenti spolio sufficit probare possessio-
nem de tempore anteriori, cum ita sit iuris
præsumptio, quæ rem reddit claram, & eui-
dentem Bart. in l. 1. C. de fid. instrum. lib. 10.
Aret. cons. 15. col. 1. Ias. in l. non hoc num. 15.
vers. confirmo istam. C. vnde legit. Ripa in c.
cũ Ecclesia Sutrina n. 23. vers. Tertio ampliari
de caus. posses. & propriet. Alciat. de præ-
sumpt. in præfat. par. 3. num. 3. cum alijs per
Menoch. dict. remed. 15. nu. 400.

Sed quamuis in spolio regulariter sufficiat
probare duo extrema, vt supra dictum fuit,
9 tamen hoc limitatur. Primo vt nõ † procedat
vbi agitur aduersus titulo possidentẽ, quia tũc
actor debet etiam probare quod reus conuẽ-
tus possidet vi, clam, aut precario alias suc-
cumbit. Ita post Alex. Paris. & alios quos al-
legat scribit Menoch. d. remed. 15. nu. 401. cũ
sequen. ex doctrina Bart. in l. si de eo §. fin.
vers. quæro ergo ff. de acquir. posses.

Sed hanc limitationem ego non puto verã,
10 quia † fundatur in illa opinione, quod actio
spolij non detur contra bonæ fidei possessorẽ
habentem titulum à non vitioso auctore,
quam tenere videntur Alex. & alij à Menoch.
allegati & firmat ipse d. remed. 15. num. 90. &
91. Secus igitur dicendum est si attendatur
* alia opinio magis * cõmunis, quod imò actio
11 spolij † detur aduersus titulo possidẽtem etiã
si res ad eum sine vitio peruenerit, quam te-
net Ruin. cons. 46. n. 6. lib. 1. Afflict. decis. 361.
nu. 35. Thesaur. decis. 29. Misinger. cent. 3. ob-
seruat. 85. & passim obseruat Rota, vt per
Cassad decis. 7. de restit. spoliat. Mohed. decis.
3. eod. tit. Put. decis. 151. lib. 3. Rota diuers.
decis. 344. post nu. 1. par. 1. & fuit dictum in
vna Hispalen. Corduben. præstimoniorum 28.
Februarij 1600. coram Horatio Cardinale
Lancellotto. Hoc enim casu non requiritur
alia probatio quam duorum extremorum, vt
rectius declatãdo tradit Gabr. de restit. spo-
liat. conclus. 5. nu. 73.

Secundo itaque dicta conclusio limitatur
vt non procedat in rebus mobilibus, quarum
possessio de facili perditur l. si rem mobilem
12 ff. de acquir. possess. Vnde præsumptio † quod,
qui olim possedit præsumatur possedisse tem-
pore spoliationis in his rebus locum non ha-
bet, vt per Alciat. d. regul. 2. præsumpt. 21. nu.
5. & videtur tenere glos. in l. inciuile. C. de
furt. & firmat Speculat. in tit. de act. seu pet.
§. 1. vers. quid si ago. Idem tenet Paul. de
Castr. in l. si minorẽ. C. de in integr. rest. mi-
* nor. Et est magis * communis, & forte verior
opinio secundum Menoch. d. remed. 15. nu. 46.
licet Abb. in d. c. cum ad sedem aliter senserit.
13 Tertio etiã limitatur, vt nõ † procedat quo-
tiescumque possessio nõ datur sine titulo quia
tunc vltra extremorum probationem debet
etiam

etiam ipse titulus iustificari; Exemplum pone in iurisdictionalibus quæ non possunt haberi nisi à Principe fuerint concessa hoc enim
14 casu † in iudicio spolij non potest quis obtinere docendo de sola possessione nisi etiam doceat de proprietate Ægid. decis.49.& decis. 433. & notatur in l.1. §. permittitur.ff.de aqua quotid. & æstiua.
15 Aliud exemplum est quando petitur † restitutio decimarum à laico, vel à clerico qui illas possidebat in aliena Parochia, nam illa denegatur nisi titulus probetur cum tali possessor sine titulo ius resistat, c. causam quæ, de præscript. c. ad decimas de restit. spoliat. lib.6. notat Ripa in l. naturaliter §. nihil commune n.81.ff. de acquir. possess.
16 Sic etiam in matrimonio carnali † non datur possessorium nisi probetur titulus matrimonij c. ex parte, vbi Abb. n.25.& sequen.& c. ex transmissa de restit. spoliat.

Sunt enim hæc possessoria mixtæ naturæ in quibus absque titulo non concluditur possessio nec datur in eis possessorium, vt in simili not. in l.2.§. quædam.ff.de interdict.

Idem in beneficialibus est dicendum in
17 quibus agens † remedio restitutorio obtinere non potest nisi cum possessione doceat etiã de titulo saltem colorato, Castrens. cons.253. col. 2. vers. super 3. artic. lib. 1. in antiquis Rota decis.2. de restit. spoliat. in nouis. Ægid. d.decis.49. Cassad. decis.1. in fine eod. titulo. Chissan.decis.176. Præsertim si spoliatus prætendatur intrusus in beneficio cum exceptio
18 intrusionis † obstet agenti interdicto recuperandæ in beneficialibus c. patet 3. q. 1. & facit glos. in Clem. vnica de caus. poss. & propriet. quæ dicit quod exceptio defectus proprietatis taliter agenti obstat etiam quod ei non obstet exceptio notorij criminis ea ratione quia tale crimen non inducit priuationem ipso facto Abb. in c. ex parte nu. 21. de rest. spoliat. per tex. in c. referente de præben.
19 Vnde si beneficium est specialiter † reseruatũ spoliatus ad obtinendum in iudicio spolij vltra antiquiorem possessionem suam probare etiam debet titulum saltem coloratum quia
20 reseruatio † Apostolica inficit titulũ, & possessionẽ c. si eo tempore de elect. in 6.Socin. Sen. in d.l.rem quæ nobis nu.19.ff.de acquir. possess.quem sequitur de communi attestando Ripa in d. l. naturaliter §.nihil commune nu. 82.vers.ego non puto eod. tit.

Aduertendum tamen est quod istud non
21 procedit quando † constat spoliatum beneficio ante litem motam illud pacificè possedisse per triennium, vel successisse possessori pacifico triennali, quia tunc non est necessaria tituli probatio iuxta decis. Cassad. 2. de caus. possess. & propriet. Et ista est vna declaratio ad dictam tertiam limitationem.

Altera declaratio est, vt procedat solum quando actio spolij intentatur contra eũ qui se fundat in iure communi Sarnen. in reg. de trien.quæst.10.cum alijs per Guidobon.decis.
22 135. Secus est quando agitur contra † non fundantem se in iure communi quia tunc sufficit solam possessionem probare etiam si ius commune resistat, vt tradit glos. in d. c. ad decimas in verbo eundem clericum de restit. spoliat. in 6. & ibi Anchar. nu. 4. vers.si vero ius commune. Gemin.n.13.vers.aut clerici volunt præscribere. Franc.nu.9.vers.quarto casu principali,& tenuit Rota in vna Elboren. Decimarum 1. Decembris 1606.coram Penia.

Tertia affertur declaratio, vt non procedat
23 in spolio † attentato lite pendente, quia tunc non requiritur probatio tituli etiam colorati, sed sufficit probare solum statum Oldr.cons. 206.col.2.vers. ad 2.quæstionem Lap. Abb. & Gemin. in d. c. ad decimas de restit. spoliat. in 6. Alex.cons.99.n.9.lib.5.late Couar. pract. quæst.c.23.n.4. Et hanc opinionem Rota passim sequitur vt in decis.2.de rest.spol.in nouis. Cassad. decis.3.n.6.eod.tit. Ægid. d.decis.49. vbi assignat rationem, quia magis consideratur contemptus superioris, & integritas status causæ quam ius agentis.

Quarto dicta principalis conclusio, quod agenti spolio sufficiat probare antiquiorem possessionem suam, & nouam conuenti, limitatur, vt non procedat quando spoliator conuentus probat, quod tempore allegati spolij
24 alius, vel ipse possidebat cum talis † exceptio tu non possedisti tempore allegati spolij in hoc possessorio admittatur ad late tradita per Menoch.rem.ed.1.recuper.possess.n.354.

Quinto limitatur, vt non habeat locum, quando spoliator ingressus fuit possessionem auctoritate seu mandato Iudicis ad l. iuste possidet.ff. de acquir.possess. glos. in c.præsentiam in glos.fin.7.quæst.1.Bald.in l. fin. in 2.
25 not.C.vnde vi. Hoc enim casu † actor ad obtinendum in remedio spolij vltra possessionẽ antiquiorem suam probare etiam debet quod Iudex non rite, & rectè processerit ad tradita per Hostien. in tit. de restit. spol.§.quando facienda in princip.Bald.cons.157.lib.2.Abb. in c.cõquerente n.12.de restit.spoliat.Felin.in c. dilectus sub n. 2.vers.fallit secundo de rescrip. Aym. cons.18. nu.8. Caputaquen. decis.186. par.3. Cæsar de Graf.decis.1.nu.4.de constit. & fuit alias sæpius per Rotam resolutum.

Oportune autem hic quæritur qualis probatio in his duobus extremis probandis re-
* quiratur? Et dicas communem * sententiam, & praxim hanc esse, vt in probando secundo
26 extremo idest possessione † rei conuenti leuiores probationes sufficiãt Rota decis.8. de
27 restit. spol.in nouis. Vbi quod sufficit † testimoniũ de auditu à parte, quæ tenet, & possi-
28 det rẽ spoliatã,& sufficit † sustentatio litis cũ adminiculis, vt passim tenet Rota, & fuit dictum in vna Regien. bonorum 17. Aprilis 1576. coram Cardinale Blanchetto, & in vna Mediolanen. emphyteusis 18. Aprilis 1603. corã Ludouisio: Quinnimo † ex sola litis cõtestatione

testatione secundum extremum probari tra-
dit Caputaquen. decis. 372. par. 2. ea ratione,
quia ex sola contestatione litis probatur mo-
lestia in possessione secundum Alex. cons. 73. in
princ. lib. 3. & Dec. cons. 694. col. 2. in fine.
30 Primum autem † extremum, spoliati scili-
cet possessio debet probari per probationem
plenam, & concludentem secundum stilum
Rotæ vt per Sarnen. in regul. de infirm. resig.
q. 36. Caputaquen. decis. 331. n. 6. & decis. 372.
& 373. par. 2. Ant. August. in repert. de pri-
mo extremo nu. 1. Put. decis. 17. & 23. de re-
stit. spoliat. in manuscript. Rota diuers. decis.
* 165. n. 1. par. 2. Et est magis * communis & ve-
rior opinio quam tenet Bart. in extrauagan.
ad reprimendum vers. summarie n. 10. & seq.
Roland. qui de magis communi attestatur
cons. 5n. nu. 16. lib. 2. Et secundum hanc iu-
dicasse consilium Neapolitanum scribitur per
Afflict. decis. 364. n. 5. & crebriorem affirmant
etiam Gabr. de restit. spoliat. conclus. 5. n. 126.
& Menoch. d. remed. 15. nu. 408. cum sequen.
Ratio est quia hoc possessorium plenarium est
cuius causa non est leuis præiudicij, sed ma-
gni cum sententia in eo ferenda sit diffiniti-
ua nec aliam post se super possessione expe-
ctet sententiam: Vnde sicut in causa magni
præiudcij exactę probationes requiruntur ita,
& in probando hoc primo extremo Ripa in
c. sæpè n. 2. & 3. de restit. spol. Curt. Sen. in l.
admonendi n. 323. de iureiuran. Alex. d. cons.
139. n. 18. lib. 6.
31 Ex hoc primo infertur non sufficere † vnũ
testem etiam de visu, & publica voce, & fama
nisi saltem concurrat alius de publica voce,
& fama quia tunc coniunguntur, & faciunt
plenam probationem, vt per Caputaquen. d.
decis. 373. part. 2. & adhunc effectum non est
32 necesse quod testes † de fama specificent à
quibus fama huiusmodi ortum habuerit nec
causam qua mouentur nec alia requisita per
Bart. in l. de minore §. si plurium de quæstion.
sed satis est quod dicant qualiter publice di-
cebatur ex Bald in c. præterea col. 6. de testib.
Cassad decis. 3. de probat. Paris. cons. 52. in fi-
ne lib. 3. Caputaquen. decis. 299. par. 3.
Secundo infertur, quod licet primum ex-
tremum ad effectum spolij probetur per con-
fessionem in libello seu commissione ab aduer-
sario factam. l cum precum. C. de lib. caus. &
fuit dictum in illa Papien. tenutæ 26. Maij
1603. coram Ludouisio; Nihilominus hoc
33 procedit quando † talis confessio est clara, &
omnino concludens, quia dubia recipit illam
34 interpretationem † per quam minus quàm
fieri possit ius confitentis lædatur l. si quis in-
tentione ambigua. ff. de Iudic. Menoch. cons.
112. nu. 21. Rimin. Iun. cons. 204. n. 35. & ita in
terminis confessionis factæ in commissione
in qua asserebatur, & dicebatur spoliatum
esse possessorem pacificum quod per talem cõ-
35 fessionem † non esset legitime probatum pri-
mum extremum tenuit Rota apud Mohed. de-
cis. 2. de restit. spoliat. per decis. Ægid. 691. in
5. Fallentia.
Addo ego idem esse in confessione facta in
36 articulis quãtumuis geminata, quia † nõ re-
leuat si est de possessione spoliatiua, vt tenuit
Rota in vna Romana spolij canneti 2n. Maij
1596. coram Orano in qua fuit dictum quod
primum extremum non probabatur ex eo
quod reus conuentus alias agendo spolio cõ-
tra auctorem tunc agentis confessus fuisset
virtualiter cum possidere ea ratione quia di-
cta confessio non poterat acceptari sine sua
qualitate hoc est quod possedisset spoliatiue,
& sic improbe, quæ improba possessio ei in
aliquo opitulari non poterat iuribus vul-
garibus.
Tertio etiam infertur, quod licet ex sola
immissione iudiciali etiam sine expulsione
colonorum probetur primum extremum si Iu-
dex rite, & recte processerit, secus tamen est
37 si non processit rite, & recte quia tunc † im-
missio iudicialis etiam cum colonorum reco-
gnitione non priuat possessorem sua possessio-
ne, & consequenter ex ea primum extremum
non probatur sic tenuit Rota in vna Romana
Domus ad Imaginem Pontis 13. Iunij 1576.
coram Cardinale Lancellotto, & in alia Ro-
mana pecuniaria 19. Iunij 160n. & 18. Iunij
1601. coram Cardinale Millino, & sæpius in
alijs causis. Ratio prædictorum est quia quã-
38 do possessio † est plena, & colonus alteri pos-
sidet tunc est necessaria expulsio colonorum
cũ familia etiam a conspectu prædij nec suf-
ficit recognitio ex quo facto suo non potest
interuertere possessionem Domini l. fin. C. de
acquir. possess. l. peregre §. quibus & l. quamuis
§. si conductor, & ibi Bart. ff. eod. tit. Dec. cõs.
400. nu. 9. Cozzad. cons. 86. n. 1n. Bero. quæst.
47. & cons. 69. n. 10. lib. 3. Put. decis. 6. de caus.
posses. & propriet. quæ ratio cessat si possessio
sit vacans & colonus alteri non possideat,
quia tunc ad effectum vt alius possessionem
sibi acquirat non est necessaria exacta expul-
sio sed sufficiunt tales actus, ex quibus appa-
reat colonum nolle sibi possidere, sed tertio
39 ingredienti: Quia sicut hoc casu † colonus
potest transferre possessionem in alium per
simplex constitutum Bart. in l. quod meo nu.
9. ff. de acquir. posses. Tiraquel. de constit. li-
mit. 14. n. 3. Paleot. decis. 100. Ita per quem-
40 cunque † actum declaret se velle possidere
nomine eius, qui possessionem sic vacantem
ingreditur constituit eum possessorem, quam-
uis aliquid verbis non exprimat Crescent. de-
cis. 17. lib. 1. & fuit resolutum per Rotam
in causa Maceraten. hæreditatis sub die 4. Iu-
nij 1590. & 18. Martij 1591. coram Cardina-
le Pamphilio, & in vna Bononien. de Carna-
libus 19. Ianuarij 1602. coram eodem.
Sciendum tamen est, quod primum extre-
mũ nõ semper plene est probandũ sed aliquã-
41 do sufficit † præsumptiua, aut semiplena pro-
batio vt in casu decis. 88. & 394. par. 1. diuers.

Quod

Quod intellige verum si antiquitas temporis concurrat, prout dictæ decisiones loquuntur, & tradit late Pontan de spol lib.2.sub nu. 95. circa fin.Ea autē circūscripta essent duræ decisiones ad tradita per Anchar.conf.42. & per Felin.in rubr.de probat.Vbi quod quando requiritur plena probatio non sufficiunt probationes præsumptiuæ.

42 Nec obstat decis.Put.75. lib.3. Nam † Put. ibi loquitur in casu,in quo de possessione plene constabat, sed dubitabatur ex quo titulo illa procederet,& concludit, quod sufficit ex præsumptione iuris possessionem illam attribui titulo vnionis tanquam præambulo iux.l. quædam.ff.de rei vendic.

43 In antiquis autem primum † extremū probatur etiam per testes de auditu auditus Put. decis.78. lib.1. Felin.in c. veniens col.6. vers. scias etiam de testib. Item per publicam vo-
44 cem, & famam, quæ in † factis antiquis quorum non extat memoria habetur pro scientia, & veritate Curt.Sen. in l.admonendi n.18. ff. de iureiur. & fuit resolutum in vna Spoletana bonorum 26.Martij 1590.coram Penia. Simili quoque modo probatur per enunciatiuam
45 plurium † instrumentorum, quæ in antiquis habet vim famæ Bald.&Salic.in l.cum aliquis C.de iure delib. Aret.in c.cum causam n. 21. & Felin.n.4.de probat.Achil decis.5. de iurepatron. Et fuit tentum in vna Esina bonorum prima Iunij 1596. coram Cardinale Pamphilio in qua fuit dictum primum extremum in
46 antiquis † plene probari per instrumenta locationum etiam in præiudicium tertij,vt post Innocen.in c.veniens de verb.signif.tradit Castren.conf.81.col.2.in fine lib.2. Dec.conf. 36. sub num.6. vers.& quod ex instrumento antiquo Aym.cōf.54.n.11.& de antiquit.tempor. par.1. §.viso de fama n.21. Abb.conf.64. nu. 17.cum alijs per Menoch.in 3.remed.retinen. nu.574.

47 Et quod in antiquis locationes † quæ effectum sortitæ fuerunt probent possessionem etiam contra tertium tradit glos.in l.qui vniuersas §. quod per colonum & ibi Aret. nu.7. qui attestatur de cōmuni. ff.de acquir. possess. Alex.conf.18.n.19 lib.1. Natta conf.672. n.2. Bald.in auth.quas actiones n.16.C.de Sacros. Eccles.Aym.d.§.viso de fama n.22.

48 Pariter quoque primam † extremum in antiquis probatur per clausulam constituti quāuis aliter non constet de tempore constituti vt fuit dictum in allegata Esina bonorum coram Cardinale Pamphilio per Dec. conf.302. sub n.9.in fine Marf.sing.521.Cassan.in cōsuetud. Burgund.tit.de success.§.1.vers. quarto limita.Tiraq.de constit.in 1.limit.n.18. Quidquid dixerit Aym.d.§.viso de fama sub nu.21. Qui licet dubitet de hoc dicto loquitur tamen quando constitutum inducitur principaliter ad probationem dominij & n.22. sequitur dictum Socin.quod constitutum probet concurrentibus adminiculis, & coniecturis.

Quis probare debeat valorem fructuum beneficij, ad effectum cognoscendi, an pensio imposita subsistere possit, vel ne. Cap. LX.

SVMMARIVM.

1 *Valor fructuum beneficij ad effectum cognoscendi, an pensio imposita subsistere possit vel ne probari debet per eum qui vult pensionem impugnare, si ipse impositioni pensionis consensit secus si non consensit, quia probandi onus pensionario incumbit.*

2 *Prouisus de beneficio habet intentionem fundatam de iure communi quod Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.*

3 *Potest dicere pensionem nullam, & inualidam licet pensionarius existat in quasi possessione exigendi.*

4 *Valor fructuum beneficij à pensionario probari debet, si pensio sit reseruata cum clausula dummodo medietatem fructuū non excedat vel dūmodo remaneant centum pro titulari etiam si pensionarius ipse impositioni pensionis consenserit, & n. 6.*

5 *Dispositio conditionalis nisi verificetur non releuat.*

7 *Valor fructuum beneficij debet probari per titularē quādo agitur super reductione pensionis.*

8 *Probari debet à pensionario si pensio sit reseruata cum clausula dummodo, & vbi dicta conditio apponitur reseruationi pensionis, secus si non apponatur reseruationi, sed post reseruationem puram adijciatur clausula etiam si super illis alia pensiones reseruatæ existant quia tunc onus iustificandi dictam conditionem non spectat ad pensionarium nisi titularis ostendat quod sint aliæ pensiones antea reseruatæ.*

SOLET non semel in controuersiam deduci, cui incumbat onus probandi valorem fructuum beneficij ad effectū cognoscendi, An pēsio imposita subsistere possit,vel ne? In qua quæstione
1 est † dicendum,quod huiusmodi onus incumbat prouiso volenti pensionem impugnare, si ipse impositioni pensionis consensit Guidob. decis. 245. cum alijs addnōtis in vna Valentina pēsionis de anno 1586.coram Robusterio; Secus si pensioni non consensit,nam tunc pensionarius ipse tenetur probare, quia prouisus
2 de † iure cōmuni habet intentionem fundatā, quod Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur: Quo fit, vt possit dicere pēsio-
3 nem † nullam, & inualidam; licet pensionarius existat in quasi possessione exigendi,quia dicta

dicta quasi possessio ei non prodest nisi respectu solutionis, quæ non retardatur donec per tres sententias & rem indicatam causa fuerit determinata. Et idem est, vbi agitur de probanda aliqua qualitate expressa per vim con-
4 ditionis, vel modi, vt si si pensio reseruata sit cum clausula dummodo medietatem fructuum non excedat, vel dummodo remaneant centum pro titulari, Nam adhuc tenetur pensionarius assumere onus probandi, cum eius intentio fundetur in dispositione conditiona-
5 li, quæ † nisi iustificetur non releuat ad l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. caus. testam. cum concordantibus. Et istud obtinet
6 quamuis † titularis consenserit impositioni pensionis quia consensus huiusmodi intelligitur præstitus sub eadem met conditione, sub qua pensio reseruata extitit; Quod si non de nullitate pensionis dari posset, sed agatur
7 super illius reductione † tunc onus probandi incumbit titulari, qui agit non habito respectu maioris, vel minoris pensionis; Nam Papa non censetur apposuisse conditionem ad effectum, vt illa non verificata pensio in totum nulla reddatur, sed solum, vt ad minorem summam reduci posset, vt clare demonstrat, clausula, dummodo, &c. Ita distinguendo tenuit Rota in vna Salamantina pensionis 26. Martij 1593. coram Gypsio.

Sed aduertendum est quod licet onus probandi valorem fructuum beneficij incumbat pensionario quoticumque pensio reseruatur cum clausula dummodo, &c. tamen hoc de-
8 claratur, † vt procedat, vbi dicta conditio apponitur reseruationi pensionis in quibus terminis loquitur allegata decisio coram Gypsio, & fuit etiam tentum in vna Meluitana pensionis 27. Iunij 1597. coram Litta, vbi erat reseruata pensio super fructibus beneficij, dummodo illa, & aliæ forsan super illis alijs assignatæ pensiones annuæ medietatem illorum non excederent, & fuit resolutum, quod pensionarius tenebatur iustificare dictam conditionem, & ita probare concludenter valorem beneficij deductis oneribus de tempore reseruationis ostendendo illud pensionibus non esse granatum vltra medietatem; Secus autem quando modus, vel conditio prædicta non est apposita reseruationi, sed post reseruationem puram adijcitur clausula etiam si super illis aliæ pensiones reseruatæ existant, & hæc clausula limitatur, seu modificatur per clausulam dummodo omnes pensiones huiusmodi medietatem fructuum non excedant: Hoc enim casu onus instificandi dictam conditionem non spectat ad pensionarium, nisi titularis ostendat, quod ad sint aliæ pensiones antea reseruatæ. Hæc namque clausula dummodo, &c. in tali casu respicit solum alias pensiones quatenus adsint, & clausula præcedens, etiam si super illis aliæ pensiones reseruatæ existant non potest intelligi de illa pensione quæ tunc reseruatur, sed de diuersis, & ideo clausula subsequens dummodo, &c. quæ est modificatiua clausulæ praecedentis debet intelligi retentis eisdem terminis, & sic quando adsunt aliæ, maxime ponderando illud verbum omnes, quod tanquam vniuersale præsupponit concursum aliarum. Ita declarando tenuit Rota Carpentoracten. pensionis 15. Martij 1601. coram Horatio Cardinale Lancellotto, & per prius in vna Monopolitana pensionis 13. Iunij 1597. coram Orano.

Emphiteuta, qui iurauit soluere canonem singulis annis si deficiat in vno anno tantum, an statim priuetur iure suo, & nunquid ad euitandam caducitatis pœnam sola oblatio sufficiat.

Cap. LXI.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteuta. qui iurauit soluere canonem singulis annis, vel in aliquo termino conuento, si de alia conuentione non appareat, non soluendo priuatur statim iure suo.*
2 *Iuramentum adiectum ab emphiteuta promissioni de soluendo canonem, quando operetur effectum deuolutionis, & nu 3.*
4 *Tantum operatur, quantum adest de consensu, & non vltra.*
5 *Oblatio sola sufficit ad euitandam pœnam caducitatis, quando ob canonem non solutum caducitas incurritur, secus quo ad effectum consequendi plenariam liberationem à canone emphiteotico, quia tunc requiritur depositio, & consignatio.*
6 *Non operatur etiam sequuta depositione, & consignatione, quando creditor iusta de causa illam recusat recipere.*
7 *Item non operatur, quando fit ab emphiteuta post aliquod tempus incursæ caducitatis, vel sit parte non citata, nec in loco vbi fieri debet, item vbi non est facta de toto debito.*

PRO resolutione primę quæstionis duo casus sunt distinguendi: Primus est quando nō adest expressa conuētio partium, quòd ob non solutionem canonis per biennium, vel triennium, continuum,

tinuum,fit locus deuolutioni,& tunc commu-
1 nis opinio est,quod † emphiteuta, qui iurauit soluere canonem singulis annis, vel in aliquo termino conuento, puta de semestre in semestre, si non soluit priuetur statim iure emphiteotico, non aliter expectato biennio, vel triennio, iux.l.2. C. de iure emphit. authen. qui rem, C. de Sacros. Eccles. c. potuit extr.
* locat. Gozad. qui de communi * attestatur cons. 57.n. 19.Cur. iun.cons.205.nu.14.lib.3. Et tenuit Rota apud Cassad. decis.2. n.7.de iureiuran.& apud Simonet. lib.1.decis.4.tit. de locat. fundatur hæc conclusio, quia pro-
2 pter † iuramentum non subintelligitur clausula si per biennium, vel triennium non soluerit, quæ est tacita conditio iuxta d.authen. qui rem.C.de Sacros. Eccles.& d.c.potuit locat. Ideo nil mirum si emphiteuta priuatur etiam non expectato biennio, vel triennio.

Secundus casus est,quando contractus emphiteoticus non est celebratus simpliciter, sed cum expresso pacto,quòd sit locus deuolutioni ob non solutionem canonis per biennium, vel triennium; Et tunc quia stante huiusmodi pacto dicta clausula, seu conditio si per biennium non soluerit, non subintelligitur,
3 sed dicitur † expressa, licet emphiteuta iurauerit soluere singulis annis, nihilominus tale iuramentum non potest operari effectum deuolutionis ante biennium, vel triennium finitum, quia alias operaretur contra intentionem iurantium, & esset cõtra naturã iura-
4 menti,quod † tantum operatur,quãtum adest de consensu, & non vltra,vt inquit Aret. cõs. 74. n.1.per c. quemadmodum de iureiurand. Aym. cons. 102. nu.7. vers. quinto respondeo
* Bart. communiter * receptus in l. si quis pro eo nu.15.de fideiuss. Et ita distinguendo tenuit Rota in vna Romana deuolutionis domorum 21. Februarij 1575. coram Cantuccio,vbi fuit allegatus Bald. in c. quærelam in fin. de iureiur. qui fuit originalis auctor su-
* pradictæ communis * opinionis. Hoc idẽ fuit resolutum in alia Romana deuolutionis 4. Februarij 1602. coram Litta; In qua contractus emphiteoticus erat celebratus cum expresso pacto, quòd esset locus deuolutioni ob non solutionem Canonis per biennium, & fuit dictum, quòd non erat locus deuolutioni per defectum in vno tantum anno, etiã si emphiteuta iurasset soluere singulis annis, & de semestre in semestre, quia hoc intelligendum erat quoad actum solutionis ad effectum commoditatis partium, non quo ad pœnam caducitatis, circa quam aliud pactum expresse, & specialiter contrahentes inierunt.

Quod vero attinet ad alium articulum dicendum est, quòd in illis casibus, in quibus incurritur caducitas ob canonem nõ solutum
5 sola † oblatio sufficiat ad euitandam caducitatis pœnam, secus quoad effectum consequendi plenariam liberationem à Canone emphiteotico. Quia tunc requiritur non solum oblatio, sed depositio, & consignatio, Cyn. Alber. Iacob. de Arena, Bald. Angel. Salic. & alij in l. 2. C. de iure emphit. vbi
* Ias.nu. 182.testatur de * communi, & ibi fatetur post eum Negusan. de pignor. part. 5. membro 3. num.3.& Socin. cons.118. in fine lib.4. Et ita distinguendo tenuit Rota in vna Rauennaten. Domus 2. Aprilis 1576. coram Cantuccio inter impressas diuers. decis. 26. part. 2.

Declara tamen, vt oblatio etiam sequuta depositione, & consignatione non operetur
6 quando † creditor illam recusat acceptare iusta de causa Claud.de Seissel. in l. si mora nu. 10. vers. prædicta tamen intellige. ff. solut. matrim. cum alijs de quibus per Rotam decis. 71. num. 12. parte 2. diuers. Sicuti pro
7 non facta habetur † quando fit ab emphiteuta post aliquod tempus incursæ caducitatis vel fit parte non citata nec in loco vbi fieri debet, item, vbi non est facta de toto debito Afflict.decis. 150. nu.11.cum alijs de quibus in decis. diuers.572. numer. 3. vers. tum etiam quia dicta oblatio, & in vers. sequen. parte 1.

Lex ciuilis, seu Princeps sæcularis, an possit prohibere, ne in contractibus iuramentum interponatur. Cap. LXII.

SVMMARIVM.

1 *Lex ciuilis potest etiam de materia spirituali disponere coadiuuando dispositionem iuris canonici dummodo illi non contradicat, & num. 18.*
2 *Solet iuramentum declarare, & interpretari.*
3 *Reges, & Principes sæculares non debent pati quod peierantes viuant.*
4 *Iuramentum de iure Canonico præstari non debet nisi ex necessitate.*
5 *Lex ciuilis circa iuramentum quam potestatem habeat, & nu.6.*
7 *Facta multa vinculum inducunt quæ antequã fierent impediri possunt.*
8 *Heres iussus à testatore aliquid iuramento promittere non tenetur iuramentum præstare, sed tantum debet obseruare, quod testator iniunxit.*
9 *Lex ciuilis disponens de iuramento quando secundum Bartolum sustineatur.*
10 *Laici de iuramento disponere non possunt.*
11 *Iuramentum operatur quod illud præstans in contractu possit ad eius implementum coram Iudice Ecclesiastico conueniri.*

12 Lex

13 *Lex Ciuilis seu constitutio Principis saecularis prohibens ne in contractibus iuretur non valet, & nu. 13. & alijs sequentibus, & praesertim nu. 17.*

14 *Iuri Canonico standum est quando materia est spiritualis, licet lex ciuilis illi contradicat.*

15 *Lex ciuilis statuens ne in contractibus iuramentum praestetur iuri canonico contradicit.*

16 *Iurandi necessitas tunc dicitur subesse, quando iuratur eo fine, vt alteri persuadeatur quod vtiliter persuadetur.*

19 *Glos. in l. adigere §. quamuis de iurepatronat. declaratur.*

20 *Lex ciuilis non potest disponere super iuramento etiam si subsit legitima, & rationabilis causa.*

21 *Laici non possunt quidquam statuere in materia matrimonij, siue annullando matrimonium iam contractum, siue impediendo contrahendum.*

22 *Text. in l. 2. C. de indict. vid. tollen. declaratur.*

23 *Statutum, siue lex ciuilis disponens de iuramento non valet, siue loquatur in rem, siue in personam.*

EST etiam egregia illa disputatio interpretum, Numquid lex ciuilis prohibens ne in contractibus iuramentum interponatur sit valida. Etenim pro opinione affirmatiua primo adducitur, quia lex † Ciuilis potest etiam de materia spirituali disponere coadiuuando dispositionem iuris Canonici capit. 1. de oper. no. nunc. Fortun. Garz. in tract. de vlt. fin. iuram. nu. 348. iunctis exemplis ab eo congestis n. 335. cum seq.
2 vbi probat leges † Ciuiles iuramentũ declarare, & interpretari consueuisse; Imò ait Bald. in l. cum quis col. 7. C. de iur. & fact. ignor. quod quando lex ciuilis disponit aliquid secundum legem diuinam dupliciter ex contrario actu peccatur, nempe ob praeceptum iuris diuini, & ob iussum à iusto Principe promulgatum: Et hoc modo defenduntur tituli de iure iurando, qui habentur vtrobique in ff. & C. & tot aliae leges Ciuiles de iuramento multipliciter disponentes. Hinc dixit tex. in c. Rex 23. quaest. 2. non debere
3 sinere Reges, vt peierantes viuant, quod vtique non dixisset, si Regibus non liceret quidquam iuris circa iuramentum sibi vendicare statuendo, cum eiusdem sit leges promulgare, & transgressores punire l. 2. §. post originem. ff. de orig. iur. Si igitur potest lex ciuilis disponere circa iuramentum conformando se iuri canonico, consequens est, vt possit prohibere praestationem iuramentorum in contractibus, quae & si iure canonico expresse non sit prohibita, videtur tamen contra eius mẽtem cum ius canonicum nolit iuramenta volun-
4 tate praestari † sed tantum necessitate c. & si Christus de iureiuran. Io. de Silu. in tract. de iureiur. in prima parte in 3. quaest. num. 5. In his autem contractibus sola voluntate, imò causa non subsistente, & indistincte, ac sine rerum, & personarum, ac circumstantiarum delectu praestari iuramenta consueuerunt. Vnde videtur Princeps saecularis prospiciens abusibus posse edere constitutionem cum iure canonico consentientem.

5 Secundo facit quia † lex ciuilis habet vim Apostolicam circa iuramentum glos. in l. adigere. §. quamuis de iure patron. cuius saepe Doct. in hac quaestione mentionem faciunt.

6 Tertio etiam facit, quia lex † ciuilis habens in se aequitatem, & rationem naturalem potest annullare, & remittere iuramentum, Anchar. in repet. c. canonum statuta de constit. vers. quid dicis in materia iuramenti, Bald. in l. 2. C. de indict. vid. tollen. & in l. non dubium. C. de legib. Ergo multo magis impedire ne praestetur.

Quarto adducitur, quia etiam si lex ciuilis non posset disponere de iuramento praestito, potest tamẽ prohibere ne praestetur, tum
7 per regulam, quę habet † multa impediri posse antequam fiant, quae facta vinculum inducunt l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. cum simil. tum per tex. in l. quae sub conditione. §. siquis sub iusiurandi. ff. de cond. instit. & in l. 2. C. de indict. viduit. tollen. quo-
8 rum priore cauetur haeredem iussum † aliquid iuramento promittere, non teneri ad iuramentum praestandum, sed tantum debere obseruare, quod testator iniunxerit; posteriore autem expresse prohibetur, ne praestetur iuramentum de viduitate seruanda.

Quinto eadem opinio comprobatur, quia licet non valeret lex ciuilis disponens de iuramento, tamen id procederet quando disponeret in rem prohibendo † actum non autem quando disponit in personam, Bar. in d. auth. Sacramenta puberum. C. si aduers. vend. & in l. si quis pro eo. de fideiuss.

Postremo, quod lex ciuilis tametsi nequeat tollere iuramentum possit tamen ab initio impedire ne iuretur, sentire expresse videntur Bald. in l. non dubium n. 17. C. de leg. Imol. in c. cum contingat nu. 37. vers. item idem de iureiuran. Gemin. in c. quamuis in 5. column. vers. sed quaeritur de pact. in 6. Ias. in authen. Sacramenta puberum nu. 82. C. si aduers. vendit. Fortun. Garz. d. tract. n. 374. Io. Lup. in repet. c. per vestras. §. vlt. nu. 20. Didac. à Segur, & alij quos refert, & sequitur Couar. in d. c. quamuis in 1. parte relect. §. 3. num. 7. & 8. Nauar. cons. 1. lib. 5. de sent. excom. Io. Gutier. de act. iudicial. iurat. capit. 12. numero 9. Molin. de iustit. & iur. tract.

2.disputat. 149. vers. quoad potestatem.

Quibus tamen non obstantibus omnino adhærendum est contrariæ sententiæ, vt scilicet lex ciuilis minime queat prohibere ne in contractibus iuramentum interponatur.

Primo quidem, nam iuramentum est res spiritualis cap. 2. de iureiur. Et ad Ecclesiam spectat c. fin. de for. compet. libro 6. c. venerabilem de elect. Ergo laica † potestas circa illud disponere non potest cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ vbi Doct. de constit. c. tuam de ordin. cognit. c. fin. de reb. Eccles. Ad Sacerdotes enim Deus voluit quæ Ecclesiæ sunt disponenda pertinere non ad sæculi potestates c. si Imperator 96. distinct. Illustris est ea de re Basilij Imperatoris confessio in fine 8. Sinodi: Non datum est (inquit) laicis decernendi quidquam de Ecclesiasticis causis, opus enim hoc est Pontificium, si quidem Ecclesiastica potestas Euangelica lege instituta est, & Petro, & cæteris Apostolis eorumque successoribus omnino commissa, & non Principibus sæcularibus: Quæ ratio in hoc proposito sæpe à Doctoribus inculcata cum generaliter militet, siue Princeps sæcularis iuramentum præstitum annullet, siue præstandum impediat, necessariò sequitur, vtroque casu prohibitum esse Principi sæculari aliquid statuere, vel præscribere, quia vtroq; casu de re spirituali disponitur.

11 Secundo, quia † iuramentum addit forum foro efficitque, vt qui illud præstiterit in contractu possit ad eius implementum coram iudice Ecclesiastico conueniri c. fin. vbi Doct. de for. compet. in 6. Vnde lex ciuilis seu

12 constitutio Principis sæcularis prohibens † ne in contractibus iuretur, tendit in diminutionem iurisdictionis Ecclesiasticæ, quam impedit iuramentum prorogari, & consequenter viribus carere censetur, vt not. in d. capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & alibi sæpe per Doctores.

13 Tertio, quia iuramentum † obligat Deo, & in Deum dirigitur c. debitores de iureiur. & d. cap. & si Christus, Et propterea ius ciuile quod est infimum nullo modo potest disponere de obligatione quam homines contrahũt cum Deo; Qua ratione vsus est Fortun. Garz. d. tract. num. 325.

14 Quarto, quia vbicunq; † lex ciuilis contradicit iuri canonico standum est sine dubio iuri canonico quando materia est spiritualis,

* Bart. communiter * receptus in l. priuilegia nu. 2. C. de Sacrosf. Eccles. Doct. in c. 1. de oper. nou. nunc. At lex ciuilis in hac parte contradicit iuri canonico, ergo in materia spirituali quale est iuramentum, standum est iuri canonico, & propterea lex seu constitutio ciui-

15 lis illi adnersa non tenet. Quod vero † lex ciuilis dum statuit non licere in contractibus præstare iuramentum sit contraria iuri canonico patet ex tex. in d. c. & si Christus de iureiur. §. quemadmodum, vbi Innocentius tertius interpretando illa verba (nolite iurare) declarat intelligenda esse, vt iurari non possit, nisi cum necessitas exigit, tunc enim licere pro re vera, licita, & honesta secure iurare. Quo loco illud verbum (necessitas) includit etiam vtilitatem, vt declarat post glos. Anton. de Butr. receptus in d. c. & si Christus §. Iacobus num. 3. Ioan. de Sel. in tract. de iureiuran. in 3. quæst. nu. 7. Dicitur enim

16 tunc iubesse † necessitas iurandi, quando præstatur eo fine, vt alteri persuadeatur, quod vtiliter persuadetur, vt declarat optimus tex. in cap. ita ergo 22. quæst. 1. vbi persuadendo cunctis, vt se retineant à iurando, nisi cum necessitas cogit, exponendo verbum (necessitas) ita subdit videlicet, Cum viderit pigros homines ad credendum, quod eis vtile est credere, nisi iuratione firmetur; Quod, & innuunt cap. 1. cum sequen. eadem causa, & quæst. Habemus ergo expressam iuris canonici dispositionem, & iuris diuini ex iure canonico interpretationem, quod ex causa necessitatis, & vtilitatis, videlicet ad confirmandam promissionem, & astruendam promissori fidem iurare liceat. Vnde sequitur prohibitionem iuramenti in contractibus præstandi à lege Ciuili factam nedum aperte aduersari iuri Canonico, immo conuellere, & subuertere interpretationem iuris diuini quæ in d. c. & si Christus, & alijs supra allegatis continetur. Et ideo minime valere,

Tandem, vt alias rationes omittam, quod
17 fas non sit † legi ciuili, siue Principi sæculari de iuramento quidquam valide disponere scribunt Aret. consil. 8. Bocr. decis. 247. numero 8. Paul. de Castr. Hostien. Anton. de Butr. Abb. Cyn. Salicet. Alexan. & alij congesti per Ias. in l. fin. numero 25. ff. qui satisd. cog. quam opinionem ipse etiam validissimis rationibus confirmat numero vigesimosexto versic. quid tenendum: Et quamuis nonnulli contradixerint, tamen ista opinio estreceptissima, vt patet ex auctoritatibus relatis per Ias. d. numero 26. vbi ex Alexand. attestatur hanc esse veram, & magis

* communem * opinionem, Socin. Iun. cons. 3. numero 24. vsque ad numerum 44. lib. 2. Vilalob. in tractatu commun. opinion. littera. I. nu. 99. Gabr. de iureiur. concl. 5. nu. 15. Bero. Crot. & alij quos sequitur Roland. consil. 31. n. 14. lib. 2. & præter eos Bertrand. cons. 30. ex casu col. 4. vers. tum & quia lib. 3. in nou. qui etiam de communi testatur: Et in terminis non valere constitutionem Principis sæcularis etiam si non annullet iuramẽtum, sed prohibeat ab initio ne iuretur, tuetur nouissime cõtra modernos Aluar. Valascus in tract. consultationum, ac rerum iudicatarum in Regno Lusitaniæ consultat. 99. vbi pro hac parte adducit

docit Alex. Cassan. Curt. Afflict. Ruin. & Vitalin. de clausul. tametsi postea veritus tribunalis secularis offensionem legem Lusitaniæ alia ratione non tamen valida defendere contendat, nempe quòd cum sit ab immemorabili tempore obseruata possit allegari Pontificia confirmatio.

Non obstant argumenta in contrarium deducta; Nam ad primum respondetur verum quidem esse, quod lex sæcularis potest coadiu-
18 uare dispositionem canonum, dummodo † illis non contradicat glos. cõmuniter * approbata in dict. c. 1. in verb. adiuuantur de oper. non. nunc. vbi Doct. At prohibitio, de qua controuertimus manifeste iuri cannnico contradicit, quamuis enim cap. & si Christus improbet iuramenta voluntaria, & necessaria tantum laudet, tamen nomine necessariorum veniunt etiam ea, quæ in his contractibus ad astruendam sibi fidem promissores interponũt, vt deductum fuit in quarto fundamento. Vnde cum ius canonicum declarauerit in huiusmodi casibus licere iurare, est illi contraria, & consequenter nulla lex ciuilis quæ prohibet ne iuretur.

Ad secundum respondetur propositionem illam glos. quod lex habeat vim Apostolicam in remittendo iuramentum esse intelligendam
19 de lege † canonica non de lege ciuili, vt declarat Ias. in d. l. fin. numero 15. ff. qui satis. cog.

20 Ad tertium respondetur legem † ciuilem non posse disponere super iuramento etiam si subsit legitima, & rationabilis causa, quia non sufficit causa rationabilis, nisi etiam adsit statuendi potestas, quæ deficit in sæcularibus quod ad materiam iuramenti spiritualem, & hæc est communis * opinio contra Bald. vt ex Ias. Alexan. & Canonistis in cap. tua de decim. testatur Fortun. Garz. d. tract. de vlt. fine iuram. num. 365. Præterea respondetur frequentiam periuriorum non esse probabilem causam arcendi contrahentes à iurando, quia malum, tunc non subest in iuramento, sed in eius inobseruantia, vt habetur in d. c. & si Christus; Et quamuis iuramentum à malo proueniat, scilicet ab incredulitate eorum, quibus promittitur, qui non aliter mouentur ad fidem habẽdam, ipsum tamen iuramentum est bonum, cap. non est, in fin. cum seq. 22. quæst. 1.

Ad quartum, quod ad rationem attinet iam demonstrauimus, quod cum & Canones, & Doctores generaliter loquantur, vt sæcularis potestas non possit disponere de iuramento, id habet locum siue præstandum impediatur, siue præstitum irritetur, quia eadem ratio subest vtroque casu scilicet, quia materia iuramenti ad ipsos non pertinet. Regula autem l. patre furioso, quàm frigide nimis pro fundamento tam improbatæ opinionis quidam recentiores adduxerunt, nõ procedit quoties subest eadem ratio tam in impediendo, ne actus sequatur, quàm in improbando iam sequutum vt per Doct. in d. l. patre furioso. Hinc videmus, quod cum materia matrimonij
21 spectet ad forum Ecclesiasticum, laici † non possunt circa illud statuere neque annullando matrimonia iam contracta, neque impediendo contrahenda secundum opinionem Doctorum tenentium non valere statutum prohibens mulieribus ne nubant extra territorium, quam tuetur de hoc attestans Curt. Sen. conf. 207. cui alias in causa grauissima re etiam ad Sanctissimum relata adhæsit Sacra Congregatio Concilij.

Patet itaque eum, qui caret potestate de re spirituali statuendi, non posse statuere quoquo modo circa eam, siue prohibendo ne fiat siue factum irritando. Quo vero ad text. in l. quæ sub conditione. §. si quis iusiurandi de cond. inst. & in l. 2. C. de indict. viduit. toll. Sat esset respoudere, quod omnes leges ciuiles de iuramento disponentes sunt nullæ, tam ex mente iuris ciuilis, quam ex mente iuris canonici Abb. & Io. And. in d. cap. tua relari per Garz. d. tract. numero 317. Tamen specialiter etiam respondetur d. §. si quis iusiurandi non prohibere ne præstetur iuramentum, sed remittere necessitatem illud præstandi, quamuis testator illud iniunxerit, & ita non tollere iuramentum, sed tantum vim dispositionis testatoris, quæ cum habeat fomitem à iure Ciuili, tolli potuit ab eodem iure ciuili, vt egregie declarat Garz. d. loco numero 375. versic.
22 placet conclusio. Ad † text. itidem in l. 2. C. de indict. vid. tol. respondetur ibi non impediri iuramentum, sed tolli necessitatem iurandi, qua obstringebatur vxor, si volebat consequi legatum defuncti: Quæ necessitas cum esset per legem ciuilem nempe per l. Iul. Miscellam inducta, vt ibidem per Bald. per eãdem legem ciuilem potuit remitti ad reg. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur.

Ad quintum respondetur distinctionem Bar. tanquam verbalem * communiter refelli, &
23 statutum disponens † de iuramento non valere, siue loquatur in rem, siue in personam, Gabr. latissimè d. conclus. 5. tit. de iureiur. nu. 15. vers. tamen. vbi innumeros auctores pro hac parte adducit.

Ad sextum licet supra ex tot grauissimis Doctoribus indistinctè loquentibus sit ostensum hanc esse cummunem opinionem, vt supra habetur in 5. fundamento; Est tamen etiam in specie considerandum, quod nonnulli Doctores, qui allegantur pro parte contraria in recitandis auctoritatibus valde sunt allucinati. Nam huius assertionis origo tribuitur Bald. in l. non dubium. C. de leg. qui perperam allegatur, ibi enim Bald. non dicit valere legem ciuilem prohibentem ne iuretur, sed tantum disputat, an egeat absolutione, qui iuramentum præstitit contra legem prohibentem

iurari, vt videre est ibi nu. 37. Supponit autem Bald. legẽ fuisse validam, & disponere potuisse, quia quãdo de aliquo quæritur, quoad alia præsupponũtur termini habiles per iura vulg. Vnde eius verba, vel sunt intelligenda de lege canonica, vel de lege ciuili in illis casibus, in quibus disponendo super iuramento consentanea est dispositioni iuris canonici, quo casu tenet, vt supra est deductum. Et ita aperte constat verba Baldi qui male allegatus causam errori præbuit, nihil prorsus pertinere ad quæstionem nostram, qua illud quæritur, an valeat lex ciuilis prohibens ne iuretur, non autem an sit necessaria absolutio, quando lex vàlide prohibuit, ne iuraretur, qui sunt termini, in quibus loquitur Bald. Itaque Imol. corrupte Baldum allegat dum in c. cum contingat de iureiur. num. 39. versic. item dicit, refert Bald. dicere quod lex disponens circa iuramentum prohibendo præstari valet; quia, vt dictum est Bald. de validitate non quærit, sed eam præsupponit. Et quamuis Imol. non recte alleget Bald. non tamen eam doctrinam ità relatam sequitur. Nam a nu. 38. vsque ad nùm. 46. prolixe retulit varios Doctores varie de materia iuramenti loquentes, vbi autem ipse suum interponit iudicium num. 46. vers. & ex prædictis, solum dissoluit quæstionem, an statutum posit exneruare vires iuramenti, in qua sentit contra communem opinionem, sed non disputat, an statutum vetare posit, ne iuramentum præstetur: Et licet ante illum vers. ad confirmationem eius opinionis, quod statutum posit prohibere ne quis iuramentum recipiat sine certa solennitate, adducat inter alias rationes eam, quod ius Ciuile, quandoq; prohibet iuramentum præstari: tamen cum id perfunctorie ad confirmationẽ alterius quæstionis attigerit oon potest tanquam Imolæ opinio allegari ad decisionem causarum Soccin. Iun. cons. 1. nu. 134. lib. 1. Tob. Non. cons. 12. nu. 17. & cons. 48. nu. 27. Et quamuis referat nu. 39. doctrinam Bald. non dicitur tamen eam fateri, vel approbare c. ad hæc de rescript. Cephal. cons. 278. num. 8. Verum est itaque quod nec Bald. nec Imol. prò opinione fauente Principi laico allegari possunt. Et tamen Gemin. in d. c. quamuis refert Imol. pro hac opinione, eique adhæret, Geminianum refert, & sequitur Ias. in d. authen. Sacramentà puberum, eorumque auctoritate moti sunt omnes cæteri, qui nouissime hanc opinionem defenderunt, sed cum pateat sequutos esse antiquos, tribuentes ipsis id, quod nunquam scripserunt, aut tenuerunt, nihili facienda est auctoritas eorum falso innixa fundamento. Nauar. autem d. cons. 1. nu. 4. rem non examinat, & sine lege, & auctoritate loquitur; Alij vero huius opinionis assertores postremi prçterquã quod non sunt magnæ auctoritatis, valde sunt assentationis nomine suspecti, cũ essent subiecti potestati Principis sæcularis, de cuius legis validitate differebant. Et hoc pacto liquet nullam nobis veram, & solidam aduersus communem antiquiorum, & grauium Doctorum sententiam contra nos afferri.

Vassallus, qui recepit fœudum ad censum seu pensionem annuam, si cessauerit per triennium in solutione an perdat ipsum fœudum. Cap. LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Fœudum ob inobseruantiam pactorum potest reuocari sicut ipsa donatio.*
2 *Vassallus qui pro fœudo tenetur ad certam annuam pensionem, seu censum si cessauerit per triennium in solutione cadit à iure suo, etiam absque interpellatione.*
3 *Declara nisi ab Ecclesia fœudum recognoscatur.*
4 *Item declara quando fœudum principaliter datur ob vtilitatem percipiendam, secus si principaliter innitatur gratiæ, seu præeminentiæ, & subiectioni, & nu. 7.*
5 *Fœudum proprie non dicitur quando cõcessio fit pro annua quantitate, sed potius emphyteusis, vel contractus innominatus, & transit etiam ad fœminas, & nu. 6.*
8 *Nõ amittitur ob non solutionem quando fœudatarius ad seruitia tãtum personalia tenetur nisi adsit interpellatio, & nu. 9.*
10 *Fœudum ob non solutionem non amittitur quando seruitium personale est dignius, & principalius reali præstatione, secus si pensio quæ soluitur præualet seruitio personali, & nu. 11.*
12 *Vassallus licet receperit fœudum ad annuam pensionem modicam non principaliter ob præstationem ipsam, tamen ob non solutionem cadit quando iurauit soluere, tametsi in vno solo anno cesset.*
13 *Declara, nisi in concessione adesset pactum expressum, quod sit locus deuolutioni ob non solutionem per triennium, quia tunc iuramentum non potest operari effectum deuolutionis ante triennium finitum.*
14 *Iuramentum tantum operatur quantum adest de consensu; & non aliàs.*

DVBITATVM apud interpretes nostro scio. An Vassallus qui pro fœudo tenetur ad certam annuã pensionem, seu censum si cessauerit per triennium in solutione perdat ipsum fœudum? Quod enim cadat à iure suo ad instar emphyteutæ tenet Innocen. in cap. ad Apostolicæ de re iud. lib. 6. per illum text. in vers. posset etiam, vbi Papa pri-

priuauit Fędericum Imperatorem Regno Siciliæ quia cessauerat per nouem annos pẽsionem soluere; Idem voluit Bald. in c. quæ in Ecclesiarum col.5.de constit. dicens hoc esse singulare dictũ Innocẽtij in d.c.ad Apostolicæ. Et facit tex.optimus in c.1.§. sed nec est alia iustior quæ fuer. prim. caus. de benef. amit. Hoc etiã voluit Bal. in c.fin.col.pen.de re iudic.Et quãuis dicat ibi hoc nõ esse expressum in vsibus fęudorum,tamẽ contrarium ipse dixerat in d.c. quæ in Ecclesiarum per tex. in d. §.sed nec est alia. Hanc etiam opinionem indistinctè tenet Curt.de fęud.in 4.par. vers. 39. post Ias.in prælud.fęud.col.16.eũ seq.vers. suprascriptis licet de eo mentionem non faciat. Primo per tex.in d.§. sed nec est alia, qui generaliter, & indistinctè loquitur. Secundo per rationem à simili quod habet fęudum cũ donatione quoad reuocationẽ,vt in d.c.1,§.prædictis modis quæ fuer. prim. caus. ben. amit.

1 Nẽpe quod sicut † ob inobseruantiã pactorũ potest reuocari donatio l.fin.C.de reuoc. donat.ita,& fęudũ.Tertio quia in materia fęudali,deficiẽte lege particulari debemus iudicare per alia iura communia c.1.de fæud.cogn.Sed quando esset,quod de iure fæudorũ, casus hic nõ reperitur decisus, prout iã reperiretur per d.§.sed nec est alia.habemus iura cõmunia de emphiteuta loquentia,per quæ casus iste modo quo supra decidi debet.Nec secundũ hanc

2 opinionem requiritur † aliqua interpellatio, cum simus in casu,in quo est taxatum certum tempus solutionis , videlicet singulo anno , & dies interpellat pro homine l. magnã. C.de cont.stipul.Et quia fit ęquiparatio de emphiteuta,in quo interpellatio non requiritur. Et pro hac opinione vide etiam Alex.cõs.44.col. 1. lib.3.& cons.11.col.2.lib.5.

Cõtrariam sententiã quod immò Vassallus qui pro fęudo tenetur ad certam annuam pẽsionem non cadat ab canonem per triennium

3 non solutum,præsertim † quãdo sumus in Ecclesia,à qua fęudũ ipsum recognoscitur tenet Speculat. in tit. de locat.§. nunc aliqua vers. 85.quem refert,& sequitur Io.Fab.in l.2.C.de iur. emphit. idem tenet Imol. in c.2.col.10 de fęud.vbi subdit,quod etiam si per mille annos cessaret non cadit; Ad idem Franc. in d.c. ad Apostolicæ §.sed licet n.6.& ibid.Gemin.Roman.in l.1.§.1.ff.de pub.Aluar.in d §. sed nec est aliqua vers. quæro quid si ex fęudo Alex. cons.19.col.2. lib.5. vers. quod autem vbi di-

* cit,quod ista est * communis conclusio, & Aluar. vbi supra refert se ita in facti contingentia consuluisse cũ Paul.de Castr. Et iuxta hãc opinionẽ negatiuã consuluit etiã Collegium Mediolanense cuius Consilij auctor fuit Io. de Castel. secundum Lauden.in c.1.in princip.3. col. qui fęud.dar.poss.qui dicit,quod hæc opinio sibi videtur de iure verior, & communiorem appellat Ias. in prælud. fęud. col.15. Vbi refert auctoritates, & iura facientia pro hac parte,& respondet contrarijs.

Tertia fuit opinio Lauden.in d.c.1.in princ. 4.col.de his qui fœud.dare poss.distinguentis,

4 quod Aut † contrahẽtes principaliter habuerunt respectũ ad præstationem realẽ,& cõmodũ bursale nẽpe, quia census sit adeo magnus respectu rei datæ in fœudũ,quod presumendũ sit Dominum dedisse principaliter ob vtilitatẽ percipiendam iuxta exemplum Ias. vbi supra col.19.Et tunc si cessetur per trienniũ in solutione poterit Vassallus si Domino placuerit priuari fęudo;Pro quo facit dictũ Bald. in l.libertus col.vlt.vers.itẽ nota quod si instrumẽ-

5 tũ.C.de oper.libert.Vbi si in Instrumẽto † res detur in fęudũ pro annua quantitate hoc non erit proprie fęudũ,sed potius emphyteusis,vel cõtractus innominatus l.naturalis.§.at cum do.ff.de præscript.verb.& not.Cyn.in auth.ingressi quęst.pen.C.de Sacrosf.Eccles.facit idem Bald.in c.si cautio de fid.instrum.Vbi decidit, quod si Papa cõcessit alicui Castrum in fęudũ pro certa pręstatione annua,est magis locatio quàm fæudũ,& propterea secundũ eũ tali fęudo renunciari non potest. arg.l. Aristo,& ibi Bart.ff.de donat.Itẽ facit Bald.in c. fin. col.1. de caus.possess.& propriet.Vbi post Innocen.dicit quod fęudũ nõ probatur licet pro concessione quid annũ soluatur,nã iste est census,nõ

6 fidelitas , & transit ad hæredes etiam † fœminas ,c. significaui de rescript. & ita dicit Bald. se consuluisse in quæstione facti,& Bald. refert Ias. in prælud. fęud. col. 4.

Aut secundum Lauden. fęudũ principaliter innititur gratię,puta facta est concessio vt soluatur ensis,vel equus,aut libra piperis, & tũc quia solutio harum rerum non respicit principaliter commodũ pecuniarium Principis sed quamdam præheminentiam , & subiectionem

7 c. 1.de fęud.dat.in vic. cessatio † solutionis nõ priuat Vassallum ipso fęudo. Hanc opinionẽ Lauden. videtur tenere etiam Aluar. in d. §. sed nec est alia vers.quæro quid si ex fęudo,dũ respondet ad illum tex. Et cum ea pertransit etiam Iacob. de S.Georgio in verbo cum pacto quod dicti Vassalli col.2.licet Ias. vbi supra contra eam aliqua consideret. Et hæc sententia, vt magis æqua placet etiam Ant. de Alex.in constit.Regni incip. si Vassallus.

Sed quidquid sit mihi placet distinctio Ias. vbi supra in prælud.fęud.col.20.Quod aut sumus in fęudo simpliciter gratis dato in quo

8 fęudatarius † ad seruitia tantum personalia tenetur, & tunc procedit secũda opinio quod quamuis per mille annos cessatũ fuerit in solutione non perdatur fęudum per c. licet si de fęud.fuer.controuers. & alia iura adducta per Ias. requirentia interpellationẽ, quia quando

9 adest † interpellatio tunc bene amittitur fęudũ,& ita procedit tex.in d.§. sed nec est alia, & facit etiã c.Imperialem §. firmiter in verb. vocatus de prohib.alien.per Fæder.

Aut sumus in fęudo,in quo vltra seruitia personalia expresse conuentũ est, vt præstetur etiam aliquid reale consistens in pecunia fru-

frumento, vel animalibus iuxta d.§.firmiter
& c.1. §. similiter de cap. Corrad. Et tunc si
10 seruitium † personale est dignius,& principa-
lius reali præstatione puta si pensio consistat
in re modica, vt in ense Aceipitre,&c. Et hoc
su idem dicendum est,quod de proprio feudo
in primo membro dictum fuit,vt queamdmo-
dum in seruitio personali, si Vassallus cessa-
ret per mille annos in solutione non caderet
ita in isto cum sequi debeat naturam eius,
quod est dignius,& principalius;Secus si pen-
11 sio quæ † soluitur præualet seruitio personali
nempe quia præstetur magna quantitas pe-
cuniæ, quia tunc fæudatarius cessans soluere
cadit ad instar emphiteutæ,cum istud non di-
catur proprie fœudum per rationes, & aucto-
ritates adductas per Ias. in loco præallegato.

In dubio verò quando non apparet, quod
sit dignius, & principalius, an scilicet serui-
tium personale, vel pensio realis dic secundũ
eum, quod si in concessione dicitur quod sit
in fœudum,erit contractus fœudi, secus si non
dicatur in fœudum, quia erit contractus in-
nominatus, & regulabitur secundum naturã
illius contractus,cui magis assimilabitur iux-
ta l.naturalis.§ pen ff de præscript.verb.

Vnum tamen non omitto, quod Iacob. de
S. Georg. in d. ver. Et cum pacto quod dicti
Vassalli.dum tenet, quod Vassallus recipiens
fœudum ad annuam pensionem modicam non
principaliter ob præstationem ipsam non ca-
12 dit iuxta opinionem Lauden. limitat † nisi
Vassallus iurasset soluere censum nam tunc se-
cundum eum etiam si in vno solo anno cessa-
uerit poterit contra ipsum agi ad pænam l. si
quis maior.C.de transact. vt.s.priuetur com-
modo contractus allegat Bald.in c. quærelam
in glos.1.de iureiur. Vbi dicit, quod licet in
casu illius decretalis sit expectandum bienniũ
tamen si ibi fuisset interpositum iuramentum
sufficeret cessatio per vnum annum solum:
Adducit etiam Alex. in cons.126. qui loqui-
tur in emphiteuta lib.1. Addo ego Gozzadin.
qui de communi attestatur cons.57.n.19.Cur.
Iun.cons.105.n.14.lib.3.
13 Sed aduerte,quod istud nõ procederet † vbi
in Concessione adesset pactũ expressum quod
esset locus deuolutioni ob non solutionem cẽ-
sus per triennium, quia stante huiusmodi pa-
cto iuramentũ non potest operari effectũ de-
uolutionis ante trienniũ finitũ,quia alias ope-
raretur contra intentionem iurantium, & es-
set contra naturam ipsius iuramenti,quod tã-
14 tum † operatur, quantum adest de consensu,
& non alias, vt inquit Arct.cons.74.nu.1.per
c.quemadmodũ de iureiur. Aym.cons.102.n.
7.vers.quinto respõdeo Bart.cõmuniter rece-
ptus in l.si quis pro eo n.15.ff.de fideiussor.&
ita limitando Bald. in d. c. quærelam tenuit
Rota in vna Romana deuolutionis domorum
21.Februarij 1575. coram bo.me.Cantuccio,
& deinde in alia Romana deuolutionis 4. Fe-
bruarij 1602.coram Litta.

Mortuo fæudatario sine filijs, & agnatis, an fructus fœudi pendentes ad eius hæredes pertineant. Cap. LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Fructus fœudi Ciuiles pendentes mortuo fæuda-
tario sine filijs, & agnatis spectant ad bære-
des Vassalli, si tempore eius mortis aduenerit
dies eorum solutionis, si autem nondum ve-
nit dictum tempus, pertinent ad Dominum.*
2 *Fructus fæudi naturales, & industriales pen-
dentes tempore mortis Vassalli sine filijs, &
agnatis, quando ad Dominum pertineant, &
quando non.*

PERSÆPE in dubiũ
reuocatur, An mor-
tuo fæudatario sine
filijs, & agnatis, fru-
ctus fœudi pendentes
ad illius hæredes per-
tineant? In qua quæ-
stione dicendum est
quod fructus quidem
1 ciuiles, † puta pensiones Domorum,& reddi-
tus spectent ad hæredes Vassalli si tempore
eius mortis aduenerit dies eorum solutionis,
secus si nõdum venit tempus solutionis,quod
de iure est in fine anni l. 3. C.locat. quia tunc
isti fructus ciuiles pertinent ad Dominum, vt
late per Andr. de Isern. in consuetud. feud. in
tit. hic finitur lex Feder.§. his consequenter.
In alijs autem fructibus est distinguendum
2 secundum † eum. Quia aut sumus in loco
in quo est in vsu d.§.his consequenter, & ser-
uabitur distinctio de qua ibi, Nempe quod si
Vassallus decedat ante Martium omnes fru-
ctus ad Dominum pertineant, aut post Calẽ-
das Martij vsque ad Augustum,& spectant ad
hæredes Vassalli,sed si post Augustum moria-
tur omnes fructus sunt Domini. Et hoc vl-
timum secundum Andr. ibid. habet locum in
fructibus, qui incipiunt pendere post Augu-
stum,non in his, qui eo tempore pendebant,
vt est vindemia, & oleum,quia isti sunt hære-
dis Vassalli. Aut sumus in loco in quo d.§.
non est in consuetudine: Et est tunc subdi-
stinguendum. Nam aut sunt fructus natura-
les, & seruabitur idẽ ius in fœudatario, quod
in vsufructuario,scilicet si sunt separati à solo
tempore mortis,vel non. Aut sunt industria-
les, & seruabitur distinctio l.diuortio. C. de
iur. dot. Ita fuit decisum Neapoli in Regio
Consilio tempore Regis Federici: Nam cum
esset mortuus Franciscus Brancaccius sine fi-
lijs legitimis, & naturalibus, & Rex præten-
deret quod fœuda Loriani, & Tretulæ vna
cum meliorationibus factis essent deuoluta,
& Franciscus mortuus esset de mense Iunij,
ex decreto Sacri Consilij fuit seruata distin-

ctio

ctio d. §. his consequenter; Et Rex ipse relaxari fecit fructus suo hæredi; & de anno 1563. 4. Septembris in Camera facta relatione in collaterali consilio accedente voto D. Io. Andreæ de Curtis, idem fuit decisum in causa Marchionissæ Padulæ, & fuit dictum, quòd d. §. his consequenter erat in viridi obseruantia Neapoli, Actuarius fuit Io. Bernardinus de Penna.

Primogenitus, quando cum alijs fratribus fœudum conferre teneatur, paucis explicatum. Cap. LXV.

SVMMARIVM.

1 *Pater emendo fœudum pro se, & filijs ita quòd primogenitus succedat, videtur ordine successiuo quærere, & conditionaliter, si primogenitus, & filij superuixerint Patri.*

2 *Primogenitus mortuo Patre eo superstite tenetur fœudum cum alijs fratribus conferre, & num. 4.*

3 *Collatio inter fratres, vbi acquisitio bonorum post mortem habuit originem in vita Patris, ex contractu conditionali locum habet, perinde, ac si acquisitio vere facta fuisset in vita Patris.*

5 *Si pater recepit emphiteusim pro se, & filijs suis post mortem suam, videtur facta tacita donatio à patre filijs, & sic veniunt potius ex donatione, quàm successione.*

ILLVD etiam in materia fęudali notandum est, quòd tradit Andr. de Isern. in c. Imperialem §. pręterea Ducatus, col. 3. de prohibit. alien. per Fæder.
1 quòd pater † emendo fęudum pro
se, & filijs ita quòd primogenitus succedat,
videtur ordine successiuo quærere, & conditionaliter, si primogenitus, & filij superuixerint patri, & idem dicit Andr. in c. 1. §. & si libellus col. 3. in princip. de alien. fœud. pat. inquiens ita se habere communem interpretationem. Ratio est, nam dator intelligit id quod lex, & consuetudo, scilicet, vt primogenitus succedat, ergo sequitur, quòd mortuo patre superstite primogenito, dicatur extitisse
2 se conditio; Quo casu primogenitus † tenetur fęudum cum alijs fratribus conferre, attẽto quòd ista acquisitio facta post mortem videtur habuisse originem à contractu inito cũ patre viuente: Et hoc est quod voluit dicere Andr. in d. §. præterea ducatus, col. 3. dum inquit, quòd licet filius primogenitus, pro quo pater videtur emisse, potuerit præmori patri
quod tamen cum non euenerit, perinde habetur, ac si tempore certum fuisset, quòd pro ipso primogenito fœudum acquirebatur, & per consequens succedit regula, quòd quã-
3 do † acquisitio post mortem habuit ortum in
vita patris ex aliquo contractu conditionali habebit locum collatio perinde, ac si acquisitio vere fuisset facta in vita patris vt probatur in l. 2. §. illud quoque, & §. si sub conditione. ff. de collat. bon. Doct. in l. ea demum. C. de collat.

Quinimo in casu isto videtur posse probabiliter dici, quod prædicta acquisitio dicatur esse facta potius in vita quam in morte, & ita in proprijs terminis consuluit Fulgos. cons. 228. Antonius de murando col. 2. vbi dicit parum referre an ipsi filio fęudum immediatè quæratur in vita patris ex pecunijs paternis. an vero patri quidẽ primo quæratur ita quod post mortem patris solus filius habeat: Nam ex concessione, & conuentione cum ipso patre viuente habitis videntur omnia processisse, subdens, quod fœudum ad filios fidelis potius ex pacto, & contractu seu concessione Domini, quam successione patris dicitur pertinere, allegat not. in c. 1. §. cum vero Corradus qui fœud. dar. poss. Et idem sentit Andr. vbi supra dum dicit quod sicut si pater expresse do-
4 nasset † vni filio fœudum ipse deberet confer-
re ita, & si tacite, vt quia lex vel consuetudo dicat primogenitũ debere præferri. quia actus viuentium, & contrahentium intelliguntur secundũ ea, quæ lex intelligit. Et sic Pater emẽdo fęudum intendebat quod primogenitus succederet, & istud etiam est de mente Salicet. in l. omnino §. illud de inoffic. testam. dum dixit, quod fęudum quæritur filijs post mortem patris ex contractu ipsius patris, & eius contemplatione. Et istud clarius voluit Bald. in authen. si quas ruinas col. 4. & 7. C. de Sacros.
5 Eccles. dum dicit quod si pater † recepit em-
phiteusim pro se, & filijs suis post mortem suam, quod videtur facta tacita donatio à patre filijs adeo quod veniunt potius ex donatione, quam successione, &, vt hæredes, & per Alex. in l. si patroni col. 4. ad trebellian.

Fideicommissum extare ex proposita facti specie demonstratur. Cap. LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Testator si in euentum in quem vllo tempore nulli descendentes ex ipso, vel eius filijs extarent substituit dictis descendentibus, aliam personam videtur quoque descendentes inuicem substituisse.*

2 *Substitutio reciproca tacita non inducitur nisi tria requisita concurrant, videlicet, quod ij. inter quos prætenditur facta substitutio sint honorati, quod substitutio sit facta vltimo morienti,*

uenti, & quod in tota hereditate.

3 *Positi in conditione regulariter non censentur vocati secundum opinionem quam seruat. Rota*

4 *Non censentur vocati quãuis sint grauati quãdo hec sola coniectura concurrit ex sententia eiusdem Rote.*

5 *Vocati censentur quando sunt grauati, si adest aliqua alia coniectura quamuis leuis.*

6 *Coniecturæ ex quibus positi in cõditione censcantur vocati aliquot enumerantur, & n. 7. & 8:*

9 *Positi in conditione ita demũ per grauamen illis iniunctum censentur vocati quando nominatim sunt grauati.*

10 *Substitutio dicitur facta ab vltimo moriente, quando substituti non vocantur nisi post mortem omnium descendentium.*

11 *Dicitur facta ab vltimo moriente, quamuis aliqua persona non sit expressa, quando sumus in descendentibus, quos testator præsumitur voluisse præferri substitutis.*

12 *Verba, eo casu, denotant temporis extremitatem.*

13 *Substitutio, quando dicatur facta in tota hereditate.*

14 *Dictio, ex, denotat causam immediatam.*

15 *Nõ impedit quominus veniant etiam remotiores.*

TESTATOR sibi heredes vniuersales instituit Ioannem Ludouicum, & Franciscum eius filios legitimos & naturales, & quoscunq; alios eius filios legitimos & naturales nascituros æqualiter: Et si aliquis eorum decederet in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis tunc, & eo casu substituit sic decedenti pupillariter, vulgariter, & per fideicommissum alios filios ipsius testatoris superuiuentes, vel præmortuorum filios masculos legitimos, & naturales in stirpes, & non in capita; Et si eo casu aliquæ filiæ fæminæ legitimæ, & naturales, & ex legitimo matrimonio natæ remanerent, & in bonis paternis non essent tot bona, quæ sufficerent ad eas dotandũ voluit d. Testator suppleri debere de bonis eius hæreditatis, Et si contingerit vllo tempore nullos descendẽtes masculos legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio natos extare ex ipso Testatore, & ex supradictis eius filijs natis, & nascituris, eo casu voluit hæreditatem suam peruenire pro vna dimidia parte ad monasterium Sancti Gregorij, & pro alia dimidia ad Hospitale mendicantiũ, & sic dicta loca pia pro partibus antedictis substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum dictis suis descendentibus.

Mortuo testatore eius filij hæredes instituti hæreditatem adiuerunt; Deinde decesserũt superstitibus Vincentio filio Ludouici, & Antonio & Bartolomeo filijs Francisci. Postea decesserũt dicti Antonius, & Bartolomæus filij Francisci sine filijs masculis. Vincentius vero filius Ludouici decessit superstitibus Hieronymo, Iulio, & Tideo filijs masculis legitimis, & naturalibus. Postremo decesserunt Hieronimus nullis susceptis filijs, & Tideus superstitibus Lactantio, & Annibale eius filijs, & tandem decessit Iulius nullis susceptis filijs masculis sed superstite Maria eius filia fęmina, & hærede ex testamento.

Modo Lactantius, & Annibal filij Tidei, & abnepotes, & descendentes masculi dicti testatoris, agunt ad tertiam partem dictæ hæreditatis, & bonorum quæ ad manus Iulij vltimo prædefuncti eorũ patrui peruenerunt, & quæ hodie Maria ipsius Iulij filia, & hęres detinet: siquidem dicti actores prætẽdunt, quod per mortem Iulij eorum patrui sine filijs masculis defuncti fuerit factus locus fideicommisso ad eorum fauorem vti nepotum, & descendentium ex dicto testatore, quod quidem fideicommissum prætendunt esse inductum ad fauorem omnium descendentium vigore illius clausulæ, si autem contingerit vllo vnquam tempore.

Verum quia dicta Maria filia fęmina prætendit, quod fideicommissum in dicto testamento inductum porrigatur solum ad descẽdentes ex testatore, & filijs testatoris tantum & sic vsque ad nepotes testatoris, & in dictis nepotibus fideicommissum expirauerit, nec ad vlteriores gradus extẽdatur, vel saltem quod nullum adsit fideicommissum reciprocum inter descendentes. Ideo dubitatur, An ex dicto testamento dicatur inductum fideicommissum ad fauorem dictorum Laurentij, & Annibalis filiorum Tidei.

Et dicendum est introductum esse fideicõ-
1 missum: Nam cum testator † in euentum in
quem vllo tempore nulli descendentes ex ipso, vel ex eius filijs extarent, substituerit dictis descendentibus loca pia ab eo nominata, satis videtur ipsos quoque descendentes inuicem substituisse iuxta terminos l. Titia Seio §. Seia libertis de leg. 2.

Concurrunt etiam tria requisita, quæ ad
2 inducendam † tacitam reciprocam substitu-
* tionem sunt necessaria ex cõmuni * sententia
de qua testantur plures relati per Aym. cons. 161. per Zanch. in §. cum ita 6. par. nu. 86. per Ant. Gabr. de subst. concl. 4. per Mantic. lib. 7. tit. 5. n. 15. de coniect. vlt. vol. videlicet quod ij inter quos prætenditur facta substitutio sint honorati, Quod substitutio sit facta vltimo morienti; Et quod in tota hæreditate.

Nam primo dicti descendentes fuerunt vocati si non expresse saltem tacite dum fuerunt positi in conditione, & successiue grauati re-
3 stituere locis pijs: Quamuis enim † positi in
cõditione regulariter nõ censeãtur vocati secundum opinionem quam seruat Rota, vt per Verall. decis. 100. vers. & hæc opinio fuit alias

Cano-

Canonizata,&c.lib. 2. in manuſcript.ac etiam
4 ſola coniectura † quod ſint grauati non ſuffi-
ciat ex ſententia eiuſdem Rotæ apud Put. de-
ciſ.215.Nicolaus,&c.lib. 3.quam etiam magis
* communem * dicit Mantic. lib.11.de coniect.
tit. 3. col 3. tamen ſi concurrat aliqua alia
5 coniectura quamtumuis † leuis facit, vt poſiti
in conditione, & grauati cenſeantur omnino
vocati, vt concedit Rota apud eumdē Put. d.
deciſ. 215. & tradit Pariſ. poſt Corn. & alios
conſ.41.n.67.lib.2.

Hic autem concurrunt nonnullæ aliæ con-
6 iecturæ nempe † quia dicti deſcendentes ſunt
poſiti in conditione ſub qualitate maſculini-
tatis,quo caſu facilius admittitur poſitos in
conditione eſſe vocatos etiamſi adſit ſtatutū
excluſiuum fęminarum ſi tamen fęminis ali-
quid relictum ſit, vel iuſſæ ſint dotari, vt in
caſu noſtro,& in terminis probat Socin. Iun.
conſ.110.n.23.& 24.lib.3.& Mantic.d.lib.11.
tit.3.num.5.& 6.

7 Itē ſunt poſiti in conditione ſub † alia qua-
litate, quod ſint nati ex legitimo matrimo-
nio,quo caſu ſi præſeruaretur eis tantum ius
ſucceſſionis ab inteſtato,prout voluit gloſ. in
l. Lucius la 2. de hæred. inſtit.concurrerent
cum eis legitimati,quod eſſet contra mentem
teſtatoris, vt poſt Bart.tradit Alex.in l. ex fa-
cto n. 20. de vulg.& pupill. & late confirmat
Roman.conſ. 194.n.10.vſq; ad fin.Fulgoſ. qui
tollit obiecta conſ.65.n. 1.& ſeq.Dec. qui de
* communi * atteſtatur conſ.307.nu.12. in fine,
& n.13. Socin.Iun.qui dicit quod huic conie-
cturæ nihil opponi poteſt d. conſ. 110. nu.25.
& late comprobat Mantic. dicto lib.11. tit.
3. nu.7.

8 Præterea ſi in iſto caſu † maſculi non eſſent
vocati,fœminæ ſuccederent ſimul cum maſcu-
lis,quæ ab inteſtato pariter cum maſculis ſuc-
cedunt l. maximum vitium de lib.præter.imò
quod plus eſt ſi vnus ex deſcendentibus obijſ-
ſet cum fœminis,prout euenit in caſu noſtro ſi
maſculi poſiti in conditione non eſſent vocati
non ſuccederent ſed excluderentur à fęminis,
quod eſſet abſurdum,& contra intentionem
teſtatoris, quo caſu poſiti in conditione cen-
ſentur vocati Corn. conſ.74. nu.4. & 6. lib. 2.
Mantic.vbi ſupra n.16.

Ideo concurrentibus iſtis coniecturis cum
eo,quod poſiti in conditione ſunt grauati re-
ſultat concluſio quod etiam ſunt vocati, quia
hic concurrunt coniecturæ,de quibus per Put.
9 vbi ſupra, Et ſic nihil facit, quod † poſiti in
conditione ita demum per grauamen illis
iniunctum cenſeantur vocati ſi nominatim
ſint grauati,vt per eumdem Mantic.d.lib.11.
tit.3.col.5. verſ.hæc autem ſententia; Quia
vltra quod ſatis videtur grauamen nomina-
tim iniunctum ex quo teſtator nominatim di-
ctis deſcendentibus ſubſtituit dicta loca pia
ibi, & ſic dicta loca pia ſubſtituit dictis deſcē-
dentibus,&c.dico hanc circumſtantiam non
eſſe neceſſariam quando,vt in caſu noſtro ad-
ſunt aliæ coniecturæ,vt bene per Clar.in §.te-
ſtamentum quæſt.78.in fine.

Adeſt etiam aliud requiſitum quod ſubſti-
tutio ſit facta vltimo morienti,Nam ſubſtitu-
10 ti † non vocantur niſi poſt mortem omnium
deſcedentium,quo caſu ſubſtitutio dicitur fa-
cta ab vltimo moriente Bart. in l. quidam te-
ſtamento vbi etiam Aret.col.3. ff.de vulg. So-
cin. in l. hæredes mei.§.cum ita nu.8. & conſ.
249.nu.10.lib.2.Cephal.qui plures citat conſ.
166.n.23. lib.2.

Nec refert quod nominatim non ſit expreſ-
ſum quod fieret vltimo decedenti,Nam omiſ-
ſo quod Socin.Iun.in prælleg.conſ.110.num.
40. defendit ſufficere, quod abſolute facta ſit
poſt mortem omnium in tota hæreditate,dico
11 etiam, quod cum ſimus † in deſcendentibus
quos teſtator præſumitur voluiſſe præferri
ſubſtitutis non eſt neceſſaria expreſſio vltimi
morientis, vt ex ſententia Socin. ita diſtin-
guentis in §. cum ita nu.8.tradit Mantic.de
coniect.lib.7. tit.5.nu.14.verſ tertius caſus,&
Ant.Gabr.de ſubſtit.concluſ.1. n.20.& in ter-
minis quando pia cauſa eſt ſubſtituta Bero.
conſ.105.n.5.verſ.tertius caſus lib.2.

Et quod hæc ſubſtitutio ſit facta vltimo
morienti probatur etiam ex illis verbis, eo
12 caſu, &c. quæ denotant † temporis extremi-
tatem l.4.§.1.ff.de condit.& demonſtr. & ſic
requiritur extremus dies, & eſt neceſſarium,
vt omnes deſcendentes moriantur,vt ſit locus
ſubſtitutioni ſicuti in his terminis ponderat
Cephal. d.conſ.166.nu.21. Et cum hoc caſu
pluralitas non poſſit reſolui in ſuas ſingulari-
tates, quia ſubſtituti non debent admitti niſi
quando iam nulli extabunt deſcendentes,ceſ-
ſat difficultas quæ facit,vt cæteri non cenſeā-
tur vocati in locum ſingulorum deſcenden-
tium prout decedent.

Concurrit præterea tertium requiſitum
13 quod † ſubſtitutio facta ſit in tota hæredita-
te nam nullis extantibus deſcendentibus te-
ſtator mandauit hæreditatem ſuam ac bona
& iura hæreditatis ſuæ peruenire pro dimi-
dia parte ad Monaſterium Sancti Gregorij, &
pro alia dimidia ad Hoſpitale Mendicātium;
Quando enim teſtator facit mentionem ſuæ
hæreditatis quia pars ſolius vltimi deceden-
tis non poteſt dici hæreditas,ſed pars hæredi-
tatis, ſatis videtur ſubſtitutio facta in tota
hæreditate, vt poſt Socin. Iun. in d.l.hæredes
mei §.cum ita nu.18.verſ.putarem tamen, &
in citato conſ.110.n.31.& ſequen.lib.3.tradit
Mantic.d.lib.7.tit.5.nu.12.verſ.fatendum ta-
men eſt; Quod adhuc magis, & citra omnem
dubitationem dicendum eſt ex quo idem te-
ſtator diſtribuit dictā hæreditatē in duas par-
tes,ac in ſingulis ſubſtituit diuerſas perſonas,
Namque ita non tam tacite, quàm expreſſe
videtur in tota hæreditate ſubſtituiſſe,vt pro-
bat idem Socin. Iun.d.conſ.110.n.34.lib.3.

Non obſtat, quod hæc ſubſtitutio videatur
reſtricta ad filios,& nepotes teſtatoris dum

ex-

expresse concipitur de descendentibus ex ipso testatore, & ex eius filijs propter naturã di-
14 ctionis, ex, quæ † denotat causam immediatam, vt in his terminis probat Alex. cons. 56. nu. 3. lib. 5. & Cephal. cons. 330. n. 40. lib. 3. Et sic isti actores non videntur vocati, cũ sint abnepotes; Nam respondeo verius esse quod veniunt omnes, qui ex proprietate verbi descendentium venirent atque ita in infinitum,
15 quia † dictio, ex, non impedit, quin veniant etiam remotiores Bart. in l. liberorum nu. 18. de verb. signif. cum alijs de quibus per Alex. ibidem in addit. in verb. quæro Socin. cons. 51. nu. 7. lib. 4. quem sequitur Ripa in l. ex facto §. si quis ita n. 6. ad trebel. Gabr. qui alios citat de verb. signif. conclus. 1. num. 77. vers. contrarium Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 18. n. 13. Quod etiam suadetur quia testator vtitur illa dictione (vllo tempore) per quam apparet, quod quandocunque deficiant descendentes intrat substitutio de locis pijs. Nec est verisimile, quod testator voluerit se restringere ad primos descendentes, & excludere suam posteritatem l. cum acutissimi. C. de fideicommissis.

Post disdictam societatem officij, seu ipsius officij venditionem aliquos fructus non deberi ex sententia Rotæ demonstratur, reprobato stylo tribunalis Auditoris Cameræ. Cap. LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Fructus post disdictam societatem officij seu illius venditionem non currunt, etiam quod sint factæ diligentiæ, nisi requisita Pauli de Castro probentur.*

2 *Solent taxari post factas diligentias ad rationem septem pro centenario secundum stilum tribunalis Auditoris Cameræ.*

3 *Non currunt dissoluta societate secundum Rotam, etiam ignorante illo, qui dedit pecunias.*

4 *Item dissoluta societate repetuntur, quamuis fuerint soluti sponte a sciente illos esse indebitos.*

5 *Accipienti bona fides non prodest in materia vsurarum.*

6 *Item neque prodest pactum, aut consuetudo in contrarium.*

7 *Competit actio ad interesse probatum vere, & concludenter, & non præsumptiue.*

SED hoc loco eleganter quæritur, Nunquid post disdictam societatem officij (quæ in Curia satis in vsu frequenti est) seu illius venditionem, debeantur fructus, donec sors principalis restituatur? Et
1 resoluendũ est † negatiue, etiam quòd sint factæ diligentiæ, nisi probentur requisita Paul. de Castr. in l. 3. §. vlt. ff. de eo quod cert. loc. Et quamuis de stylo in Tribunali Auditoris
2 Cameræ post factas diligentias soleant † taxari fructus post disdictam ad rationem septem pro centenario, tamen hic stilus nunquam fuit in Rota receptus. Imò fuit decisum in vna Romana Societatis 23. Iunij 1600. coram Cardinale Millino, quòd dissoluta Societate per venditionem officij, etiam ignorante
3 illo, † qui dedit pecunias, fructus amplius nõ currant, cum dissoluta societate cesset periculum vitę, & amissionis sortis principalis, & cõsequenter remaneat purum, & merum mutuũ, ex quo citra vsuram non possunt percipi fru-
4 ctus, sed † repetuntur, quamuis fuerint soluti sponte à sciente illos esse indebitos, Bart. in l. si non sortem. §. si quis falsò. ff. de cond. indebit. Ias. in l. 1. sub n. 12. vers. quinto limita ff. eod. tit. Dec. in l. cuius per errorem nu. 4. ff. de reg.
5 iur. Neque enim † in hac materia vsurarum accipienti bona fides prodest, Alex. cons. 121. n. 11. cum pluribus sequen. lib. 4. Dec. in l. petens. C. de pact. Tiraq. de retract. conuent. §. 1.
6 glos. 2. n. 33. Neque aliquod pactum † seu cõsuetudo in contrarium, Bald. in rubr. de consuetud. & ibi Barbat. col. pen. Gabr. de præscript. conclus. 1. nu. 40. Sed solum competit
7 actio ad interesse probatũ vere, & concludẽter, & non præsumptiue, iuxta doctrinã Paul. de Castr. d. l. 3. §. vltimo de eo, quod cert. loc. quam Rota seruat, vt per Put. decis. 232. lib. 1. Mohed. decis. 208. Veral. decis. 2. lib. 3. in manuscript. Et ita fuit decisum in pluribus alijs causis, & signanter in vna Romana duorum millium 3. Iunij 1573. coram Cotta, & in alia Romana societatis coram Cardinale Lancellotto 20. Aprilis 1570.

Forma quando per æquipollens adimpleri possit, & ibidem statutum Vrbis declaratum. Cap. LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Forma potest adimpleri per æquipollens, quando requiritur ad certum effectum, etiam si ille effectus aliunde habeatur.*

2 *Forma rescripti si in euidentem, &c. si aliunde constet de vtilitate, adimpleta censetur, & confirmatio valet.*

3 *Forma respiciens modum, non potest per æquipollens adimpleri, etiam si effectus aliunde habeatur.*

4 *In dubio præsumitur substantialis, præsertim inducta fauore publico.*

5 *Confirmatio alienationis rei Ecclesiæ dicitur nulla ipso iure, quamuis aliunde constet de effectu, & vtilitate, quando Papa mandauit conuersionem fieri in emptionem bonorum stabilium*

lium ante approbationem contractus, & istud
sit omissum.
6 *Formæ prætermissio ad certum effectum requi-*
sita vitiat actum quamuis ille effectus aliun-
de habeatur quotiescumque dispositio habet de-
cretum irritans.
7 *Decretum irritans operatur, vt magis attenda-*
tur forma legis quam ratio legis.
8 *Appositum in dispositione expresse inducit for-*
mam, secus si tacite ex ea colligatur.
9 *Forma per æquipollens adimpleri potest quando*
tacite colligitur, veluti si lex aliquid mandet
fieri adhibendo verba negatiua, sed vlterius
non annullet.
10 *Decretum irritans appositum in confirmatione*
statutorum non inducit talem formam, quæ al-
teret eorum dispositionem sed tantum operatur
quod statuta non possint ab inferioribus tolli,
vel interpretari.
11 *Appositum in libro statutorum, siue in princi-*
pio, siue in fine, non refertur ad omnia in eo
contenta, sed ad ea tantum, quæ de iure com-
muni sunt talia, vel ex quorum corpore talis
expressio colligatur, quæ inducat nullitatem.
12 *Legis, seu statuti transgressio non vitiat dispo-*
sitionem, quando lex vlterius non annullat fa-
ctum in contrarium.
13 *Statuium Vrbis lib. 1. cap. 87. mandans post rē*
iudicatam fieri monitorium de parendo senten-
tiæ infra octo dies, vel ad allegandam causam
rationabilem non obstante decreto irritanti
locum habet si Iudex in sententia relaxet mandatum
datum cum intimatione nisi infra octo, vel de-
cem dies fuerit paritum.

SI quæratur, An forma
contēta in aliqua dispo-
sitione possit adimpleri
per æquipollens hoc mo-
do est distinguendum.
1 Aut forma † requiritur
ad certum effectum, &
tunc si ille effectus aliun-
de habeatur, forma potest adimpleri per æqui-
pollens, cum hoc casu non curetur de modo
sed de effectu. l. si quis mihi bona. §. sed quid
si mandauit, & ibi Bald. n. 2. ff de acquir. hæ-
red. l fin. §. fin. ff. mand. l. Gallus. §. & quid si
tantum. ff. de lib. & posthum. Hinc est quod
2 licet forma † rescripti si in euidentem sit con-
ditionalis itaut ea non impleta non valeat
confirmatio, tamen si aliunde constet de vti-
litate, potest valere dicta forma non seruata
d. §. sed quid si mandauit Ægid. conclus. 754.
Put decis. 252. lib. 2. Cassad. decis. 2. nu. 2. de
iudicijs Socin. cons. 15. lib. 1. Quod consilium
Rota approbauit coram Peregrino decis. 224.
& coram Gypsio in vna Lauden. bonorum 8.
Iunij 1588. & alias sæpe.

Aut forma respicit modum, puta lex vel Pa-
pa mandauit aliquid fieri sub certo modo, &
3 tunc † non potest recedi à forma etiam si ef-
fectus aliunde habeatur d. l. si quis mihi bona
§. coram l. cum hi §. si Prætor ff. de transact. c.
sicut de elect. in 6. late Brun. in tract. de for-
ma tit. quid & quādo aliquid cens. tradit. pro
form. post princip. Bald. in l. 1. §. si quis ita. ff.
de verb. oblig. Ratio est quia censetur ille
modus inductus pro forma Felin. in c. cum di-
4 lecta n. 6. de rescript. quæ † in dubio præsumi-
tur substantialis Bald. in l. comparationes. C.
de fid. instrum. cum allegatis per Dec. cons.
602. nu. 3. Quod eo magis procedit, vbi talis
forma fauore publico est inducta, vt ibi per
Bald. Ideo si omittatur per hoc dicitur muta-
ta substantia facti, vt post Oldr. considerat
Bart. in l. 1. §. si plures nu. 13. ff. de exercit.
act. Et hanc distinctionem sequuta fuit Rota
coram Cardinale Seraphino in vna Compo-
stellana Canonicatus 20. Iunij 1601. & in vna
Baronia 10. Martij, & 18. Aprilis 1603. co-
ram Ortembergo, vbi Papa mandauerat
5 † conuersionem fieri in emptionem bonorum
stabilium ante approbationem contractus, &
quia istud fuerat omissum Rota censuit con-
firmationem fuisse nullam ipso iure, quamuis
aliunde constaret de effectu, & vtilitate.

Declara primum caput distinctionis, vt non
6 procedat, quando † adest decretum irritans;
Nā licet prætermissio formæ ad certum effe-
ctum non vitiet actū, quando ille effectus aliū-
de habetur, vt etiam tradit Ias. in l. 1. n. 5. ff. de
lib. & posthum. hoc tamen non habet locum
quando dispositio continet decretum irritās.
7 Nam vbi hoc decretum † est appositum magis
attenditur forma legis, quam ratio legis, vt
ait Bald. in d. l. 1. de lib. & posthum. quem ibi
omnes sequuntur, & præsertim Ias. num. 11.
Alex. in l. fin. nu. 3. C. de procurat. Paris. cons.
19. n. 187. lib. 2. Siluestr. Aldobrand. cons. 92. n.
27 & ita post Aret. & Tiraquel. quos allegat
firmat Rota decis. 215. n. 1. par. 1. diuers. & fuit
tentum in vna Toletana professionis 27. Fe-
bruarij 1595. coram Cardinale Pamphilio.

Aduertendum tamen est, quód hæc decla-
ratio non procedit, nisi decretum irritans ex-
8 presse fuerit appositum † in dicta dispositione
secus si tacite ex ea colligatur puta si lex ali-
quid mādet fieri adhibēdo verba negatiua, sed
vlterius non annullet. Quia tunc etiā si verba
negatiua inducant formā, & nullitatem actus
9 quia tamen † ista forma tacite colligitur, suf-
ficit per æquipollens adimpleri, Ita post Alex.
& alios declarat Felin. in d. c. cum dilecta nu.
10. in 11. ampliat. de rescript.

Secundo est aduertendum quod eadem de-
10 claratio non procedit, quando decretum † ir-
ritās apponitur in confirmatione statutorum
quia tunc non inducit talem formam, quæ al-
teret eorum dispositionem, sed tantum opera-
tur, quod statuta non possint ab inferioribus
tolli, vel interpretari c. dilecto circa fin. vers.
nisi forte de præben. Imol. in l. ex facto num.
3. vers. item adde de vulg. & pupil. Quo fit,
11 vt siue † sit decretum appositum in princi-
pio, & confirmatione, siue etiam in fine

non referatur ad omnia in libro statutorum
contenta, sed ad ea tantum, quæ de iure com-
muni sunt talia, vel ex quorum corpore talis
expressio colligatur, quæ inducat nullitatem
Abb. in c. cum accessissent n. 4. & ibi Felin. n.
7. de constit. c. Ecclesia il 2. & ibi Abb. num 5.
de elect. Clem. vt calumnijs. §. vt autem iūcta
glos. in verb. attentatum de relig. dom. Boer.
decis. 119. n. 4. in fine latissime Brun. de form.
stat. fol. 35. col. 3. vers. Et si lex. Vnde si statu-
12 tū † aliquid disponat neque vlterius procedat
annullando factum in contrarium, cum hoc
casu transgressio ipsius nō vitiet dispositionē
Bart. in l. non dubium in 3. not. & nu. 20. & ibi
Bald. in 4. not. Ias. n. 17. C. de legib. Doct. in l.
1. vbi Alex. n. 8. & Ias. n. 10. Socin. nu. 11. de lib.
& posthum. Salic. in l. fin. C. de sent. ex brc. re-
cit. Paris. cōs. 19. n. 187. lib. 2. Decretū ad illud
non refertur, & forma poterit per æquipollēs
adimpleri. Ita tenuit Rota in vna Romana
Vineæ 5. Maij 1589. in terminis Statuti Vr-
13 bis † cap. 87. lib. 1. quod mandat post rē iudi-
catā fieri monitoriū de parendo sententiæ in-
fra octo dies, vel ad allegandū causam ratio-
nabilē, sed quia vltra non procedit annullan-
do, fuit dictū quod nō obstāte decreto irritāti
apposito in cōfirmatione statutorū sufficiebat
Iudicem in sententia relaxasse mandatū cum
intimatione nisi infra octo, vel decē dies fuis-
set paritū, cum idem resultaret effectus atque
si de nouo decreta fuisset monitio.

An Vicarius generalis de iure communi præsidente Episcopo in Synodo diocesana, præcedere debeat Capitulum. Cap. LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius generalis Episcopi debet præcedere in Congregationibus, sessionibus, et processionibus Canonicos, & Præpositū siue Episcopus sit præsens, siue absens secūdum Io. de Anan. & multos alios, quorum tamen opinio refellitur infra n. 3. & sequentibus.*

2 *Dicitur associari Episcopo in iurisdictione, item in his rebus, & in his locis, in quibus habet iurisdictionem, & n. 22.*

3 *Capitulum de iure communi præsidente Episcopo in Synodo Diocesana, præcedere debet Vicarium generalem ipsius Episcopi.*

4 *Vicarius Episcopi de necessitate non debet interuenire in Synodo Diocesana.*

5 *Si interueniat etiam de voluntate Episcopi præsente Episcopo, non præcedit Capitulum.*

6 *Legati iurisdictio, & auctoritas præsente Papa cessat, & in nulla habetur consideratione.*

7 *Quod iuris est de toto, quoad totum, idem iuris esse debet de parte, quoad partem.*

8 *Episcopus in arduis negocijs non potest aliquid facere sine consensu & consilio Capituli.*

9 *Vicarius præsente Episcopo nullam habet iurisdictionem, & n. 14. & 17.*

10 *Inter caput, & membra nullus medius interponi debet.*

11 *Capitulo omnes prærogatiuæ, & priuilegia Episcopi de iure cōmuni antur, quando interuenit cum Episcopo ad eius personam integrandam.*

12 *Vicarius in his, quæ fiunt per Episcopum, & Capitulum ex dispositione Concilij Tridentini interuenire non debet.*

13 *Præcedentia illi dari debet, qui maiorem habet iurisdictionem.*

15 *Vicarius non potest tenere Synodum Diocesanam sine mandato speciali.*

16 *In Vicarium Episcopi non transit potestas faciendi, aut confirmandi statuta, nec etiam cognitio causarum criminalium, nisi in specie hoc ei demandetur.*

18 *Iurisdictio delegata æquiparatur mandato extraiudiciali.*

19 *Mandatum procuratoris cessat, vbi Dominus est (præsens.*

20 *Vicarius Episcopi ratione iurisdictionis quomodo dicatur esse supra Capitulum, & singulos de Capitulo; Item in quibus locis præcedere debeat, & nu. 21.*

23 *Canonici sunt fratres, & membra Episcopi.*

24 *Membra non debent per intermediam aliquam personam a capite separari.*

25 *Repræsentatio præsente principali nō attēditur.*

26 *Episcopus non potest facere, quòd illi qui non habent votum decisiuum, in Synodo Diocesana dent votum.*

27 *Vicarius est vna persona cum Episcopo, & factum vnius est factum alterius.*

VALDE controuersa est illa quęstio, An Vicarius generalis in Synodo Diocesana debeat sedere post Episcopum in eminētiori loco, & pręcedere Capitulum in sessione, vel potius Capitulum habeat intentionem fundatam de iure communi contra Vicarium.

Etenim plurimi Doctores ex professo tenue-
runt pro Vicario, quod ipse præcedere debeat
vt late defendit Abb. cons. 21. lib. 1 qui plures
1 vrgentes rationes adducit: Et quod † de iure
Vicarius Episcopi præcedere debeat in Con-
gregationibus, sessionibus, & processionibus
Canonicos, & Præpositū, expresse tenet Io. de
Anan. in cōs. inserto in fine lect. lib. 1. decretal.
n. 5. qui loquitur siue Episcopus sit præsens si-
ue absens, & hanc partē Vicarij sequitur Fe-
lin. in rubr. de maior. & obed. n. 10. in fine, & in
c. statuimus n. 1. vers. Et dicit Abbas eod tit.
vbi dicit, quod non valet cōsuetudo in cōtra-
rium, sequitur Ias. in l. de quibus nu. 69. & 77.
de legi. Crot. in l. omnes Populi, nu. 85. de iust.
& iur. Petr. Rauen. in tract. de consuetud. sect.
2. n. 42. Roch. de Curt. eod. tract. in princ. cap.
n. 30. vers. posset etiam, Io. de Arnon. sing. 28.
Gamb. de officio leg. lib. 3. n. 109. Quam opi-

nionem

nionem pluribus rationibus etiam defendit Cassan.in Catal.glor.Mundi par.4. consid.46. Bertrand.cons.73.n.8.lib.1.par.2. Bero. cons. 22.nu.20. lib. 1.Papazon. ad decis.1. de offic. Iud.in nouis Rebuff. in praxi de iure Episc.n. 7.Gabr.de præsumpt.conclus.1.n.37. Et quod Vicarius præcedere debeat tam præsente quàm absente Episcopo late defendit Ant. de Put. in suo Clypeo Pastorali cap 6. n.39. cum pluribus sequent. Marc.Ant. Cucchus in suis instit.lib.2.tit.8.n.49. Et hanc opinionem pro Vicario videtur quod Rota tenuerit in vna Algaren. coram bo.me. Oradino, vt habetur in decis. 277. & in vna Placentina Sedis coram Cardinale Seraphino;Et in terminis quod in Synodo Diocesana Vicarius generalis sedere debeat ante dignitates,& Canonicos tenet Henric. Bott. de Synodo in 3 par.num 20. quem sequitur Sarmien.Select. lib.7. cap 17. Ex quibus auctoritatibus videtur colligi posse hanc opinionem esse magis communem., quiquid in contrarium scripserit Menoch cős. 51. & Io. Piccard. cons seq lib.1.

Quæ opinio videtur etiam defendi posse ex multis rationibus deductis per Abb. in d. cons 21.& ex alijs recollectis per Menoch. d. cons.51. in rationibus dubitandi,præsertim ex illa vrgentissima ratione quod cum Vicarius habeat iurisdictionem ordinariam in tota Diœcesi etiam supra Capitulum, & singulos de Capitulo ratione iurisdictionis tanquã superior præcedere debet Capitulum, & singulos capitulares.

2 Maxime cum † Vicarius dicatur associari Episcopo in iurisdictione cap.in nono 16.q.7. & faciat idem consistorium cum Episcopo c. 2.de consuetud. in 6. Vnde cum repræsentet personã Episcopi alijs præferri debet per tex. in c præcipimus 93 distinct.Vbi dicitur quod Locutenens debet tenere locũ sui principalis.

3 Sed istis non obstantibus contraria sententia de iure † verior est,quod imò in Synodo Diocesana præsente Episcopo Capitulum debeat Vicario præcedere ex eo præcipue fun-
4 damento, quia Vicarius † non est de illis qui ex necessitate debeant in Synodo Diocesana interuenire : Nam in multis locis fit mentio de illis,qui sunt vocandi,inter quos cõnumeratur Capitulũ , & tamẽ nullibi reperitur vocandũ esse Vicariũ Episcopi , vt in c.decernimus 18.distinct.Anchar. in c.graue n.15.in fine,& ibi Butr post nu.16.& Imol sub nu 20 de præben. Et liquet ex Famagust.in tract. de Concil in tit qui in Concil sint vocan.col pen. vers.in Concilijs autẽ Synodalibus , vbi ponit omnes vocandos,& nihil dicit de Vicario. Et hoc etiã apparet in nonnullis Synodis Episcopalibus præsertim antiquitus celebratis, in q. bus nõ constat Vicariũ Episcopi interuenisse, vt videre est in Cõcilio Antisidioren.celebrato anno salutis 616.quod est in tomo 2. Conciliorum,quod quidem proculdubio fuit Episcopale,quia vnus tantũ adfuit Episcopus qui se subscripsit, ac etiã se subscripserunt nouem Abbates,Presbyteri triginta duo, & Diaconi tres,& in eo nullum apparet vestigiũ Vicarij : Et quãuis postea procedente tempore de anno 1023. in Concilio Seleguistadien.quod est in tomo 3. Conciliorũ fiat mentio de Vicario Episcopi,non tamẽ ex eo colligitur, quod præte Episcopo Vicarius quoque adesset , quinimo potius apparet, quod Vicarius nõ ingrediebatur Episcopo præsente quia dicit . Ingrediatur Episcopus si voluerit,vel si necessitas exegerit , & si non aderit Episcopus eius Vicarius eadem faciet , vt colligitur in fine Decretorum Burcardi Vvormaciensis Episcopi qui illi Concilio interfuit.

Vnde licet Vicarius in aliquibus alijs locis habeat maiorem iurisdictionem,& præcedere debeat,tamẽ cũ in Synodo Diocesana nõ habeat locum proprium, nec præsente Episcopo habeat iurisdictionẽ, vt infra dicetur,resultat
5 quod etiã si Episcopus †vellet,quod ipse quoque interesse nõ per hoc præcederet Capitulũ:Nã iurisdictio,& dignitas,quã habet Vicarius extra Synodũ non est habenda in consideratione, vt ei præcedentiam tribuere debeat ad tradita per Felin.in c.ex literis.in 1.not.de probat.Dec.cons.162.circa princip. Cassan.in Catalog.gloriæ Mundi in 4.par.46.cõsiderat. Put.decis.105. lib. 3. & plures alios cumulant Rim. Iun.cons.151.n.21.cum seqq.& Menoch. cons. 152.n.6.cum sequen.lib. 1.

Quod etiam confirmatur,quia in Concilijs generalibus,in quibus præest Papa vna cũ Cardinalibus tanquã membra ipsius vocandi sunt Patriarchæ, Episcopi, Archiepiscopi,& tamen de illius Vicario nullũ verbum fit,vt post Hostien. & alios tradit Petr. à Mont. in Monarchia Conciliorum cap. Concilio qui interesse debent.sub n. 1. Si autẽ Papa non præest tunc præest legatus nomine eius,qui dicitur habere iurisdictionem delegatam Imol.in d.c.graue n.22. vers.si autem de præben. Et ita etiã fuit factum in Cõcilio Tridentino : Quæ iuris-
6 dictio , † & auctoritas legati præsente Papa cessat,& in nulla habetur consideratione,merito idẽ dicere debemus de Vicario Episcopi
7 in Synodo Diœcesana,quia quod iuris † est de toto quo ad totũ idẽ iuris esse debet de parte quoad partẽ l.quæ de tota.ff de rei vendic.c. pastoralis.§.itẽ cũ totũ.de offic.deleg.& ita arguit de Cõcilio generali Petr.à Mõte in d.Monarch. Concil. in d.c.Concilio qui deb.interesse sub n.11.

Et nihilominus quicquid sit de hoc,An Vicarius debeat interuenire in Synodo,vel nec hoc tamẽ certissimũ est,ꝙ cũ celebratio Synodi sit de arduis negocijs,quia tractatur de his
8 quæ spectãt ad totã diœcesim Episcopus † nihil potest facere sine cõsensu,vel cõsilio Capituli,c.nouit de his,quæ fiũt à Prælat.sine consen. cap. Et ideo cum in Synodo Capitulum interueniat tanquã integrans personam Episcopi,& tãquam particeps iurisdictionis abs-

que dubio præcedere debet Vicarium, tum
9 quia † Vicarius præsente Episcopo nullã habet iurisdictionem, tum etiam quia Capitulum cũ interueniat tanquam membrum integrans corpus Episcopi certum est quod nul-
10 lus medius debet interponi inter caput,& mẽbra iuxta tradita post Abb.per Felin. in c. cũ non liceat sub n.2. de præscript. Gemin. in c. quamnis §.1.n.3.de preb.in 6.Cassan.in tract. glor.mund.in 4.par.cõsiderat.32.Boer.de auctorit.magn.Concil.sub n.79.per totum:Quia
11 omnes † prærogatiuæ, & priuilegia Episcopi de iure communicata sunt ipsi Capitulo quãdo interuenit cum Episcopo ad eius personã integrandam Innoc.in c. dilecti in princip.de maior.& obed.& in d.c.cũ nõ liceat in 3.not. de præscript. Et hac de causa videmus, quod Concil.Trid.in c.6.sess.25.vers.Episcopis præ-
12 terea de refor. voluit quod in his quæ † fiunt per Episcopum,& Capitulum Vicarius interuenire non debeat,ex quo Episcopus cum suo Capitulo tanquam membro sine aliquo intermedio stare debet per prædicta.
13 Accedit, quod ille † præcedere debet, qui habet maiorẽ iurisdictionẽ, quo argumento vtuntur etiam pro vrgentissimo omnes Doct. qui tenent pro Vicario: Et ideo si pro parte Capituli demõstrabitur Vicariũ præsente Episcopo nullã habere iurisdictionem, & Capitulũ habere,apparebit Capitulũ post Episcopũ habere primam partem in præcedentia;Quod
14 autem † Vicarius præsente Episcopo in Synodo Episcopali nullam habeat iurisdictionem clare probatur,quia ratione Vicariatus nisi si-
15 bi † in specie demãdetur, nõ potest tenere Synodũ,vt post alios tradit Rebuf.in prax.benef. in tit. de form. Vicar. Episcop.n.151.Et ratio est, quia in Synodis prouidetur per viã cõstitutionis, & statuti,quod non potest facere nec cõfirmare,& validare Vicarius Generalis nisi hoc in specie sibi fuerit demandatum, cum sit voluntariæ iurisdictionis Fęder. de Sen. consi. 264. Franc.in c.fin. nu.5. vbi etiam ceteri alij de offic.Vicar.lib.6.Dec.in c.cum accessissent n.41.de constit.Roman.singul.700.in fin. Nec omnia quæ sunt iurisdictionis Episcopi transeunt in Vicarium, & inter multa alia quæ nõ
16 transeunt non transit † prædicta potestas faciendi,vel confirmandi statuta,nec etiam trãsit cognitio causarum criminalium c. 2. de offic.vic.in 6.& late per Rebuf.in d. prax. benef.d.tit.de form.Vicar. Episc.n.152.

Et ideo si Vicarius non habet hãc facultatem nisi in specie sibi fuerit demandata ab Episcopo,sequitur quod illo præsente nullam habeat iurisdictionem,cum Vicarius exceptis his quæ sibi competunt de iure communi ra-
17 tione sui Vicariatus, in reliquis † quæ non potest de iure communi sed auctoritate delegata per præsentiã Episcopi cesset eius iurisdictio, glos.in c.2.in verb.officialem, & ibi Gemin.num.12. & Franc.n.6.de offic.Vicar.in 6. Ioan. de Silua melius cæteris in tract. de benef.in 2.par.q. 14.n.51.vers. ergo à contrario Fęder.de Sen.cõs. 302.ad fin.vers.credo tamẽ.
18 Et bene facit quia † iurisdictio delegata equiparatur mandato extraindiciali,vt post alios tradit Ias.in l.more n.20.ff. de iurisd.omn.iu-
19 dic.Et interuentus † Domini in eodem negocio facit cessare facultatem mandatam procuratori c.si quem de procurat.lib.6.

Et ex istis tollitur illa principalis, & potissima ratio,quæ in contrariũ deducitur nempe quod Vicarius habet iurisdictionem ordina-
20 riam in tota Diœcesi,& est † supra capitulum, & singulos de capitulo ratione iurisdictionis, & consequenter tanquam superior præcedere debet,quia hoc procedit in his rebus,& in his
21 locis † in quibus habet maiorem iurisdictionem,& sic loquuntur Abb. Io.de Anan. Felin. Sarnien. & decisio in causa Algaren. & in causa Placcentina Sedis, & aliæ auctoritates ex aduerso allegatæ,sed in casu de quo agitur in Synodo Diocesana præsente Episcopo prout supra probatũ fuit Vicarius nullã habet iurisdictionem,sed bene illam habet Capitulũ; Et dato quod aliquã iurisdictionẽ habeat nihilominus cũ Synodus non sit ad id instituta, vt iurisdictio cõtentiosa ibi exerceatur sed vt decreta Concilij prouincialis publicentur, & statuta Synodalia condantur,quod ad merum imperium pertinet,Imol.in d.c.graue col.2.in fin.Turrecrem.distinc.18.in princ.n.3. Vtique maior in hoc actu est auctoritas Capituli quã Vicarij, quia Capitulum cum Episcopo statuit quod non facit Vicarius, Gemin. in c.1. post nu.5. vers. sed facere statuta distinct. 18. Vnde merito ipsum Capitulũ præcedere debe,& non Vicarius. Quia licet Vicarius in alijs locis præcedere debeat,tamẽ hoc intelligitur in ijs locis in quibus maiorem habet iurisdictionem,secus quando est in loco in quo, vel nullã habet, vel minorem, prout quoque videmus inter Archidiaconum, & Archipresbyterum,cum Archipresbyter in certis locis præcedat Archidiaconum,& in certis locis ipse Archidiaconus præcedat Achipresbyterũ, vt per Rimin.Iun.d.conf.151.n.21.& per Menoch.conf.257.n.60.cum sequent.

Nec supradictis obstat quod Vicarius dicatur associari Episcopo, & quod corruscat radijs Episcopi,quia vltra alias respõsiones datas per Menoch. d.conf. 51. & 52. & d. conf. 257.n.70.& n.75.& 80 84.& 87. dico hoc ha-
22 bere locum in ijs locis † & in ijs rebus in quibus ipse Vicarius habet iurisdictionem sed in Synodo præsidente Episcopo nullam potest habere iurisdictionem,merito si in tali loco, & in tali actu cessat eius iurisdictio non poterit dici,quod associetur Episcopo in iurisdictione,& faciat idẽ cõsistoriũ cũ Episcopo. Præterea si ipse Vicarius est socius Episcopi
23 Canonici † sunt fratres c.quãto de his,quę fiũt à prælat.& similiter sunt membra Episcopi c. nouit eod.tit.quæ non debent per intermediã
24 aliquam personã † à capite separari,c.cũ non

liceat

liceat dist. 2. quo argumento in materia præcedētiæ vtitur Felin. in c. pastoralis n. 10. in fine de offic. deleg. Ripa respons. 5. n. 2. de conflit. & Io. Piccard. d. conf. 52. n. 137.

Nec refragatur, quod dicitur de repræsen-
25 tatione, quia non est † attendenda repræsentatio præsente ipso principali. Et licet Episcopus possit suum Vicariū vocare ad Synodum diocesanam, hoc tamen non est ex necessitate prout vocari debent Canonici, sed ex mera voluntate Episcopi; Et propterea in illo actu Vicarius non debet præcedere capitulum: Nam quando Episcopus vocat aliquos quorum vocatio non est necessaria illi non intelliguntur vocati ad statuendum; vel decidendum, sed tantum vt consulant, vel vt corrigantur, vel vt gesta in Synodo sibi intimentur Famagust. in d. tract. de concil. til. qui special. sint. voc. fol. 63. col. 1. Nec enim potest
26 facere † Episcopus, quod illi, qui de iure non habent votum decisiuum dent votum c. statutimus de maior. & obed. cum etiam in Papa dubitetur; an, & quo casu in Concilio generali id facere possit, de quo per Famagust. eod. tract. tit. An sit in optione Papæ fol. 63. Alias si daremus Vicarium habere vocem decisiuam in Synodo vox illius esset superflua, si cum illa Episcopi concurreret, & si discordaret essent in eodem corpore duo capita quod monstrnosum esset.

Nec dicatur quod vox Vicarij concordans cum Episcopo non possit dici superflua ex
27 quo faceret numerum: Nam si Vicarius † est vna persona cum Episcopo, & factum vnius est factum alterius c. 2. de consuetud. lib. 6. Impossibile est considerare duas voces, quæ faciant numerum. Vltra quod si istud admitteretur facile posset Episcopus facere in Synodo quidquid vellet deputando plures Vicarios, qui omnes cum voce Episcopi concordes essent: Neque enim dubitari potest, quia Episcopus posset habere plures Vicarios generales Io. Silu. de benef. in 2. par. quæst. 6. nu. 3. & supponit Bald. in c. dilecti n. 7. in fine, & ibi Franc. quæst. 15. de appellat.

Concurrentibus igitur omnibus istis concludendum est, quod in Synodo Diocesana præsente Episcopo, & eo præsidente Capitulum, & Canonici præcedere debent Vicario, & sedere in præheminentiori loco immediate post Episcopum..

Descendentia ad effectum succedendi quomodo probetur. Cap. LXX.

SVMMARIVM.

1 Descendentia ad effectum succedendi debet sigillatim, & per gradus distinctos probari.

2 Item quod veniat à linea legitima.

3 Declaratur quando lex vel dispositio vocans aliquem de descendentia, vel parentela simul desiderat illū esse in certo gradu, vel vbi principales de parentela concurrunt, & vnus alium prætendit excludere, vt proximior disponenti, & primo loco vocatus: In alijs autem casibus ad probandum quem esse de genere, aut parentela sufficiunt indicia, & coniecturæ.

4 Descendentia seu parentela in antiquis probatur etiam leuioribus probationibus, & sufficit fama publica, & testis de auditu.

5 Item in antiquis probatur per duas enunciatiuas emanatas à diuersis personis non suspectis.

6 Non probatur per instrumenta nisi sint saltem duo, & sint centum annorum dempto tempore litis inchoatæ iuxta opinionem Rotæ etiāsi aliud ex dictis instrumentis sit testamentum in quo ille talis nominetur filius talis, & tanquam talis hæres instituatur. & n. 7.

8 Testes de auditu deponentes, in casibus, in quibus admittuntur ad probandam descendentiam, quomodo debeant deponere.

OMNES Doctores in hoc videntur conuenire, vt descendentia
1 ad † effectū succedendi debeat sigillatim & per gradus distinctos probari per c. licet ex quadā, ibi singulos gradus de testib. vbi Abb. sub n. 12. & alij Anchar. cons. 52. num. 7. Bald. post Innoc. in c. feries, sub n. 3. de testib. & in l. 1. sub n. 14. C. de testam. Et deficiente vno gradu destruitur tota probatio ipsius descendentiæ vt in d. c. fereis tradit Innoc. Butr. Bald. in vltimo not. & sub n. 2. & alij, Et nedum probari debet descendentia per gradus
2 distinctos, sed etiam † quod veniat à linea legitima Alex. cons. 25 nu. 8. ante fin. lib. 4. Dec. cons. 471. nu. 1. Rolan. cons. 3. n. 47. lib. 1. & ita tenuit Rota in vna Sutrina beneficij 18. Decembris 1588. coram Cardinale Pamphilio.

Sed aduertendum est, quòd istud procedit,
3 vbi lex vel dispositio † vocans aliquem de descendentia, vel parentela simul desiderat illū esse in certo gradu, vel vbi principales de parentela concurrunt, & vnus alium prætendit excludere, vti proximior disponenti, & primo loco vocatus, quia tunc bene requiritur probatio descendentiæ per gradus distinctos: Secus in alijs casibus, quia ad probādum quem esse de genere, vel parentela, sufficiunt indicia, & præsumptiones, glos. in l. 1. §. quotiens. ff. de probat. vbi Salicet. nu. 2. vers. sed probatur Aret. conf. 37. nu. 2. vers. venio igitur ad secundum, Hanc declarationem tenuit Rota in vna Placentina Capellaniæ, 15. Nouembris 1593. & 10. Ianuarij 1598. coram Penia.

Rursus est aduertendum, quòd in antiquis
4 ad probandum † descendentiam, & ad effectum succedēdi leuiores probationes admittuntur, & sufficit fama publica, vel testes de au-

P 3

auditu d.c.licet ex quadam, Aret. d.conf.37.
Alex. conf.90. lib.6. plures cumulat Cephal.
5 conf.137. fub nu.45. lib.1. Imò fufficiunt duæ
enunciatiuæ emanatę à diuerfis perfonis non
fufpectis,Aret.in c.cũ caufam n.2. de probat.
Socin.conf.194.fub nu.9.lib.2.Aym.de antiq.
temp.par.1.§.ampliatur n.14.cum feq. Achil.
decif.5.de iurepatron. Put. decif. 207. lib. 2.
Et fuit tentum in vna Romana Cappellaniæ
de Capizucchis de anno 1570. coram Cotta,
& in vna Vrbeuetana fideicõmifsi de Corbaria
31.Ianuarij 1565.corã Cardinale Lancel.

6 Tertio eft aduertendum quod † inftrumenta,
vt dicantur antiqua ad effectum probandi
defcendentiam debent effe centum annorum
dempto tempore litis inchoatæ iuxta opinionem
quam Rota tenere folet, & tradit Dec.
conf.320.nu.8. & debent effe faltem duo,quia
cum probatio per antiquitatem habeat vim
famæ publicæ,ficut illa non probatur per vnũ
teftem minus probatur ifta,quæ illi æquipollet,
vt per Aret.in c.cum caufam.n.22. de probat.
Rota diuerf.decif.288.n.1.par.2. Et quod
requirantur enunciatiuæ plurium inftrumentorum,
quæ fint centum annorum tradit Put.
decif.209.lib.2.& 359.eod.lib. Et in terminis
probationis defcendentiæ tenuit Rota in vna
Sutrina beneficij S.Angeli 13.Martij 1588.coram
Cardinale Plato,in qua firmatur hæc cõclufio,
quod in materia probationis per verba
enunciatiua inftrumentorum neceffarium eft
tempus centum annorum, & fubdit ibi dicta
7 decifio hoc habere locum † etiam fi ex dictis
inftrumentis aliqua fint teftamenta in quibus
ille talis nominetur filius talis, & tanquã talis
hæres inftituitur, quia hoc nõ debet attẽdi
ad tertij præiudicium allegatur Grat.cõf.
140.nu.42.lib.1.& conf.156.nu.6. lib.2.

8 Quarto eft aduertendum quod † teftes de
auditu deponentes eo cafu,quo admittuntur
ad probandum defcendentiam debẽt concordare
in perfonis,à quibus audiuerint Alex.
conf.52.poft num.3. lib.1. Dec.conf.320.poft
num.8. Natta conf.388.circa med. verf.debet
etiam apparere Aym.de antiq. temp. par.1.
cap.incip.vifo de fama n. 11. Et debent effe
perfonæ graues,& præter hoc deponere, quod
audiuerunt ab antiquioribus fide dignis, &
omni exceptione maioribus,d.c.licet ex quadam,
& ibi omnes de teftibus Socin. cõf.47.n.
16.lib.4. late Lanfranc.de teftib. n.99. & feq.
Et iftæ qualitates funt articulandæ,& probandæ,
alias non dicitur probata confanguinitas
feu defcendentia Alex.conf.82.n.3.lib.1.Dec.
d. conf.320.late Rimin. Iun.conf.363. nu.85.
cum feq. lib.4. Vbi ex multis oftendit iftud
procedere non folum in caufis matrimonialibus,
fed in omni alia materia.

Mater, quæ filio impuberi infra annum tutorem non petijt poft mortem patris nunquid iure fucceffionis priuetur. Cap. L X X I.

S V M M A R I V M.

1 *Mater quæ filio impuberi infra annum tutorem non petijt cadit à fucceffione, quæ fequentibus in gradu defertur.*
2 *Debet petere tutorem filio nedum propter mortem naturalem patris, fed etiam propter ciuilem, & n.4.*
3 *Mortis appellatione continetur etiam ciuilis quando habet eumdem effectum, quem habet mors naturalis.*
5 *Mater quæ filio impuberi infra annum tutorem non petijt non cadit à fucceffione quando ignorauit mortem patris.*
6 *Annus, qui datur matri ad petendum tutorem filio poft mortem patris eft vtilis, nec currit nifi a die fcientiæ.*
7 *Non currit etiam à die fcientiæ nifi mater fciuerit qualitates propter quas patria poteftas amittitur.*
8 *Amplia, vt hæc fcientia debeat plene, & concludenter probari nec fufficiant coniecturæ.*
9 *Mater infra annum non petens tutorem filio poft mortem patris non cadit à fucceffione, vbi poteft confiderari aliqua magna, & iufta caufa non petendi tutorem.*
10 *Item nec cadit fi tempore mortis patris adfit patruus legitimus adminiftrator qui patiente matre bona gubernet.*

RECEPTA eft apud
* omnes * conclufio,
quod mater, quæ filio
1 impuberi infra annum
tutorem nõ petijt cadit
à fucceffione, quæ
fequentibus in gradu
defertur, vt eft tex.in
§. fin. Inftit. ad Tertullian.
& in l. fciant.C.de legit.hæred.cum
alijs cumulatis per Gabr. de tutel. conclus.1.
2 nu. 1. Quæ conclufio † procedit etiam fi Pater
ciuiliter moriatur, Quia tutor à matre
ita debet peti propter mortem ciuilem patris
ficut propter naturalem, cum appellatione
3 mortis veniat etiam ciuilis,quando habet eũdem
effectum, quem habet mors naturalis
Iaf. & alij in l.ex ea §. in infulam de verbor.
obligat. Parif. conf.5. nu.117. & 149. lib. 4.
Socin. conf. 92.nu.1.lib.1. Rota decif.28. de
procurat. in nonis.Caffad. decif. 16. num. 5.
fuper regul. Et in terminis,quod filio debeat
4 per matrem † peti tutor ita per mortem ciuilem
patris, ficut per mortẽ naturalẽ, & quod
ifta duo æquiparentur eft tex. in l. 3. C. qui

pet.

pet.tut. vbi etiam Alber. & Doct.
Huic tamen conclusioni dantur nonnullæ
limitationes; Quarum prima est, vt non pro-
5 cedat, quando † mater ignorauit mortem pa-
tris, quia ignorantia talis matrem excusat,
vt non priuetur successione, sicuti declarat
Bart. in disput. incip. pupillus, quæ est vlti-
ma, sub nu.1. vers. quia propter absentiam,
sequitur Ias.cons.53.in 5. col. vers. quinto fa-
cit lib.3.qui loquitur in matre, quæ ignorauit
nouam institutionem factam, qua tenebatur
petere tutorem, Tiraquel. de retract. lign.§.
35.glos.4.nu.11.late Corn.cons.87. n.2. in fi-
ne, cum seq.lib.4. Socin. cons. 153. nu.35. &
sequen. lib.2.Gabr. de tutel. conclus.1. num.
50. Quamuis enim Paul.de Castr.in d.l.sciãt
sub nu.1.vers. infra annum à morte patris.C.
de legit.hæred. & Salic. ibidem in princ. di-
cant hunc annum à die mortis testatoris esse
numerandum, tamen contrarium est verius,
6 quia iste annus est † vtilis, ideo non sufficit
probare de lapsu anni sed debet probari
scientia matris, quod sciuerit se teneri, vt
bene declarat Bald. in c. ex parte il 2. n. 18.
de appellat.

Et ex his alias ego obtinui pro quadam
muliere, quæ non habuerat notitiam senten-
tiæ condemnatoriæ, qua eius maritus fuerat
bannitus, cum ipsa esset absens ab Vrbe, & sic
præsumeretur eius habuisse ignorantiam, vt
declarat Ias. in cons. proxime allegato cum
ignorantia præsumatur nisi probetur scientia
l. verius de probat. reg. præsumitur de reg.
iur. in 6. Ideo cum non fuisset articulatum
nec probatum quod mater absens prædictæ
sententiæ condemnatoriæ notitiam habuisset
dicebam quod à die condemnationis dictum
annale tempus datũ matri non currebat, quia
non currit nisi à die scientiæ, vt per Bald. &
alios supra allegatos.

Neque sufficere videtur hoc casu scientia
7 in genere, sed est necessaria † scientia quali-
tatum, propter quas patria potestas amittitur
per doctrinã, glos. in c. concertationibus in
verb. sciuerit de appellat. in 6. & ibi Gemin.
n.15.& Franc.in fin.Aym.cons.197. nu.14. &
Tiraquel. de retract.lign.§.36.glos.7. num.3.
Et cum agatur de amissione iuris succedendi
8 hæc † scientia debet plene, & concludenter
probari, itaut non sufficiant coniecturæ, vt est
decis. Rot.2. de dol. & cont.in antiq.Mohed.
decis.160. Caputaquen.decis.116.nu.4. par.1.
Put. decis. 114. fuit dubitatum lib.1.

Secunda limitatio est, vt dicta communis
9 conclusio non procedat, vbi potest † conside-
rari aliqua iusta, & magna causa non peten-
di tutorem, quia tunc annale tempus datum
matri ad petendum tutorem filio non currit,
vt est tex. in l.2. §. confestim, ibi, vel aliqua
magna causa, ff. ad Tertul. Grat. cons.83.sub
num.7.8. & seq.lib. 2. Causa autem magna,
& iusta est, vbicunque dato tutore pupillus
inuolueretur litibus, puta si multi sint credi-
tores, qui vellint ipsum conuenire, quo casu
non est imputandum matri, si tutorem non
petijt, quia hoc resultat ad vtilitatem filij, ne
scilicet molestetur, vt in terminis dicit tex. in
d.l.2.§.tractari vers.ego etiam, & glos.1. in l.
matres, & ibi Salicet. circa princip. & Bald.
sub n.1. vers.secundus casus.C.ad Tertullian.
Roman. singul.105.Mars.sing.302.

Tertia affertur limitatio, vt non procedat,
10 si eo † tempore adsit patruus legitimus ad-
ministrator, qui patiente matre bona pupilli
gubernet, tunc enim mater non petendo tu-
torem non priuatur successione, vt tenet glos.
in d.l.matres.C. ad Tertul. Et quamuis hoc
intelligant Doct. secundum iura antiqua, quæ
excludebant matrem à tutela, secus autem de
iure nouissimo, secundum quod mater cæte-
ris præfertur, nisi ipsa prius renunciet tutelæ,
vt declarat ibi Bart. & Paul. de Castr. in fin.
* quam declarationem ad illam glos. esse * cõ-
munem testatur Marant.in l. is potest n. 193.
& seq. de acquir.hæred. Nihilominus idem
est, si mater patiatur tutorem legitimum ad-
ministrare, quia tunc censetur tacite renun-
ciasse tutelæ, nec priuatur successione, vt in
specie tradit Socin. Iun.cons.16.sub nu.22. &
seq.& nu.19.& seq. lib.2. Et hæc tacita renũ-
ciatio eo magis præsumitur, si postea mater
expresse declarauerit velle, quòd ipse patruus
esse tutor; ex hoc enim actu subsequenti in-
telligitur, quod ab initio, dum permisit pa-
truum administrare, hoc ideo fecit, quia no-
lebat esset tutrix, cum ex actu subsequenti de-
claretur animus in præcedentibus, Aym. cõs.
77. n.10.

Census simpliciter impositus super prædio cuius medietas est prohibita alienari, nunquid quoad medietatem liberam sustineatur. Cap. LXXII.

SVMMARIVM.

1 Census simpliciter impositus super prædio, cuius medietas est prohibita alienari, quoad partem liberam sustinetur, etiam si census sit impositus super prædio designato cum suis confinibus & n.4.

2 In obligatione generali non veniunt bona prohibita alienari quando adsunt alia bona, super quibus verificari possit obligatio, præsertim ad effectum euitandæ caducitatis.

3 Disponens de re communi censetur tantum de sua portione disponere.

5 Census impositio valet, quamuis totum prædium sit prohibitum alienari, si prohibitio sit nuda ab omni causa, tam expressa quam tacita.

6 Prohibitio alienationis nuda ab omni causa, tam expressa, quàm tacita, non attenditur, quamuis hæreditas fuerit adita.

QVÆ-

QVÆSTIO iuris est non contemnenda, An census simpliciter impositus super prędio, cuius medietas est prohibita alienari, sit nullus in totum, vel potius quo ad medietatem liberã sustineatur? Et resoluendum est censum sustineri, quo ad
1 medietatem † prædij liberam, & aptam illum supportare, quia super illa censetur tantum impositus, non autem super portione alienari prohibita, cum in generali obligatione non
2 veniant † bona prohibita alienari, quando adsunt alia bona, super quibus verificari possit obligatio, Bart. in l. codicillis, §. institutos, ff. de leg. 2. Alex. cons. 16. nu. 17. lib. 2. Ruin. cons. 93. n. 1. lib. 1. Dec. cons. 422. num. 7. Gabr. conclus. 12. de reg. iur. Idque præsertim obtinet ad effectum euitandę caducitatis, vt fuit resolutum per Rotam in vna Perusina hæreditatis, seu fideicommissi 26. Februarij 1586. coram Orano, & in vna Romana fideicommissi de Iacobatijs 12. Maij 1606. coram Ludouisio, vbi fuit reiecta distinctio, quæ fiebat inter hypothecam generalem, & specialem, cum inter obligationem generalem, & specialem eadem sit ratio, quia sicut non est dicendum quod in obligatione generali veniat res obligari prohibita sub pœna caducitatis, ita nec etiam in obligatione quod veniat pars illa, quæ subiacet tali prohibitioni, quando sine ea obligatio potest suum sortiri effectum. Hoc idem per prius firmauit Rota in eadem causa 26. Nouembris 1605. coram eodem Ludouisio; In qua fuit dictum, quod census dicebatur impositus super medietate spectante ad hæredes, non super ea, quæ erat testatoris, & quam fideicommisso subiecerat. Et fa-
3 cit regula, quòd † disponens de re communi, censetur tantum de sua portione disponere, l. qui tabernas. ff. de contrahen. empt. c. pastoralis, de donat. Bald. in l. 1. num. 2. & ibi etiam Paul. de Castr. n. 4. C. qui test. fac. pos. Alex. in l. si domus §. fin. n. 2. & seq. ff. de leg. 1. & alienare tantũ ius, quod habet l. quod si in rerũ §. si vsumfructũ, & in l. si Titio, & Mæuio in princ. & ibi not. ff. de leg. 1. l. vxor patroni. C. de leg. Et istud quidem habet locum, quamuis cen-
4 sus † sit impositus super prædio designato cum suis confinibus, quia adhuc censetur impositus super dicta portione tantum, Bal. & Paul. de Castr. vbi supra Alex. cons. 54. nu. 2. lib. 3. Rub. cons. 95. sub num. 11. Quinimmo census
5 impositio † valet, quamuis totum prædium sit prohibitum alienari, si prohibitio sit nuda ab omni causa tam expressa, quàm tacita, cum talis prohibitio non attendatur l. filiusfamilias §. Diui. ff. de leg. 1. l. pater filius §. Iulius Agrippa, & l. Lucius de leg. 3. Quod procedit
6 etiam † si hæreditas fuerit adita, quia per talem aditionem censetur tantum acceptata dicta prohibitio ab hæredibus, prout inest, & secundum suam naturam l. in causæ. ff. de procurat. late Neuizan. cons. 87. nu. 14. & sequen. Et sic tanquam prohibitio nuda, aut saltem quæ remaneat in terminis simplicis prohibitionis sine aliqua pœna caducitatis.

Conditio nubendi cum consensu alterius, An de legato facto puellæ reiciatur. Itẽ An conditio, si matrimonium cum tali contraxerit sit valida, & intra quantum tempus impleri debeat. Cap. LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Conditio apposita in legato facto puellæ si nupserit cum consensu alterius reiicitur, & legatum pure debetur, siue legatum sit factum ex causa lucratiua siue ex causa onerosa, & n. 4.*
2 *Statutum quod filia nubere nequeat sine consensu patris non valet.*
3 *Conditio adiecta legato facto mulieri si nupserit de consilio alterius valet.*
5 *Dos subrogatur in locum legitimæ quando legatur filiæ pro omni, & toto eo, quod prætendere potest.*
6 *Conditio adiecta legato facto mulieri quando impedit matrimonium reiicitur, quamuis sit factum, vt facilius nubat.*
7 *Consensus patris hodie non requiritur ad effectum, vt filia nubere possit.*
8 *Consensus habetur pro præstito quando illum præstare debens fuit requisitus, & sine causa denegauit.*
9 *Conditio hæc adiecta legato facto filiæ, si matrimonium cum tali contraxerit, valet, & reddit legatum conditionale & n. 11.*
12 *Debet impleri intra triennium post pubertatem ipsius mulieris, reiecta opinione Castr. & num. 13.*

DVBITARI etiã solet, An conditio nubendi cum consensu alterius de legato facto puellæ reijciatur? Et respondendum est huiusmodi conditionẽ reijciendam esse, &
1 legatum † pure deberi etiamsi puella nubat sine dicto consensu, per tex. in l. cum tale, §. rescriptum. ff. de cond. & demonstr. l. turpia §. 1. vbi Ias. in 3. not. de leg. 1. Guliel. de benedict. in c. Rainutius, in verb. qui cum talia, par. 3. n. 88. Corn. cons. 105. & seq. lib. 2. Natta cons. 355. per totum lib. 2. Cephal. cons. 133. nu. 44. lib. 1. Menoch.

cons.

conf.69.n.29.lib.1.& conf.322.n.41.& 42.lib. 4.Decian.conf.13. n.16. vbi de communi lib.
1.& n.10. vbi testatur * communem esse opi-
2 nionem non † valere statutum, quòd filia nubere nequeat sine consensu patris, multa congerit Card. Mantic.de coniect. vlt.volunt.lib. 11.tit.18.num.8.vers. sed eleganter quæritur. Vazq. controu. Illustrium cap.94.n.14.& seq.
3 Quamuis etenim non reijciatur ista † conditio, si nupserit de consilio alterius, tamen secus est si fuerit dictum de consensu, cum hæc conditio impediat libertatem matrimonij, Dec. in l.1. n.13.vers.& quod not.Paul. ff. de offic. asses. Felin.in c.ex parte sub n.1. col.2. vers.sed vltra omnes de constit. Aym. conf.1. num. 3. vers. solum superest, Eman. Costa in d.l.cum tale §.si arbitratu in vlt.ampliat, sub nu.12.vers.cæterum; Quam opinionem tenuit etiam Rota in vna Romana bonorum de Ceulis 11. Martij 1585. coram fœlic. record. Clemente Papa VIII. tunc Auditore.
4 Et procedit ista conclusio,nedum † quando legatum est factum ex causa onerosa, veluti quando pater legat filiæ pro omni,& toto eo, quod prætendere potest, quo casu dos dicitur
5 subrogata † in locum legitimæ,Aym.conf.84. sub n.4.& 5. sed etiam quando est factum ex causa Lucratiua,vt declarat Emanuel Costa loco præalleg. sub nu.12. vers. sed vir aliquis bene doctus Vazq.in d.c.94. sub n.15. & seq. vbi omnes contrarium tenentes reprobat.
6 Quinimo si fuerit relictum † mulieri,vt facilius nubat, adhuc legatum debetur, reiecta dicta conditione,quæ impedit matrimonium, quod facilius cum eo,quod relictum est, subsequeretur, vt per Felin.in c.1.sub nu.15. de sponsal. Et licet tex.in l.in sponsa.de sponsal.videatur contrarium disponere,tamen loquitur de consensu patris habentis in potestate filiã, qui de iure Digestorum requirebatur, cuius
7 legis dispositio hodie † non habet locum, vt per Couar. super 4. decretal. in 2. part. §.8. cap.3.in princip.
Et nihilominus quando etiam cõsensus es-
8 set necessarius, si tamen debens † illum præstare fuerit requisitus, & sine causa denegauerit,consensus habetur pro præstito,cum hoc casu per ipsum dicatur stetisse, cur non sit præstitus, ad tex. in l.iure ciuili de reg. iur. Doct.in l.non solum,§. voluntate.ff.sol.matr. vbi in terminis Ripa nu.11.Maxime si constet eum proprie cupidum vtilitatis non autem,vt puellæ consulat consensum denegare Bald. in l.iudice. C. de nupt.nu.3.clare Tiraq.de leg. conub.in leg.16.vers.del mari glos.8.q.15.nu. 127.& quæst.8.nu.76.& 85.
Præterea est sciendum, quòd licet conditio nubendi cũm cõsensu alterius de legato reijciatur, vt dictum est, tamen secus est,si fuerit dictum, si matrimonium cum tali contraxe-
9 rit,nam hæc conditio † valet, & reddit legatum conditionale, qua non impleta legatum non debetur. Pro impleta tamen habetur,vbi
10 per † ipsam legatariam non steterit quin matrimonium cum eo contrahat, vt probat tex. in l.1.& 2.C.de instit.& substit, & tenuit Rota in vna Mediolanen.Indulti 27. Octobris 1603. corã Cardinale Pamphilio, in qua præcise fuit
11 dictum, quod licet conditio de † nubendo cũ aliquo de certa familia teneat nec reijciatur, nihilominus habetur pro impleta, vbi per eam non steterit quin nubat cum aliquo de dicta familia, qui nubilis sit. Et quidem
12 hæc conditio debet † impleri intra triennium post pubertatem ipsius mulieris per tex.in l.2. §. ad filiorum vbi Bart. & alij hoc notant. C. quom. & quib.quar.pars deb.lib.10. quã opinionem sequitur Ias. in d.l.2.n.6. C.de instit.
13 & substit. confutando opinionem † Castren. qui ibidem concludit quod nisi mulier fuerit interpellata ab illo cui debet nubere, vel nisi sibi sit limitatũ tẽpus à Iudice ad instãriã creditorũ hæreditatis,vel substituti, vel nisi mortuus sit ille cui debebat nubere antequam ipsa procuret matrimonium, quod extra istos tres casus potest quandocunque conditionem implere, & quandocumque impleat admittetur.

Pater qui emphyteusim accepit pro se, filijs,& nepotibus, An possit in præiudicium filiorum de ea disponere. Item quando legitima filijs ex illa debeatur, dilucide explicatum. Cap. LXXIV.

SVMMARIVM.

1 Opinio, quæ distinguit amplectenda est.
2 Pater,qui emphyteusim accepit pro se filijs, & nepotibus non potest de illa in præiudicium filiorum disponere,quando eam acquisiuit titulo lucratiuo, & ex liberalitate concedentis secus si acquisiuit titulo oneroso.
3 Legitima filijs debetur ex bonis emphyteoticis titulo oneroso acquisitis, & quæ vendi à patre poterant.
4 Est portio bonorum quæ testator tempore mortis reliquit.
5 Causa onerosa dicitur illa quæ excludit liberalitatem concedentis,secus si gratia concedentis præponderet,quia tunc censetur potius prouenisse ex eius liberalitate.
6 In legitima filiorum, vt aliquid imputetur non sufficit quod proueniat ex substantia patris,sed requiritur quod filius possit alienare,vel quod bona transeant ad quoscumque hæredes filij.
6 Emphiteusis,vt imputetur in legitimam, sufficit quod peruenerit ad filios ab ipso patre, & ex contractu oneroso, nec requiritur quod res emphytcotica alienari possit per ipsos filios.
8 Emphyteusis si sit recepta pro filijs, & nepotibus potest filius repudiare hæreditatem, & habere emphyteusim.

9 Em-

9 *Empta ex pecunijs patris quamuis transeat ad filium non vti hæredem, sed vti filium nihilominus imputatur in legitimam.*

CVM quæritur generaliter, & simpliciter, vtrum pater, qui emphyteusim accepit pro se filijs, & nepotibus, possit in præiudicium filiorum de ea disponere, Doctores adeo sunt varij, vt vix discerni possit, quæ sit communis opinio, vt per Gabr. de iure emphyt conclus. 2. in princip. Idcirco
1 opinio † quæ distinguit amplectenda est, glos. & Salic. in l. apud antiquos. C. de furt. Socin. cons. 112. col 3. lib. 1. Videlicet, vt non possit quando pater acquisiuit titulo lucratiuo, &
2 ex liberalitate † concedentis, tunc vero possit si eam acquisiuit titulo oneroso. Quæ distinctio non solum est vera, sed etiam communis, vt eam firmauit Bald. in authen. si quas ruinas n 5. vers. secũda ratio, & n. 6. C. de Sacros. Eccles. & in l. 1. C. per quas person. in fine Aret. in l. apud Iulianum alias l. cum seruus §. si quis alieni de leg. 1. col. pen. in fin. vers. secunda conclusio Alex cons. 27. n. 2. & cons. 29. n. 4. lib. 5. Crot. in l. qui Romæ. §. duo fratres de verb. obligat. n. 68. vers. tertius casus. Corn. cons. 51. col. 2. vers. sed ijs non obstantibus lib. 3. Gozzad cons. 75. n. 14. Curt. de feud. par. 4. quæst. 30. n 132. Natta cons. 475. n. 5. & 11. Fabian. in authen. nouissima nu. 99. quæst. 17. vers. nisi empta esset ex pecunia patris So-
* cin. cons. 127. n. 10. qui de * communi Gabr. de iure emphyt conclus. 2. n. 47. & 50. circa fin. vers secundo limita Bald. cons. 110. nu. 2. in illis verbis. Nisi tunc essent empta ex pecunia patris Luc. de pen. in l. 1. C. de impo. lucrat. descri. col. 4. in princ. vers. sed certe Capic. decis. 2. col. fin. Et hanc distinctionem tenuit etiã Rota apud Gambar. decis. 10. & 32. & in vna Romana de Lante 17. Maij 1585. corum fel. recor. Clemente Papa Octauo tunc Auditore, Ideo non potest dubitari quin sit communis,
* vt * per Clar. in §. feudum quæst. 11. nu. 2. & quæst. 40. nu. 3. Rimin. in repet. l. in quartam n. 27. ad Trebel. & ibi latissime Herculan. fol. mihi 26. vbi plene disputat hanc materiam, &
* tandem concludit quod in practica * ab hac distinctione non est recedendum.

Ex hac itaque communi distinctione eleganter deducitur, quod quando bona emphi-
3 tica fuerunt †. acquisita à patre titulo oneroso, ex illis debetur legitima filijs tanquam ex bonis profectitijs, vt tradũt prædicti Doct. & quæ vendi à patre poterant, quod satis est ad effectum, vt legitima ex illis debeatur l. omnimodo §. imputari. C. de inoff. testam. vbi Bald. n. 3. vers caue tamen ne erres Salicet. n. 9. Idem Bald cons. 110. n. 2. lib. 5. Gambar. d. decis. 10. Ripa in l. in quartam. ad leg. falcid. nu. 179. Alex. in l. si patroni ad trebel. n. 8. Et

præsupposito quòd pater possit alienare, vt
* dictum est hæc opinio est * communis, & verissima, quia illi qui cõtrariam opinionem sequuntur, fundant se in eo, quod pater de emphyteusi, quãm pro se, & filijs accepit in præiudicium filiorum disponere nequeat. Idcirco eorum opinio procedit solum in emphyteusi, acquisita titulo lucratiuo; sed ea, quæ acquisita est titulo oneroso auget patrimoniũ ideoque computatur in bonis, & de eis debetur
4 legitima filijs, quæ est † portio bonorum, quæ testator tempore mortis reliquit. Et ita in terminis, quod scilicet debeatur legitima de his bonis tradit Alex. cons. 27. n. 7. lib. 5. & firmauit Rota in dicta causa Romana de Lãte.
5 Illa autẽ in proposito dicitur † causa onerosa, quæ excludit liberalitatem concedentis Alex. cons. 24. n. 8. lib. 5. vbi loquitur quando datur aliqua quantitas ab initio, & deinceps soluitur pensio annua. & in eisdem terminis tradit Gambar. dicta decis. 32. & post Alex. Ias. & alios Tiber. Decian. cons. 73. nu. 4. lib. 2. Corn. cons. 51. col. 1. in fin. vers. contrarium est verius lib. 3. Natt. cons. 475. n. 5. Secus si gratia concedentis præponderaret quia tunc cẽseretur potius prouenisse ex ipsius liberalitate, vt per Socin. cons. 4. n. 6. lib. 3. post Bald. in prælud. feud. n. 9. Rolan. cons. 23. nu. 29. lib. 1.

Non obstat quod ad hoc, vt aliquid impu-
6 tetur in legitimam † filijs non sufficiat, quod prouenerit ex substantia patris, sed requiritur quod filius possit alienare, vel quod bona transeant ad quoscumque hęredes filij Ias. in l. illud n. 6. C. de collat Ripa in d. l. in quartã n. 163. ad leg. falcid. Rolan. cons. 11. n. 10. lib. 2. Sed emphyteusis accepta pro filijs, & nepotibus non potest per filios alienari nec etiam potest transire ad hæredes extraneos, ergo nõ potest imputari in legitimam, vt in terminis emphyteusis Ecclesiasticæ, quod non imputetur in legitimam, quia non transit ad hæredes extraneos tenet Alex. cons. 89. n. 5. lib. 4. Bero. cons. 113. nu. 30. lib. 2. Quia ad hoc responde-
7 tur, quod ad effectum, vt emphyteusis † imputetur in legitimam sufficit, quod peruenerit ad filios ab ipso patre, & ex contractu oneroso, & sufficit quod peruenerit ex bonis patris, nec requiritur, quod res emphiteotica alienari possit per ipsos filios. Et ratio est, quia pater posset etiam renunciare huic emphyteusi, vel prouidere quod illa non transiret ad filios, vt bene deducit Alex. in l. pater filium col. 3. ad leg. falcid. Vbi distinguit inter emphyteusim procedentem à patre, vel ab auo Paul. de Castr. in d. l. omnimodo §. imputari n. 4. C. de inof. testam. & Salicet. nu. 9. sufficit enim quod possit transire ad filios filiorum, vt ibi dicit Paul. de Castr. & bene Alex. in d. l. si patroni num. 8. ad trebel. & sequitur Ripa in d. l. in quartam n. 179. ad leg. falcid.

Non obstat Alex. cons. 89. nu. 5. lib. 4. Quia non loquitur in emphyteusi accepta à patre, sed ab Auo.

Non

Non etiam obstat,qnòd illud imputatur in
legitimam,quod filius habet, vt hæres patris,
secus si filius potest habere etiã quòd non sit
hæres patris,quia non imputatur in legitimã.
8 Sed in proposito,cum emphyteusis † sit rece-
pta pro filijs, & nepotibus potest filius repu-
diare hæreditatem, & habere emphyteusim,
vt per Bart. in l.iusiurandi de oper. liber. er-
go non imputatur in legitimam. Quia hoc
fundamentum procedere posset,quando em-
phyteusis esset acquisita titulo lucratiuo, sed
quando est acquisita titulo oneroso, non at-
tenditur, an filius habeat, vt hæres patris, vel
tanquam filius, quia sufficit, qnòd pater pos-
sit disponere in præiudicium filiorum, vt per
Salicet.in d.§.imputari,n.9.& Alex.in d. l. si
patroni, nn.8.ad trebel. Bald d.cons.110.nu.
2. lib.5. Vbi inquit,quòd etiamsi emphyteu-
9 sis † empta ex pecunijs patris transeat ad fi-
lium,non vti hæredem, sed vti filium, nihilo-
minus imputatur in legitimam, & hanc opi-
nionem tenet etiam Ripa in d.l.in quartam
n.178.& eamdem sequitur Fabian.in authen.
nouissima n.124.C.de inoff. testam.vbi refert
& sequitur d.cons. Bald.110. Et cum ista di-
stinctione debent intelligi Doctores allegati,
quicquid dicat Bero.d.cons.113. lib. 2. Et ita
quoque tenuit Rota in allegata Romana de
Lante.

In emphyteusi stante conuentione esse locum iuri accrescendi, etiam in portione transuersali,demonstratur. C. LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi an habeat locum in emphyteusi remissiue traditur.*
2 *Habet locum quando adest conuentio expressa, siue tacita.*
3 *Item datur inter descendentes cuiuslibet inuestiti.*
4 *Locum habet etiam in portione transuersali, stante conuentione.*
5 *Soror semel exclusa per fratrem semper remanet exclusa.*
6 *In emphyteusi masculus transuersalis quando excludat fœminam descendentem.*

ALPHONSVS recepit renouationẽ emphyteusis pro se,& nomine Ioannis, & Antonij suorum filiorum,necnon pro eorum filijs,& nepotibus masculis, & ipsis non existentibus pro fęminis natis, & nascituris, ita quod pars præmorientis ad superstites deueniat, & accrescat. Post mortem Alphonsi obierunt dicti eius filij ex Ioanne superstite Andrea,& ex Antonio superstitibus Iacobo, & Margarita eorum ex filijs prædefunctis nepotibus.

Defuncto autem proxime Iacobo sine filijs, & sic deficientibus masculis,ex linea Antonij Margarita prætendit succedere ad illius partem bonorum emphyteoticorũ licet Andreas nepos Ioannis superuiuat, ea ratione,quia inter nepotes diuersorum filiorum non potest esse locus iuri accrescendi. Nam cum Alphõsus receperit dicta bona pro filijs expressis nominibus,filij dicuntur inuestiti simul cũ patre pro æquali portione, & quando sunt plures inuestiti inter eos non est locus iuri accrescendi,nec portio vnius vadit ad filios alterius fratris ad tradita in l. si mihi, & Titio de verbor.oblig. Anchar. cons.775.nn.2.Dec. cons.263.n.4.& tradit Iacob. de Santo Georgio in inuest. fęud.§. dictiqne Vassalli nn.58. vers. tertio limitabitis:Sed deficientibus masculis vnius lineæ succedunt fœminæ exclusis masculis alterins lineæ iuxta cap.1. de duob. fratr. à cap. inuest. Vnde cum obierit Iacobus nepos Antonij relicta Margarita sorore infertur,quod in sua portione non potest prętendere Andreas nepos Ioannis,sed in ea solum debet succedere Margarita, tanquam euenerit casus quod defecerint masculi,quo casu vocantur fœminæ sicut dicimns de fęudo c. 7. de succes. fęud. in fin. c. 1. in fin.de fęud. March.

Sed istis non obstantibus contrarinm videtur resoluendum,quia omissa illa quæstione;
1 An † in emphyteusi habeat locum ius accre-
scendi de qua per Aluarot. in c.1.§. fin.nn.6.
de successíon. fęud. Dico hic adesse pactum
clarum quod pars præmoriẽtis ad superstites
deueniat: Vnde stante clara conuentione, nõ
est dubitandum an sit locus iuri accrescendi
2 de quo potest † conueniri, nedum expresse vt
fuit connentum hic c.1.de frat. de nou.benef.
inuest. c.1. de benef. fratr.c.1. de duob.fratr.
Zas. de succes. fęud. n.24. Sed etiam tacite
per alia verba, puta, Et quilibet insolidum
vel æquipollentia, vt per omnes in d. l. si mi-
hi,& Titio Anchar d.cons.245.Socin.Iun.cõs.
109. lib.2. Dec.cons.326.

Quapropter cum etiam sine isto pacto inter
3 descendentes † cuiuslibet inuestiti, & sic in
portione paterna esset locus iuri accrescendi
c.1. de nat.successſ. fęud. Zas. vbi supra nu. 3.
Dec. cons.53. Crauet.cons. 251.in fine Paris.
cons.13.n.58.lib.2.Ruin.cons.8.nu.7. & cons.
* 159. n.15 lib.1.vbi de * communi, quod suf-
ficit sit paternum Paris. cons.6.in princ. lib.1.
4 Necessario dicendum est hoc pactum † in-
telligendum esse in portione transuersali, &
sic quod portio vnius lineæ deficientibus ma-
sculis alteri accrescat,ad hoc, vt pactum ali-
quid operetur ad not. per Anchar. cons.186.
col.fin.vers. Item in Themate Aym. cons.294.
n.3. Ias. in l. filius familias §. Diui in 2. lect.
nu.15.de leg.1.Dec.cons.667.nu.7.

Non obstat quod adsit Margarita, quia vl-
traquod

5 tra, quod forte poteſt dici, quod ex quo † ſemel fuit excluſa per fratrem ſemper remaneat excluſa Dec. conſ. 190. n. 4. & conſ. 517. n. 6. Par. conſ. 22. n. 15. lib. 1. Dico quod cum in inueſtitura expreſſe ſint vocati maſculi, & illis deficiētibus fœminæ, & ibi adſit Andreas ex linea Ioannis non euenit caſus vocationis fœminarum, vt poſt Corn. concludit Gozzad. conſ. 13. nu. 15. Feder. de Senis conſ. 228. n. 2. Cur. Iun. conſ. 190. n. 2. Ruin. conſ. 48. n. 7. cum ſeq. lib. 1.

Et licet loquantur in portione paterna, tamen hic idem videtur eſſe poſtquam partes voluerunt, quod haberet locum ius accreſcendi, & quod in defectum maſculorum ſuccederent fœminæ, & ſic non obſtat c. 1. de duob. fratr. à cap. inueſt. Quia hic verba ſunt magis lata, cum admittant ius accreſcendi, & deficientibus maſculis admittant fœminas & ſic ius accreſcendi facit, quod non poſsit dici, quod non extent maſculi, ibi vero fuit ſtipulatus quilibet pro ſuis maſculis, & fœminis, & in defectum pro filijs alterius. Et nihilominus hic ceſſat omnis difficultas, quia hæc non fuit noua conceſsio ſed Alphonſus fuit renouatus pro ſe, & filijs, & nepotibus, vt ſupra, quo caſu quo ad ius accreſcēdi regulatur, vt
6 paternum, & maſculus † tranſuerſalis excludit fœminam deſcendentem videatur Paul. de Caſtr. conſ. 171. col. fin. lib. 2. qui decidit caſum in terminis.

Matri ſubſtitutionem factam eſſe ex ſubiecta facti ſpecie dilucide probatur. Cap. LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Vocati copulatiue admittuntur æqualiter, & non ordine ſucceſsiuo.*
2 *Pallit in perſonis in quibus cadit neceſsitas inſtituendi, & n. 3.*
4 *Teſtator, qui in primo gradu plures hæredes facit poteſt, vel omnibus, vel vni tantum vel aliquibus ſubſtituere in portione ſua.*
5 *In ſubſtitutionibus ſufficit dicere de eo non loquitur ſubſtitutio, nec verba hunc caſum, vel perſonam comprehendunt.*
6 *Fideicommiſſum eſt onus, nec vnquam inductum cenſetur niſi verba, & mens teſtatoris ſit clara.*
7 *Interpretatio nunquam fit, vt minus dilectus cenſeatur vocatus ante magis dilectum.*
8 *Onus quando pluribus in eodem gradu inſtitutis ſimpliciter imponitur non autem nominatim ab vno cenſetur omnibus inſtitutis in eodem gradu impoſitum.*
9 *In dubio cenſetur omnibus hæredibus iniūctum niſi in conditione grauamini adiecta de aliquo ex hæredibus fiat mentio quia tunc ille ſolus cenſetur grauatus de quo ſit mentio, & non alter.*
10 *Fideicommiſſum non inducitur de perſona ad perſonam etiam ex maioritate rationis.*
11 *Deciſ. Guid. Pap. 53 e. declaratur.*
12 *Conſ. Oldr. 21. communiter approbatur etiam ſine diſtinctione, An filij ſimul cum Patre fuerint vocati, vel ne, quia vtroque caſu procedit dictum conſ. quod ſubſtitutio non cenſeatur repetita quo ad filios.*
13 *Conſ. Rimin. 106. n. e. lib. 9 explicatur.*
14 *Caducato primo gradu ſubſtitutionis eſt locus ſequenti.*
15 *Conditio ſi ſine liberis deceſſerit verificatur etiã ſi deceſſerit ante agnitum fideicommiſſum.*
16 *Subſtitutio facta ab vltimo moriente, vt verificetur, & capiat omnia bona teſtatoris videtur inter ipſos inſtitutos inducere reciprocum fideicommiſſum.*

FRANCISCVS habēs Alexandrum filium maſculum, & Sulpitiam filiã fœminam ſuum condidit teſtamētum in quo dotata Sulpitia, cui iure inſtitutionis reliquit florenos 1500. In omnibus alijs eius bonis mobilibus ſuos hæredes vniuerſales inſtituit Alexandrum filium, & Catherinã matrem ipſius Teſtatoris, Et ſi contigerit prædictum Alexandrum quandocumque decedere ſine filijs ſubſtituit Hieronymum, & Antonium eius patruos æquis portionibus: Catherina autem præmortua eſt adita prius vna cum Alexandro pro ſua rata hæreditate Franciſci eumdemque Alexandrum eius nepotem hæredem inſtituit: Alexander autem qui illius hæreditatem adiuit demũ mortuus eſt ſine filijs. Ideoque ſubſtituti petunt totã hæreditatem in qua Alexander, & Catherina fuerunt inſtituti; Quæritur num iure petantur.

Et negatiue eſt reſpondendum, quia verba inſtitutionis ſunt clara, quod inſtituit vniuerſales hæredes Alexandrum filium, & Catherinam eius matrem, & cum dicat vniuer-
1 ſales hæredes † cenſentur æqualiter, & quilibet pro dimidia hæres inſtitutus l quoties. §. hæredes. ff de hæred. inſtit. præſertim cum fuerint inſtituti per copulam (&) quo caſu cenſentur pariformiter inſtituti l. reos. §. cum in tabulis, de duobus reis. Et licet Doct. in l. Gallus. §. quidam recte de lib. & poſthu. iſtud
2 limitent, vt nõ procedat † in perſonis in quibus cadit neceſsitas inſtituendi, tamen multi tenent contrarium, & ibi Iacob. de Aret Salicet. Imol. & Aret. & Rub. Alexand. qui dicit, quod contraria opinio non habet efficacem rationem prout etiam dicit Galiagul. n. 60. & alios citat Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 4. tit. 7. n. 5. verſ. neque vero. Et ideo Alciat. in d. §. quidam recte n. 17. dicit quod totum pēdet à coniecturata mente teſtatoris, & eſſe arbitrarium Iudici, qui non debet recedere à pro-

à proprietate copulæ nisi ex euidentibus signis. Sed hic de contraria mente apparet videlicet, quod voluit matrem concurrere cum Alexandro filio, quia Testator habebat etiam filiam fęminam, quam non instituit simul cum Alexandro, sed solum matrem, & Alexādrum: Vnde cum stante filia fœmina testator non teneretur instituere matrem cum prima successio sit descendentium, apparet, quod mater non fuit instituta propter necessitatem, & successiue non intrat supradicta limitatio de qua per Doct. vbi supra, sed est locus com-
* muni * opinioni secundum quam cessante ne-
3 cessitate † instituendi copulatiue vocati admittuntur æqualiter, & non ordine successiuo, vt traditur in d. §. quidam recte.

Cum igitur Alexāder, & Catherina fuerint æqualiter in primo gradu hæredes vniuersales instituti, quilibet scilicet eorum pro dimi-
4 dia, & certum sit posse † testatorem qui in primo gradu plures hæredes facit, vel omnibus vel vni tantum, vel aliquibus substituere in portione sua l. qui plures de vulg. & pupill. dico testatorem soli Alexandro filio non autem Catherinæ matri substituisse.

Primo quia quod substituere voluerit etiā Catherinæ Hieronymum, & Antonium patruos non apparet, & vulgatum est non admitti aliquem ad substitutionem nisi se vocatum probet in eū casum, qui euenit, quia in
5 substitutionibus † sufficit dicere de eo nō loquitur substitutio, nec verba hunc casum, vel personam comprahendunt. Io Andr. ad Speculat. tit. de testam. §. 1. vers. occurrit in addit magna, Socin. cons. 62. num. 4. vers. & in primis lib. 3. cum alijs de quibus per Socin. Iun. cons. 185. num. 3. lib. 1. Nam cum
6 fideicommissum sit onus l. si arrogator, ff. de adopt. l. cohæredi, §. cum filiæ de vulg. & pupil. nunquam censetur inductum nisi verba, vel mens testatoris sint clara Oldr. cons. 21, Dec. cons. 63 col fin. Crauet. cons. 180. in fine.

Secūdo quia cum dubitatur vtrum aliquis
7 sit vocatus nunquam † fit interpretatio ita vt minus dilectus censeatur vocatus ante magis dilectū l. publius §. fin. de condit. & demonstr. Bart. n. 5. & post eum alij in l. Gallus §. etiam si parente de lib. & posthu. & late Gabr. cons. 96 col. 5. n. 16. & col. 7. num. 21. vers. Quartus casus lib. 1. Sed Catherinæ in sua portione non est substitutus Alexander filius testatoris, & portio Catherinæ non potuit peruenire ad Alexandrum post aditam ab ipsa Catherina hæreditatem ex testamento Francisci, quia Alexander non fuit in aliquem casum Catherinæ substitutus; Ergo minus possunt dici Catherinæ substituti Hieronymus, & Antonius patrui multo minus dilecti.

Tertio aut isti substituti prætendunt sub fideicommisso, quo grauatus est Alexander sub conditione mortis sine filijs, contineri etiā bona quæ Alexander ex testamento Catherinæ consecutus est, & hoc dici non potest, quia illa Alexander ex testamento Patris, qui illum Catherinæ non substituit consequutus non est, sed ex testamento ipsius Catherinæ l. cohæredi de vulg. & pupil. l. ab eo. C. de fideicom. cum alijs de quibus per Crauet cōs. 144. nu. 4. Aut prætendunt ipsos fuisse substitutos non solum Alexandro, sed etiam Catherinæ sub eadem conditione Si Alexander sine filijs moreretur, illa ratione, quia testator Catherinæ, & Alexandro in eodem gradu primo institutis, Si Alexander moreretur sine filijs substituit non expressa persona cui substitueret, Et quando pluribus
8 institutis † in eodem gradu, onus simpliciter imponitur, non autem nominatim ab vno, censetur omnibus institutis in eo gradu impositum, l. si pluribus, de leg. 2. l. si hæredes, de leg. l. 1. si plures, de leg. 3. Et hoc admitti nequit, quia interpretatio hæc sumitur in fauorem institutorum, vt onus inter eos diuidatur, non autem fauore substitutorum contra hæredes, vt vtriusque portionem substituti accipiant, neque onus diuidatur inter hæredes, vt alter alterum grauet, hoc enim casu contra fideicommissarium facienda est interpretatio, vt dictū est.

Accedit, quia verba in casu nostro non sunt directa in bona, vt censeantur onerata ipsa bona ad quemcūque peruenient; Sed in personas, Quia verbū substituo dirigitur in personam, & ad effectum grauandi personam enunciatur, & à communiter accidentibus dirigitur in personam illius sub cuius mortis conditione substitutio fit, nisi ex verbis aliud euidenter appareat. In casu igitur nostro ex eo quod substitutio est facta, Si Alexander moriatur sine filijs satis apparet testatorem Alexandro in eum casum substituere voluisse non antem etiam Catherinæ ad not. per Aret. cons. 154. col. pen. in princip. & per Imol. in l. si fundum sub conditione §. si libertus nu. 1. ff. de leg. 1. quem sequitur Socin. in l. Paulus la 2. in fine de reb. dub. Vbi quod licet grauamen in dubio censeatur omnibus hæredibus
9 iniunctum, si tamen in conditione † grauamini apposita de aliquo exhæredibus fiat mētio, ille solum censetur grauatus de quo fit mentio, & non alter, & iste est casus noster, quia grauamen est impositum sub conditione Si Alexander sine filijs decesserit. Ergo solus Alexander de quo in conditione fit mentio intelligitur grauatus non Catherina.

Præterea si hoc admitteremus, dicendū esset in eumdē casum scilicet mortis Alexandri sine filijs substitutionem fuisse factam cuilibet in portione sua, quia non sunt inuicem substituti Catherina, & Alexander l. hæredes mei §. cum ita ad trebel. vbi Ripa nu. 24. Et consequenter si Alexander ante Catherinam mortuus fuisset intrasset substitutio etiam quoad portionem ipsius Catherinæ; quod tamen fuisset nimis absurdum quia, cum testator prætulerit Catherinam substi-

tutis in dimidia hæreditatis ei relicta non est
interpretatio facienda, vt dicti substituti mor-
tuo Alexandro nepote sine filijs ipsi Catheri-
næ preferantur: Præsertim quia in sua por-
tione Catherinam prętulit etiam filio proprio
neque est verisimile voluisse testatorem Ca-
therinam restituere portionem suam Agna-
tis, quam neque etiam voluit ab ea filio re-
stitui, aut nepotibus.

Non obstat quod si testator voluit grauare
filium ergo multo magis matrem, quia in ista
materia, vbi agitur de grauamine inferendo
argumentum istud non procedit, Alex. cons.
39.n.20.lib.3.Cephal.cons. 433.n.39.lib.3.Si-
10 quidem † nec paritas nec maioritas rationis
sufficit ad inducendum fideicommissum de
persona ad personam, vt late per Socin. Iun.
cons.185.nu.8 lib.2. Imò cum instituerit ma-
trem, & filium, & filio tantum fecerit substitu-
tionem, colligitur manifeste, quod noluit ma-
tri substituere, quia si voluisset fecisset c. inter
incorporalia §. vnde si circa. de translat. Epi-
scop. sicut dicunt Doct. in l. cum acutissimi de
fideicomm. & in l. cum auus de condit. & de-
monstrat. quod in substitutione non subintel-
ligitur conditio si sine filijs quando de filijs
fecit mentionem, & de eis non fuit loquutus
in substitutione: Et credendum est voluisse
testatorem matrem liberam relinquere con-
fidentem de ipsa, vt spe premij, & bonorum,
quæ eis relinquere poterat ab omnibus dili-
geretur, & obseruaretur.

11 Non obstat † decis. 531. Guid. Pap. qui in
casu suo, in quo instituto Stephano, & eius fi-
lijs coniunctim, & casu quo Stephanus dece-
deret sine liberis Henrico, & filijs substitutis
voluit onus intelligi repetitum defuncto Ste-
phano ante testatorē in persona ipsius Stepha-
ni illa ratione quia illud onus sub conditione
si decesserit sine liberis adiectum Stephano
censeri debeat ex dispositione legis repetitū
in personam filij Stephani cohæredis, qui fuit
ei in eodem gradu re, & verbis coniunctus
per l. quæ conditio de condit. & demonstrat.
Quia non disputando nunc de veritate illius
decisionis cum illa repugnet cons. Oldr. 21.
* cōmuniter * approbato, vt late per Dec. cons.
63.col.2.in fin. & cons. 210. n.5. & alibi etiam
12 sine † distinctione, An filij simul cum patre
fuerint vocati vel ne, quia vtroque casu pro-
cedit cons. Oldr. quod substitutio non censea-
tur repetita quo ad filios, vt per Crauet. cons.
98.n.14. vers secundo hanc opinionem. Dico,
quod opinio illa Guid. Pap. quod substitutio
censeatur repetita nō bene ad casum nostrum
applicatur, quia si fingamus similem substitu-
tionē fuisse factā Catherinæ, vt illi quoque si
sine liberis decesserit fuerint substituti Hie-
ronymus, & Antonius, clarum est substitutio-
nem illi factam expirasse, quia cum illa de-
cesserit relicto Alexandro eius nepote, non
potest dici sine filijs decessisse Angel. & alij
in l. Lucius la 2. ff. de hæred. instit. Socin.
cons. 14. nu.3. lib.1. Ruin. cons. 14. n.3. lib.1.

Accedit quia rationes Guid. Pap. suadent
eo casu, quo coniunctus consequutus est por-
tionem coniuncti caducam per ius accrescēdi
illā accrescere cū onere restitutionis adiecto
ipsi cohæredi, qui prædefunctus est; sed leges,
& auctoritates per eum allegatæ non suadent
vt onus etiam restituendi portionem propriā,
in qua testator eum non grauauit censeatur
coniuncto additum. Ergo neque in casu no-
stro dici potest Catherinam censeri debere
grauatam restituere portionem præsertim cū
ipsi portio Alexandri nō accreuerit nec ratio-
ne coniunctionis aliquid alter ab altero con-
sequutus sit, cum ambo portionem propriam
habuerint facta inuicem parte per concursum
vt supra dictū est, adeo quod vere dici potest
decisionem illam omnino casui nostro appli-
cari non posse.

13 Nihil etiam facit † cons. Rimin. 106. lib. 1.
n.9. & seq. vbi proponitur casus, quod Mathęus
& Fœdericus fuerūt instituti, & Mathæo fuit
substitutus Fędericus, Fęderico Monasterium,
& Fędericus decessit ante Mathęum, & quę-
rebatur an Monasteriū caducato primo gra-
du substitutionis per obitum Fęderici censere-
tur vocatum, & in quam partem, Nā etiam si
Rimin. sentiat substitutioni locū esse ad fauo-
rem Monasterij etiam respectu vtriusque por-
tionis, id tamen est, quia eo casu vterque gra-
uatus erat nēpe Fędericus, vt Monasterio re-
stitueret, & Mathæus, vt restitueret, vel Fæde-
rico, vt testator expressit, vel ex iuris inter-
pretatione ipsi Monasterio, si Fędericus ante
14 Mathæum decederet, quia caducato † primo
gradu substitutionis est locus sequenti, l. quā-
diu 3. & ibi Bart. nu. 10. ff. de acquir. hæred. cū
alijs per Marzar. de fideicom par. 2. quęst. 25.
Et conditio si Fędericus sine liberis decesserit
15 verificatur etiamsi † decesserit ante agnitum
fideicommissum Bart. in l. centurio n.32. ff. de
vulg. Corn. cōs. 180. n.6. lib.4. Dec. cōs. 416. n.9.

In casu autem nostro nullum grauamen
est adiectum Catherinæ, neque hic concurrit
quod Alexāder capiat portionem Catherinæ
iudicio testatoris, quo casu bene posset dici
Alexandrum censeri grauatum restituere etiā
portionem Catherinæ ex his quæ ponit Ripa
in l. hæredes mei §. cum ita nu.43. ad trebell.
Et præter hoc non concurrit clara testatoris
voluntas, quæ in casu Riminal. concurrebat
dum testator substituit Monasterium in om-
nibus bonis, quæ verba non poterant verifi-
cari, nisi vtriusque portio sub fideicommisso
caderet ex eo quod dicunt Doct. de substitu-
16 tione † facta omniū bonorum ab vltimo mo-
riente, quæ vt verificetur, & capiat omnia bo-
na testatoris, videtur inter ipsos institutos in-
ducere reciprocum fideicommissum, ad ea,
quæ habentur in l. codicillis, ff. de vsufr. le-
gat. & in l. quidam testamento, de vulgar. &
in d. l hæredes mei §. cum ita, ad trebel. & la-
te per Alber. cons. 32. nu. 10.

Non

Non obstat l. fin. §. scio, de leg. 2. & l. mulieri, & Titio, de condit. & demonstr. quia faciunt in contrarium, nam in l. mulieri, & Titio, erat relictum mulieri, & Titio, si mulier nõ nuberet, & tamen vult, quòd si nubat non excludatur Titius, & in d. l. fin. §. scio, omnes notant, quòd si post expressam vnam personã, apponatur conditio, ad illam personam tantũ refertur, sed hic illa verba, Et si cõtigerit præfactum Alexandrum, &c. non habent aliam personam nominatam, nisi Alexandrum, ergo conditio, & successiue grauamen ad Alexandrũ tantum refertur, maxime quia illa conditio non conueniebat Catherinæ auiæ, quo casu omnes conueniunt ibi, quòd ad eam non referatur.

Ex his itaque concludendum est bona Catherinæ non fuisse subiecta fideicommisso, quia ipsi Catherinæ substitutio facta non est, quam exploratissimum est non porrigi de persona ad personam, nec posse habere locum, vbi variatur persona eius, cui succeditur, & sub fideicõmisso iniuncto Alexandro, non possunt venire bona, quæ Alexander consequutus est non ex dispositione testatoris, sed ex testamento ipsius Catherinæ, vt ex præmissis plane percipitur.

Emphyteosis priuata transiens ad Ecclesiam, quando sortiatur naturam rei Ecclesiasticæ breuiter declaratum. Cap. LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis priuata transiens ad Ecclesiam si est hæreditaria non immutatur, sed eadem obligatio manet.*

2 *Ecclesia subrogata respectu emphyteuta in locũ illius, qui emphyteusim concessit ad idem tenetur, ad quod obligatus erat primus Dominus.*

3 *Fundus tributarius transiens ad Ecclesiam remanet tributarius.*

4 *Obligatio quando est perpetua, & perfecta, ita quod non pendeat eius essentia, non immutatur ex mutatione persona in tertij præiudiciũ.*

5 *Tempus mora quando attendatur in persona successoris.*

6 *Res non priuilegiata perueniens ad priuilegiatum assumit naturam, & priuilegium illius.*

7 *Emphyteusis priuata transiens ad Ecclesiam deuoluitur per biennium, quãdo mora cæpit cum Ecclesia.*

8 *Declara nisi Ecclesia recognouerit emphyteusim cum ijsdem pactis, modis, & formis de quibus in Instrumento confecto cum Domino laico, quia tunc emphyteusis nunquam deuoluitur nisi transacto triennio.*

9 *Recognitio limitata limitatum producit effectũ.*

10 *Dominus directus post concessam emphyteusim non potest canonem augere.*

11 *Item non potest alienando directum dominium duriorem emphyteuta conditionem ipso inuito reddere.*

PERSÆPE vsu euenire solet, quòd emphyteusis priuata, seu laicalis ad Ecclesiam transeat: Ideo conuenit, vt explicemus, quando rei Ecclesiasticæ naturam sortiatur. In qua quæstione duo casus sunt distinguendi.

Primus est, quando versamur circa ea, quæ
respiciunt obligationem iam perfectam, vt
1 accidit quãdo † emphyteusis est hæreditaria,
& tunc ex mutatione personæ non mutatur
obligatio, l. 2. §. ex ijs de verb. oblig. & tradit Bald. in authen. quas actiones n. 14. vers. si
autem non loquamur, & ibi Salicet. nu. 7. vers.
secundo casu. C. de Sacros. Eccles. Idque procedit etiamsi persona sit priuilegiata, vt est
2 Ecclesia. Nam cum Ecclesia sit † subrogata
respectu emphyteutæ in locum illius, qui emphyteusim concessit, ad idem tenetur, ad quod
obligatus erat primus Dominus, argum. l. si
cum §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. vbi Ias.
n. 23. cum sequenti multa subijcit exempla,
quæ conferunt ad decisionem præsentis quæ-
3 stionis. Hinc etiam fit, quod si fundus † tributarius transit ad Ecclesiam, remanet tributarius c. 1. & ibi Abb. & cæteri de censib. Et
4 ratio est quia quando obligatio † est perpetua, & perfecta, ita quod non pendeat eius essentia, non potest immutari ex mutatione
personæ in tertij præiudicium glos. vltim. in
c. 2. de decim. lib. 6.

Secundus casus est, quando versamur circa
8 ea, quæ † ortum habent in personam successoris, vt est mora, & tunc attenditur priuilegium successoris, & tempus moræ l. cum quidam. ff. de vsur. Quia obligatio non est firma-
6 ta, quo casu dici solet, quod † quando res non
priuilegiata peruenit ad priuilegiatum, assumit naturam, & priuilegium illius Abb. cons.
9 num. 1. in fin & n. 2. lib. 1. Ias. in d. authen.
quas actiones sub n. 42. vers. sed ad istam materiam. C. de Sacros. Eccles. Et in his terminis procedit dictum Salicet. in l. 2. n. 36. & ibi
Ias. n. 51. C. de iur. emphyt. quod in re priua-
7 ta, quæ † transit ad Ecclesiam sufficit bienniũ
ad deuolutionem, sicut in emphyteusi Ecclesiastica, licet prius quam deueniret ad Ecclesiam non deuolueretur ante trãsactum triennium. Nam quamuis vbi mora est cepta cum
priuato, puta, quia iam in persona priuati
transierit vnus annus, & postquam Ecclesia
successit transiuit alius annus, Ecclesia non
vtatur eius priuilegio, sed requiratur trienniũ
Nihilominus quando mota fuit cœpta cum
Ecclesia sufficit biennium, vt per Bero. cons.

120. num.13. lib.1. Corbul.de iure emphyt.
rubr. de cauſ. priuat. ob non ſolut.can. q. 2.
per tot.

Sed iſtud intelligitur verum, quando em-
phyteuſis ſimpliciter tranſiuit in Eccleſiam,
nec liquet ſub quibus conditionibus emphy-
8 teuta illam recognouerit; ſecus ſi limitate † il-
lam recognouit, nempe cum iiſdem pactis, mo
dis, & formis de quibus in inſtrumento confe
cto cum primo Domino Laico; Quia tunc ſi
fuit conuentum, quod res non caderet in com
miſſum niſi elapſo triennio, ſicut Dominus
Laicus non poterat ad deuolutionem contra
emphyteutam agere elapſo ſolo biennio, ita
9 nec Eccleſia, quia recognitio † limitata limi-
tatum producit effectum l. in agris de acquir.
rerum domin. Adeo quod per permutatio-
nem ſeu tranſlationem directi dominij in Ec-
cleſiam nullum cenſetur præcedentibus pa-
ctis præiudicium illatum per ea quæ tradunt
Doct. in cap. 1. vbi Ioan. Andr. ſub nu. 6. Card.
3. quæſt. & Ant. de Butr. prope fin. Anchar.
num. 7. de cenſib. Quod etiam in dubio præ-
ſumendum eſt cap. ſuper hoc, de renunciat. l.
postquam liti vbi Dec. nu. 26. C. de pact. cum
alijs per eumdem conſ. 452. num. 22. Et facit
quia ſicut Dominus directus poſt conceſſam
10 emphyteuſim † non poteſt canonem augere,
vt per Corbul. vbi ſupra quæſt. 5. pariter non
poteſt directum dominium alienando dete-
11 rem † emphyteutæ conditionem ipſo inuito
reddere Ioan. Andr. in d. cap. 1. nu 6. de cen
ſib. dum diſtinguit inter excipientem, & non
excipientem ius ſuum.

Alienans emphyteuſim reſeruato conſenſu Domini, quando excuſetur, vt non priuetur iure ſuo. Cap. LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta alienans rem emphyteoticam ſaluo conſenſu Domini cadit à iure ſuo ſecundum communem opinionem.*

2 *Fallit ſi adſit clauſula, Et non alias, aliter nec alio modo, &c. quia tunc caducitas non incurritur etiam ſequuta traditione ante impetratum conſenſum, & nu. 3.*

4 *Emphyteuta alienans ſub conditione ſi Domino placuerit, vel ſi Domini conſenſus acceſſerit caducitatem non incurrit.*

5 *Quod nullum eſt nullum producit effectum.*

6 *Proximior ex venditione conditionali non admittitur ad retractum.*

7 *Emphyteuta probibitus alienare etiam cum clauſula reſeruato conſenſu ſeu beneplacito Domini, & non alias, &c. ſi alienet cum dicta clauſula, caducitatem incurrit, ſed Rota ommiſſo rigore, ſolet Canonem augere.*

QVIDQVID ſtatuendũ
ſit quãdo ſimpliciter quæ
ritur, An emphyteuta a-
lienans rem emphyteoti
cam ſaluo cõſenſu Domi
ni cadat à iure ſuo, Non-
nullis partem negatiuam
tenentibus, quos refert,
& ſequitur Menoch. conſ.
38. nu. 24. & ſeq. lib. 1. Alijs vero multis opi-
nionem affirmatiuam amplectentibus relatis
à Corbul. de cauſ. priuat. ob alien. ampliat.
1 31. quam & † communẽ * dicunt Dec. cõſ. 160.
* n. 3. & ſeq. Ripa in c. cum M. nu. 80. de conſtit.
Roland. conſ. 51. nu. 28. lib. 2. Iul. Clar. in §. em
phyteuſis q. 13. verſ. item quæro. Nihilominus
certum eſt, quod ſi dictæ reſeruationi conſen
2 ſus fuerit adiecta † clauſula, & non alias ali-
ter, nec alio modo, &c. alienãs excuſatur, nec
intrat caducitas, etiã ſequuta traditione ante
impetratum conſenſum, vt tenet Bald. in c. 1.
§. fin. nu. 5. quæ fuer. prima cauſ. benef. amit.
* quem ſequuntur cõmuniter * Doct. * vt dicit
Ripa reſponſ. 144. nu. 3. ſecundũ vnã impreſ-
ſionem, & ſecundum aliam impreſſionem lib.
3. cap. 1. cod. nu. 3. Idem Ripa in d. c. cum M.
* nu. 80. verſ. ſecundo intellige, de * cõmuni
Clar. in d. §. emphyteuſis, quæſt. 13. nu. 5. be-
nẽ verum eſt, Cotta in memorial. in verbo em
phyteuta alienans, late Grãmat. deciſ. 163. Ri
min. Iun. conſ. 285. nu. 59. cum alijs cumulatis
per Corbul. d. tit. de cauſ. priuat. ob alien. li-
mit. 37. Iſta enim verba, & non aliàs, &c. fa-
ciunt deficere partium cõſenſum, ita vt nihil
egiſſe videantur, ſi Domini conſenſus non ac-
ceſſerit, Curt. Sen. conſ. 8. n. 4. Cozad. conſ. 3.
nu. 23. Iaſ. conſ. 86. n. 16. lib. 3. cum alijs citatis
per Ceph. cõſ. 118. n. 13. & ſeq. lib. 1. Rolã. cõſ.
63. n. 29. & ſeq. lib. 4. Vnde Domino nõ cõſen
tiente, non poteſt dici facta alienatio, vt dicit
Clar. in §. feudum, quæſt. 13. verſ. Item quæro,
3 & in d. verſ. benè verum eſt, nec † intrat cadu
citas, vt fuit pluries in Rota deciſum. & ſi-
gnanter in vna Romana deuolutionis domus
20. Aprilis 1598. coram Penia, & per prius in
vna Tiburtina Caſtri Viuarij, de anno 1588.
corã Cardinale Seraphino, vbi agebatur de vẽ
ditione facta cum ſimili reſeruatione, & clau-
ſula, nec aliàs aliter, &c. & faciunt tradita per
Corbul. in loco ſupra citato, limit. 36. de alie-
natione facta ſub cõditione ſi Domino placue
rit, vel ſi Domini conſenſus acceſſerit, nam
per adiectionem huius conditionis excuſatur
4 emphyteuta † à caducitate, quia non purifica
ta conditione, perinde eſt, ac ſi alienatio facta
non fuiſſet c. ſuper eo, & ibi Doct. de condit.
appoſ. Tiraq. qui alios citat, de retract. lign.
§. 1. gloſ. 2. nu. 22. Roland. conſ. 7. nu. 12. lib. 3.
& conſ. 63. nu. 16. & 24. lib. 4. Tholom. deciſ.
63. incip. Vicentina Parochialis Curt. Sen.
conſ. 8. ſub nu. 8. in fine, & nu. 9. & ſeq. lib. 1.
& conſequenter non poteſt producere effe-
5 ctum caducitatis, Nam quód † nullum eſt,
nul-

nullum est nullum producit effectum ad not. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. & nullam meretur executionem Rolan. d. conf. 63. n. 45.
* lib. 4. Gramat. decis. 49. vbi de *communi, quē-
6 admodum dicitur in simili, quod † ex vendi-
tione conditionali non admittitur proximior ad retrahendum, vt latè post alias Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloss. 2. num. 21. & seq.

Sed dubium est, si in concessione fuerit dictum, quòd non etiam possit alienari cùm clausula reseruato consensu, seù beneplacito Domini, & non aliàs, &c. & si fiat alienatio de facto, quòd incurratur caducitas, nunquid stante huiusmodi pacto, seu concessione intret caducitas, vbi facta reperiatur alienatio sub dicta conditione, si Dominus consenserit, & non alias, &c. Et affirmatiuè videtur respon-
7 dendum, quia Dominus † non intendebat cō-
cessionem aliter facere: Rota tamen, quæ semper solet initi æqnitate, stante tali dubio in vna Romana prætentæ diuolutionis Domus 24. Iunij 1597. Coram Cardinale Serafino, noluit quidqnam decidere, sed mandauit augere canonem, & ita contra caducitatē tenuit omisso rigore iuris, &c.

Apocha seu cedula priuata, quando dicatur sufficienter recognita, & quam fidē faciat. Item quando præiudicet posterioribus habentibus hypothecam, seu pignus ex publico instrumento. Cap. LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata non probat, nisi sit recognita per testes, qui dicunt se fuisse præsentes, & vidisse illum, cuius scriptura prætenditur scribere, & subscribere.*

2 *Declara, nisi scriptura fuerit ab eodemmet scribente recognita.*

3 *Item, nisi in eius productione pars aduersa tacuerit.*

4 *Scriptura priuata, vt probet sufficit secūdum stylum Curiæ, quòd testes deponant habere notam manum scribentis, licet non fuerint præsentes, præsertim si scriptura sit de partib. & n. 5.*

6 *Probat etiam de iure communi concurrentibus adminiculis, si testes dicant habere notā manū.*

7 *Item probat plenè sine depositione testiū, quando ex comparatione apparet de omnimoda similitudine literarum, dummodò probetur, quod scriptura ad quam fit comparatio sit certa illius personæ, cuius esse prætenditur illa, quæ recognoscitur, & num. 8.*

9 *Habens partium subscriptionem, & recognita plenam fidem facit contra debitorem, licet in ea non sint testes adhibiti.*

10 *Item contra debitorem plenè probat, quando ab eo fuit subscripta, & de eius tantum obligatione agitur, secus si esset vltrò citroq; obligatoria.*

11 *Subscripta à partibus, & trino etiam teste bonæ opinionis munita, quoad hypothecam operatur etiam in præiudicium posteriorum creditorum habentium hypothecam, seu pignus ex publico instrumento.*

12 *Amplia etiam si aliundè constet de veritate ipsius scripturæ per veras probationes etiam quod non sit probatum testes esse probatæ, & integræ opinionis nisi vtcta qualitas à statuto requiratur.*

13 *Dispositio l. scripturas C. qui potior. in pign. habean. quando locum non habeat.*

14 *Euitatur etiam ex adminiculis.*

15 *Creditor quando admittatur ad iuramentum suppletorium in materia cedula priuata.*

* COMMVNITER *admittitur illa conclusio, quòd Apocha, seu scriptu-
1 ra priuata † non probat, nisi sit recognita per testes, qui dicunt se fuisse præsentes, & vidisse illū, cuius scriptura prætenditur scribere, & subscribere, Alex. conf. 76. nu. 4. lib. 3. Ias. in l. admonendi nu. 88. in 3. can. de iureiur. Felin. in c. 2. n de fid. instrumen. t Dec. conf. 615. nu. 3. Paris. conf. 19. nu. 43. & seq. lib. 3. Ruin. conf. 61. nu. 3. lib. 4. Afflict. decis. 181. nu. 8. Gramat. decis. 93. n. 14. Achil. decis. 193. alias 2. de fide instrum. Caputaq. decis. 27. li. 1. in manuscriptis Rota diuers. decis. 515. nu. 3. lib. 3. par. 3. & fuit tentum in vna Romana Domus, seu duorum millium 10. Maij 1589. coram Cardinale Paleotto.

2 Quod intellige verum † nisi scriptura fuerit ab eodemmet scribente recognita, Bart. in d. l. admonendi nu. 26. Ripa nu. 101. Dec. in d. rubr. de fid. instrum. nu. 50. Alex. conf. 82. in princip. lib. 4.

3 Secūdò intellige, nisi † in cuius productione pars tacuerit, quia tunc illam approbasse videtur Aym. de antiq. tempor. par. 1. §. quæritur etiam num. 23. & seq. Surd. decis. 199. nu. 70. Caputaquen. decis. 99. num. 2. & seq. par. 2. Tertiò eadem conclusio fallit attento stylo
4 Curiæ, secundum † quem sufficit, quòd testes
deponant habere notam manum scribentis, licet non fuerint præsentes, Vestr. in praxi. lib. 6. cap. 1. nu. 8. Rota diuers. decis. 124. nu. 2. par.
5 2. Præsertim si † scriptura sit de pactibus, cùm
non possint in Curia reperiri testes, qui deponant vidisse illum scribere, vel subscribere apocham, de cuius recognitione agitur, Caputaq. dicta decis. 27. lib. 1. in manuscriptis.

6 Quartò fallit † concurrentibus adminiculis, quo casu etiam de iure communi sufficiūt testes dicentes habere notam manum, Aym. de antiquit. tempor. par. 1. §. viso de verbis, nu. 7. in fine, Ruin. conf. 46. sub nu. 9. vers. suppletur antem, & sub nu. 11. vers. istud vltimum, lib. 4.

7 Vltimò fallit, si ex ipsa † comparatione appareat de omnimoda similitudine litterarum quia tunc sola comparatio absque testium depositione facit plenam probationem, Ptolom. in repet. d. l. admonendi sub numero 67.

verſ. Secundus caſus. ff. de inreinr. Roman.
ibidē nu.61.& Curt. Sen.n.118.verſ.ſecundo.
8 Dū tamē probetur,quod † ſcriptura, ad quā
ſit comparatio ſit certa illius perſonæ, cuius
eſſe prætenditur hæc,quæ recognoſcitur, iux.
tex in l.comparationes. C. de fid.inſtrum.Me-
noch. de arbitr. caſu 144. & tenuit Rota in
vna Romana de Maluetijs 25. Maij 1587. co-
ram Cardinale Plato.

9 Porro huiuſmodi † priuata ſcriptura habēs
partium ſubſcriptionem, & recognita plenam
fidem facit, & habet vim publicæ ſcripturæ
contra ipſum debitorem, licet in ea non ſint
teſtes adhibiti, l. ſcripturas. C. qui pot.in
pign. habeant. Bald. conſ.149. circa fin.verſ.
Item non dico, & conſ.198.in princip. lib. 1.
Quinimo ad hanc effectum ſatis eſt, quod ſit
10 ſuſcripta † à ſolo debitore, quando de eius
ſola tantum obligatione agitur, quidquid di-
cendum ſit,ſi eſſet vltro citroque obligatoria,
vt declarat Romanus in d. l. admonendi ſub
num. 62. verſ. Item adde,quem ibi ſequuntur
Curt.Sen.ſub n.110.Cato Sacch.n.46. Coraſ.
n.75.Purpur.n.166.& alij.ff.de iure iur. Imol.
in c.2.nu.10.verſ. Intellige,& ibi Felin.ſub nu.
7. verſ.Nona declaratio de fid.inſtrum Alex.
conſ.181.nu.4. verſ.Et dicit lib.2. Tob. Non.
conſ.79.ſub n.2.qui alios allegat, & fuit di-
ctum in vna Romana pecuniaria 3. Decem-
bris 1593. coram Cardinale Pamphilio.

11 Si autem apocha † ſit à partibus ſuſcripta,
& trino etiam teſte bonæ opinionis munita,
quoad hypothecam operatur etiam in præiu-
dicium poſteriorum creditorum habentium
hypothecam,ſeu pignus ex publico inſtrumē-
to,vt in d.l. ſcripturas, in fin. C. qui pot. in
pign.habean cum ibi not Gabr.in tit.de pro-
bation.concluſ.10.n.1. Et idem eſt ſi aliunde
12 cōſtet † de veritate ipſius ſcripturæ per veras
probationes, etiam quòd non ſit probatum
dictos teſtes eſſe probatæ, & integræ opinio-
nis, vt exigit tex. in d.l. ſcripturas, quia ſuf-
ficit,quòd tales à iure præſumuntur,quidquid
dicendum ſit, ſi iſta qualitas requireretur à
Statuto,Felin in c.cum Ioannes n.44.in fin.de
fid.inſtrum. Socin.Iun.conſ.29.n. 26.lib.2. la-
te Couar. in cap.relatum il 1. n.7. de teſtam.
& fuit dictum in eadem Romana Pecuniaria.

Quinimò hoc in caſu apocha priuata ſorti-
tur ſuum effectum contra creditores hypo-
thecarios poſteriores, quamuis non ſit trino
teſte munita; Quia cum tota illa diſpoſitio
l.ſcripturas fundata ſit in ſuſpicione fraudis,
ne ſit in mero arbitrio ſolius debitoris per
ſcripturam priuatam à ſe poſt longum tem-
pus confectam, ius prioris creditoris tollere,
vt per Bald.n.2.& alios Doct.ibid. Tiraq. qui
late materiam hanc tractat. de retract. con-
uent.§.1.gloſ.7. n.48.& bene per Decian.cōſ.
13 11.n.142.lib.1. Quoties hæc ſuſpicio † tolli-
tur ex aliquibus veris, & certis probationi-
bus, eius diſpoſitio ceſſat, & præfertur credi-
tor,qui nititur priuata ſcriptura, vt bene de-
ducit idem Tiraquel. vbi ſupra n. 55. & ſeq.
ex auctoritate Bald.conſ.198.n.5.lib.1. Idem
tenet Bald.in d.l.ſcripturas n.6. Bart. & An-
gel.ibid.Imol.Felin.in 3.declaratione,& cęte-
ri in c.2.de fid.inſtr.Purpurat in d.l.admonē-
di n.170.qui teſtatur de communi Socin. Sen.
conſ.174.n.2.lib.2.Calcan.conſ. 24. n.15. Co-
uar. pract. quæſt. cap.22.n.1.Gabr.d.concluſ.
10. de probat. nn.9. cum ſequen. Vincen.de
Franc. deciſ.95.nu.7. Caputaquen.deciſ.112.
par.3. in impreſſis, & fuit dictum in alia Ro-
mana pecuniaria ſub die 1. Iulij 1587.coram
Cardinale Blanchetto.

Ad huiuſmodi tamen probationes facien-
14 das admittuntur etiam † adminicula, vt per
eundem Tiraquel.n.59.Decian. vbi ſupra, &
fuit tentum in alia Romana pecuniaria 24.
Maij 1589 coram Cardinale Seraphino. In
qua pro adminiculo fuit conſiderata qualitas
creditoris,qui erat perſona valde digna,& ab
omni ſuſpicione ſimulationis aliena, & quia
non diſputabatur de credito,quod erat clarū,
15 ſed † tantum de hypotheca, quæ in cedula
nominatim erat conſtituta,& ſic ſolius præla-
tionis erat contentio, fuit dictum, quòd pro
maiori cautela creditor erat admittendus ad
iuramentum ſuppletorium.

Scriptura Notarij ex ſtylo Curiæ quomodo ſit recognoſcenda paucis declararatum. Cap. LXXX.

SVMMARIVM.

1 Scriptura notarij habetur pro plene recognite ſecundum ſtylum Curiæ, quando teſtes deponunt ſe cognoſcere manum, vel ſcripturam,& perſonam ſcribentis.

2 Recognitio ſcripturæ ſi teſtes ſint mortui, vel non reperiantur fit per comparationem cum alijs ſcripturis publicis eiuſdem notarij.

3 Comparatio ſcripturarum facit plenam probationem, quando ex ea apparet de omnimoda ſimilitudine litterarum, ſi autem adſit aliqua diſſimilitudo tunc probat ſolum ſemiplene, & num.4.

5 Ex comparatione ſcripturarum recognitio facta non valet niſi etiam probetur, quod ſcriptura ad quam ſit recognitio ſit certa illius notarij cuius eſſe prætenditur illa quæ recognoſcitur.

6 Recognitio in tranſumpto antiquo non requiritur, vel ex ſtylo Rotæ ſufficit recognitio facta etiam inter alias perſonas.

SI dubitetur de ſcriptura
Notarij an ſit ſcripta, vel
ſubſcripta eius manu,iuxta
1 ſtylum Curię habetur † plo
plene recognita,quando te-
ſtes deponut ſe cognoſcere
manum, vel ſcripturam
& per-

& personam ſcribentis Veſtr.in praxi lib. 6.c.
1.n.8. Rota deciſ. 554. & 709. in antiq.& in-
ter impreſſas diuerſ.deciſ. 124. num.2. par.2.
Præſertim, vbi ſunt inſtrumenta de partibus,
quia non poſſunt in Curia reperiri teſtes qui
deponant vidiſſe illũ ſcribere illud Inſtrumen
tum de cuius recognitione agitur Caputaqu.
deciſ.27. lib.1.An manuſcriptis,qui refert ita
fuiſſe tentum in quadam Maioricen. coram
Antonio Auguſtino.
Si autem teſtes ſint mortui,vel nõ reperian
2 tur,tunc pro † recognitione facienda eſt com
paratio cum alijs Inſtrumentis publicis ab eo
ſubſcriptis l.comparatione C.de fid. inſtrum.
Menoch.de arbitr.caſu 114.n.29.ſiue cũ ſcrip
turis eiuſdem notarij repertis in Archiuio pu
blico Salicet.in d.l.Cõparationes col. 4. verſ.
Et ex prædictis, & ita fuit obſeruatum coram
Cardinale Plato in vna Romana fideicommiſ
ſi de Gallis de anno 1586. Et quamuis Curt.
Sen.in repetit.l.admonendi nu.114.verſ.vlti-
mo requiritur.ff.de iureiuran.teneat quod lit
teræ debeant eſſe omnino ſimiles, tamen hoc
intelligi debet, quãdo adeſſet diſſimilitudo in
pluribus litteris non in vna tãtum, & videtur
fuiſſe de mente Angel. in §.ſi quis igitur n.3.
in authen.de fid. inſtrument.Bene verum eſt,
quod ſi ex cõparatione appareat de omnimo-
3 da ſimilitudine litterarum, tunc † compara-
tio facit plenã probationẽ Ptolom.in repet d.
l.admonẽdi ſub n.67. verſ. Secũdus caſus.Ro-
man.ibi nu.61.& Curt.Sen.nu.118.verſ.Secun
4 do. Sed ſi adſit aliqua diſſimilitudo † tunc nõ
facit plenam probationem,ſed ſemiplenam,vt
* de*communi teſtatur Ripa in d.l.admonendi
nu.113. & quando adſit omnimoda diſſimili-
tudo vel litteræ ſint in aliquo diſſimiles totũ
reſidet in arbitrio Iudicis,vt dicit Roman. d.
nu.61. quem alij ſequuntur.
Eſt tamen in hac materia aduertendum,
5 quòd is,qui intendit † facere recognitionẽ in
primis, & ante omnia tenetur probare,quòd
ſcriptura,ad quam vult facere comparationẽ,
ſit certa illius notarij,cuius eſſe prętẽdit hãc,
quam vult recognoſci,iuxta tex.in d l.compa
rationes,C.de fid.inſtrum.Menoch.de arbitr.
caſu 144.& tenuit Rota in vna Bononien.de
Maluetijs,25. Maij 1587.coram Card,Plato.
Et prędicta quidem locum habent,niſi aga-
6 tur de tranſumpto antiquo,quia tunc † reco-
gnitio non eſt neceſſaria,cum per antiquitatẽ
præſumantur omnia neceſſaria pro legitima
tranſumptatione interueniſſe, Hoſt. Innoc. &
alij in cap. Albericus de teſt.& in cap.fin.de
fide inſtrum. Iaſ. in authen. ſiquis in aliquo,
n.5.C.de eden.& in l.publicari, n.5.C. de te-
ſtam.Put. deciſ.359. nu.6.lib.2.& fuit tentum
in vna Caſertana beneficij 13. Maij 1598.co-
ram Peuia, vel ſaltem ex ſtylo Rotæ ſufficit
recognitio facta etiam inter alias perſonas,
vt per Mohed. deciſ. 178. Put. deciſ. 108. &
151. lib.2. Afflict. deciſ.145. nu.3.

Exemplo ſeu copiæ ſimplici, an, & quando ſit fides adhibenda breuiter,& dilucide explicatum. Cap. LXXXI.

SVMMARIVM.

1 Copia ſimplex non habens requiſita de quibus in cap.1. de fid. inſtrum. non probat.

2 Item extracta ex aliena ſcriptura parte nõ citata,et ſine Iudicis auctoritate nullã fidem facit.

3 Copia copiæ non probat, etiam quòd à pluribus notarijs ſit conſcripta, & illi notarij atteſtentur ſe vidiſſe originale.

4 Notarius aliquid atteſtando, quando remaneat nudus teſtis de auditu.

5 Copia ſimplex probat,quando concurrunt adminicula, ſeu coniecturæ ſufficientes.

6 Fides Iurispatronatus ex pluribus ſequentibus præſentationibus, quæ ſortitæ ſint effectum,ſufficienter adminiculatur,vt ei ſtandum ſit.

7 Inſtrumentum minus ſolemne probat, quando ſecundum illius tenorem apparet obſeruatum fuiſſe.

8 Copia alterius copiæ fundationis Iuris patronatus ex regiſtro ſumpta, fidem facit, concurren rentibus præſentationibus.

9 Copia producta parte citata plenè probat,quando nihil contra eam fuit oppoſitum, nec poteſt amplius impugnari.

10 Proteſtatio quæ fit contra iura producta,dicen. generalia contra, operatur, vt remaneat ius ſaluum excipiendi quandocunque, quod alias fieri non poſſet.

11 Non operatur poſt rem iudicatam, licet obtenta fuerit reſtitutio in integrum.

12 Copia extracta in vim compulſoriæ parte non citata ad dicendum contra, ſi nihil contra eam opponatur, plenè probat.

13 Seruans pacta alicuius ſcripturæ illam probare videtur.

14 Agens ex cõtractu dicitur contractũ ratificare.

15 Exemplũ exẽpli in Archiuio reperti non probat, niſi oſtẽdatur originale,etiamſi vtrumq; exemplum ſolemniter extractum fuerit, & nu.16.

17 Item poſitum in Archiuio, vt exemplum, nullam fidem facit.

18 Item non probat, quamis ſit confectum per centum notarios.

19 Angeli opinio, quòd exemplo in Archiuio reperto ſtandum ſit, reprobatur.

20 Scriptura priuata non habens requiſita ad faciẽdum plenam probationem ex eo ſolum,quòd reperitur in Archiuio nõ efficitur publica, nec plenè probat ſed remanet priuata.

21 Exemplo teſtamenti reperto in Archiuio non debet fides adhiberi, ſi non oſtendatur originale.

22 Locus Archiuij non tribuit robur ſcripturæ minus ſolemni, ſi in eo cuſtodiantur aliæ ſcripturæ non authenticæ.

23 Scriptura notarij carens ſigno,& ſubſcriptione nõ ſumit robur ex filza,in qua adſũt aliæ ſcriptura nõ authẽtica,niſi concurrãt adminicula.

VVL-

VLGATA quoque
est iuris cōclusio quod
scriptura priuata, &
1 copia † non habens
requisita in c.1.de fid.
instrum. non probat l.
exemplo.C.de probat.
Præsertim si extracta
sit ex aliena scriptura
parte non citata, & sine Iudicis auctoritate
2 quo casu † nullam potest fidem facere c.fin.de
fid. instrum. vbi Innoc. & alij Bart. Purpurat.
Curt. Iun. & alij in authen. si quis in aliquo.
C.de æden.late Couar.pract. quæst cap.21. n.
4. Put.decis.137.lib.3.& si sit copia copiæ non
3 probat † etiam quod à pluribus notarijs sit
conscripta Dec. in d.authen. si quis in aliquo
n.8.& etiam si illi notarij attestarentur se vi-
disse originale, quia cum nemo illorum fuerit
4 rogatus † remanet nudus testis de auditu Ias.
in d.auth. si quis in aliquo n.2.& Cagnol.ibi
n.51.Curt.Iun.cons.166.nu.3.vers.cum igitur
Socin.Iun.cons.2.nu.1.lib.2.

Fallit autem hæc regula præcipue in tribus
5 casibus. Primus est,quando † concurrunt ad-
minicula,seu coniecturæ sufficientes ad indu-
cendum animum Iudicis ad credendum exē-
plo seu copiæ simplici Caputaquen.decis.234.
nu.2.& sequen.par.2.vt dicitur de fide funda-
6 tionis iurispatronatus,quæ † ex pluribus sub-
sequentibus præsentationibus, quæ sortitæ
sint effectum sufficienter adminiculatur, vt ei
standum sit,vt tenuit Rota in vna Camerinen.
Iurispatronatus coram Cardinale Millino de
anno 1593. Hinc etiam Aym. cons.101. nu.4.
7 tenet instrumento † minus solemni fidem esse
adhibendam, quando secundum illius tenorē
apparet obseruatum fuisse, Et in vna Roma-
na Iurispatronatus coram Cardinale Blan-
chetto die 3. Iunij 1594. fuit adhibita fides
8 copiæ † alterius copiæ fundationis iurispatro-
natus ex registro sumpta ex eo quod concur-
rebant tres præsentationes quæ suum sortitæ
fuerant effectum.

Secundus casus est, quando copia fuit pro-
9 ducta † parte citata, & nihil contra eam fuit
oppositum tunc enim illi standum est, quia
pars tacēdo illam approbasse videtur, nec de-
bet audiri etiam si postea vellit eam impu-
gnare Felin.in c. quoniam contra num.52.de
probat.& in c.2.n.31.in fine de testib.Caputa-
quen.decis.238.n.4.par.1. & decis.117. nu. 4.
par.3. Put.decis. 159.n.2.lib.1.& decis.99. n.
2.lib.2.& tenuit Rota diuers.151.lib.3. par.3.
Vnde inoleuit praxis,vt in termino citationis
apponantur generalia contra, cum hoc casu
10 remaneat † ius saluum excipiendi quando-
cunque,quod aliter fieri non posset Vestr.in
praxi.lib.5.cap.fin.nu.10. Caputaquen. decis.
323.n.1.& per tot.& 330. n.4.par.1. & decis.
278.& 279.par.2. Et ita intelligenda est deci-
sio Putei 119.lib.2.dum dicit, quod contra
iura producta potest opponi semper ante sen-
tentiam in eadem instantia,quia hoc procedit
vbi à principio fuerunt opposita generalia
contra alias secus;Quod præsertim locum ha-
11 bet post rem iudicatam,quia tunc talis † pro-
testatio non suffragatur licet obtenta fuerit
restitutio in integrum, vt fuit decisum in vna
Bracharen.iurispatronatus 1.Martij 1602.co-
ram Cardinale Seraphino. Idem est si copia
12 extracta † in vim compulsoriæ parte non ci-
tata, & sic nulliter postea in Curia produca-
tur vocata parte ad dicendum contra, & ni-
hil dicatur contra eam quia tunc dicitur ap-
probata præsertim si pars ea vtatur Alexand.
cons. 185. in fin. lib. 6. Rota decis.2. de fid.
instr.in nouis. Put. d. decis. 159. num.2.lib.2.
13 & videmus in simili quod † seruans pacta
alicuius scripturæ illam approbare videtur
Calcan.cons.22.nu.8.& qui agit ex contractu
14 dicitur † contractum ratificare Dec.cons.367.
n.3.cum simil. & fuit dictum in vna Perusina
executionis 10.Martij 1595. coram Penia.

Tertius est casus quando exemplum in
Archiuio reperitur, & tunc illi standum est
etiam si non inueniatur originale secundum
Angel.& Alex.in d.auth.si quis in aliquo Ias.
in l. admonendi nu. 99. de iureiuran. Rimin.
Iun.cons.23.n.162.lib.1. cum adductis per Pe-
demont.decis.96.sub n.3. & seq.

Sed aduertendum est, quod hæc limitatio
prout ponitur à prædictis simpliciter nō pro-
cedit. Nam aut volumus illam intelligere
de exemplo scripturæ in Archiuio repertæ
producto, & sic de exemplo exempli, & trita
15 est regula † quod si non constet de originale
exemplum hoc non probet Bart.in d. authen.
si quis in aliquo, & ibi omnes, & præsertim
* Alciat. super glos. 2. qui de communi * atte-
statur Cagnol.sub nu.64.Alex.cons.108.nu.4.
lib.5.Corn.cons.24.n.13.in fin.& n.14. iuncto
n.5.per totum lib.4.cum alijs per Mascard.de
16 probat. conclus. 712. qui ampliat etiam † si
vtrumque exemplum solemniter extractum
fuerit, & tenuit Rota inter impressas diuers.
decis.733.n.1.par.1.& per Put.decis.159. n.4.
lib.1. Et istud maxime procedit si fuit opposi-
tum,& petitum, vt ostenderetur originale, &
non fuit ostensum Roman. cons. 174. in fine
Natt.cons.633.n.19.lib.3.Gramat. decis.106.
in fine,& de communi Curt.Iun.cons.166.col.
2.cum concor.per eumdem Mascard. conclus.
711.in princip.

Aut volumus intelligere dictam limitatio-
nem de primo exemplo existente in Archiuio
17 & tunc † neque fidem facit si scriptura fuit
Archiuiata vt exemplum Dec. in d. authen. si
quis in aliquo n.23.vers.sed tamē. C.de eden.
quem sequitur Gabr. de probat. conclus.5. in
fine, & licet d.decisio Pedemont. 69.sub nu.6.
ipsum repræhendat tamen Dec.bene loquitur
Quia quando officialis suscipit,scripturam,vt
exemplum non potuit esse rogatus de con-
tentis in ea ideo remanet nudus testis de au-
ditu sicut dicitur de alijs publicis notarijs.
qui

18 qui † etiam si essent centum, qui conficerent
dictum exemplum non tamen eis crederetur
sine ostensione originalis Curt. Iun. in d.au-
* then.si quis in aliquo n.30.vbi de * communi:
Vnde Cagnol. ibid. sub nu. *66.* in fine inquit
19 quod limitatio prædicta † Angel. & sequa-
cium, aut est inepta, aut non bona. Et credo
20 quod bene dicat, quia quando † scriptura pri-
uata non habet requisita ad faciendum ple-
nam probationem, ex eo solo quod reperitur
in Archiuio non efficitur publica nec plene
probat, sed remanet priuata, late Corn. cons.
142.n.6.lib.3. Paris.bene declarans cons. 27.
n.48.& sequen.lib.2.Dec.cons.458.n.5.& seq.
Put.decis.440.& 451.lib.2.Caputaquen.decis.
41.par.1.n.3.vbi inquit in hoc casu anctorita-
tem Archiuij nihil suffragari. Et in terminis
21 testamẽti quod eius exẽplo reperto in Archi-
uio non debeat fides adhiberi, si non ostenda-
tur originale responderunt Curt. Iun. d.cons.
166.& Marian. Iun.cons.2.lib.2.
Quod præcipue locum habet si in Archiuio
22 custodiantur † aliæ scripturæ non authenticæ
quia tunc talis locus non potest tribuere ro-
bur scripturæ minus solemni Felin.in c.ad au-
dientiam sub num.10.de præscript. Aym.de
antiq. tempor. in 4. limit. sub n.2. Sicut in si-
23 mili videmus, quod scriptura † notarij carens
signo, & subscriptione non sumit robur ex
filza, in qua adsunt aliquæ scripturæ non au-
thenticæ, nisi concurrant adminicula, vt fuit
resolutum per Rotam in vna Parmen. Status
de anno 1589. coram Cardinale Seraphino.

Si duo instrumenta contraria, seu scripturæ diuersæ productæ reperiantur, cui magis standum sit, declaratur. Cap. LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura diuersa sub eadem die, & ab eodem notario confecta si à diuersis producantur se inuicem non tollunt quando possunt concordari si autem non possint statur potiori.*
2 *Si sint æqualis potentiæ attenditur originale.*
3 *Si vero vna plus continet alia, statur pleniori nisi vna plus oneris contineat, quia tunc illa attenditur quæ minus continet, & n.4.*
5 *Legatum solui debet secundum scripturam testamenti quæ minus continet, licet in alia scriptura plus legatum legatur.*
6 *Instrumenta duo contraria sub eadem die, & ab eodem notario confecta si ab vno producantur neutri statur.*
7 *Amplia, vt neutri stetur etiam si non sint contraria, sed solum diuersa.*
8 *Mandata duo diuersa si eodem tempore facta exhibeantur neutrum valet.*
9 *Instrumenta contraria non probant etiam in illa parte in qua conueniunt, secundum communem opinionem, reprobata contraria sententia.*
10 *Instrumenti fides nullam recipit diuisionem.*
11 *Tollitur si instrumenta inuicem pugnent ex verisimilitudine, licet non ex necessitate.*
12 *Incertitudo vitiat omnem dispositionem.*
13 *Confessio ex productione iurium resultat.*
14 *Ex duabus scripturis productis ab eodem quarum vna sit copia, alia authentica statur digniori.*
15 *Confessio resultans ex productione docto de errore reuocatur.*
16 *Item reuocatur quamuis sit iurata.*
17 *Scriptura priuata, seu copia simplex per se nullam fidem facit.*
18 *Producta nullam operatur confessionem producentis.*
19 *Producens scripturam aliquam non intelligitur fateri contenta in ea, nisi quatenus scriptura illa per se probet.*
20 *Scripturæ contrariæ productæ si sint æqualis potentiæ se inuicem tollunt.*

OPPORTVNE subsequitur videndum, vbi duo producuntur Instrumenta, seu duæ scripturæ repugnantes sub eodem die, & ab eodem notario confectę, cui magis fides adhibeatur? Et pro resolutione distingue duos casus.
1 Primus est, quando à diuersis † producun-
tur diuersæ scripturæ, & tunc vna non tollit
aliam, sed vtrique statur, si possint concorda-
ri, & si non possint concordari, statur po-
tiori, Salicet. in l. scripturæ n.4.C. de fid.in-
2 strum.& quando sunt † æqualis potentiæ ad
tollendam contrarietatem, recurritur ad ori-
ginale. Curt. Iun.cons. 166. Si vero vna con-
3 tinet † plus, quam alia, statur scripturæ ple-
niori, Gemin.cons.76. n. 2. vers. præterea, &
n.3. Alex.cons.105. præsertim sub num.3.lib.
2.& cons.70.n.5.lib.1. Rota decis.671.num.3.
& 4. par.1. diuers. Boer. decis.252.n.1.Tunc
enim est præsumendum, quòd Notarius per
errorem omiserit in vna illarum id, quod cõ-
tinetur in altera, vt dicunt Doct. præallegati.
4 Quod intellige, nisi vna † scriptura plus one-
ris contineat, quam alia, quia tunc intrat di-
spositio l. Sempronius Proculo. ff. de leg. 2.
quod scilicet illa scriptura attendatur, quæ
minus continet: Nam, vt ibi disponitur, si in
5 vna † tabularum eiusdem testamenti sit lega-
tum minus, & in altera plus, solui debet le-
gatum iuxta illas tabulas, quæ continent mi-
nus, & ita tenet Bald.in l.cum proponebatur,
ff. de leg. 2. Et si bene aduertatur hoc etiam
sentit Socin. Sen. in cons.177. col. 2. vers. &
super hac contrarietate lib.2.Nam ex eo ipse
determinat in casu suo debere attendi scri-
pturam

pturam pleniorem, quia minorem obligationem continebat, nam substitutio, de qua in in vna illarum scripturarum sub duplici conditione facta, idest si sine filijs, & nullo condito testamento filius decessisset, minus oneris continebat, respectu ipsius filij granati, quã alia concepta sub vnica tantum conditione, si sine filijs, quæ in alia scriptura legebatur iuxta l. generaliter. C. de instit. & substit.

6 Secundus casus est, quando † ab eodem producuntur duæ scripturæ contrariæ sub eadem die, & ab eodem notario confectæ, Et * tunc communis, * & trita est conclusio, quòd neutri stetur, quia vna tollit alteri fidem, cum ignoremus quæ sit vera, & de hoc est tex. in d. l. scripturæ, vbi Bald. & Salic. id notant, C. de fid. instrum. & in c. imputari, extra eod. tit. Curt. Iun. conf. 166. nu. 9. glos. & Doct. in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen. Oldrad. conf. 1. sub n. 9. Bertran. conf. 233 col. 1. Boer. decis. 211. n. 3. Marsil. in rubr. C. de probat nu. 341. Viu. de com. opin. in ver. testamenta dno no. 60. Vazq. de success. par. 2. lib. 1. §. 2. n. 46. Tiraquel. de priuil. piæ causæ priuil. 35. Clar. in §. testamentum in vlt. quæst. Bursat. conf. 36. n. 1. lib. 1. Aym. conf. 143. nu. 5. Michael. Cras. recept. sent. in §. testamentum quæst. 91. Nam licet sit contentio, an sit recurrendum ad originale, de qua per Doct. in d. l. Sempronius. ff. de leg. 2. tamen omnes conueniunt, quod si non apparet de originali interim neutri scripturæ stetur ad fauorem producentis, quia imputatur producenti repugnantes scripturas, qui debuit illas prius perpendere, & considerare, & alteram ex eis eligere d. c. imputari, & ibi glos. Butr. & Imol. in fin. Abb. in princip. Felin. nu. 4. & 6. Ideo Speculat. in tit. de instrum. edit. §. videndum restat nu. 5. admonet volentem instrumenta producere, quod ea prius legat, & perlegat, quia si quid contra se continebant erit locus carmini. Heu patior telis vulnera facta meis.

Amplia conclusionem istam, vt neutri scripturæ
7 stetur † etiamsi non sint contrariæ sed solum diuersæ glos. in d. l. scripturæ, & ibi Io. Faber n. 2. & Salic. in fin. Butr. in d. c. imputari nu. 2. circa med. & alij supra allegati, qui plura afferunt exempla, quæ diuersitatem inducunt non contrarietatem, & tamen in eis neutri fides adhibetur. Ideo Rota alias re-
8 soluit, quod si eodem tempore † facta adhibeantur duo mandata diuersa neutri stetur, vt per Mohed. decis. 57. vbi dat rationem, quod incertitudo facit, vt ignoremus, quod sit verũ l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutel. idem tenet Socin. conf. 2. n. 11. lib. 2. Salic. in d. l. fin. n. 22. C. de edict. Diu. Adr. tollen. vbi Alex. n. 28. Ias. n. 29. & 32. Sebast. Sap. n. 111. Zuccard. n. 454.
* qui testantur de * communi, & cum istis pertransit Surd. conf. 141. lib. 1. licet velit recurrendum esse ad originale, quod tamen in hoc casu per Ferran. Gargiar. ex pluribus negat d. patrocin. 25. per totum, & Gramat. conf. ciuili 66. n. 58.

Secundo amplia, vt scripturæ contrariæ non
9 probent † etiam in ea parte in qua conueniunt Bar. in d. l. scripturæ n. 3. vers. pone quod ego, & vers. si vero Salic. n. 1. & 4. Socin. conf. 278. nu. 11. lib. 2. vbi loquitur in duobus testamentis, & conf. 28. n. 9. lib. 3. Barbat. conf. 7. n. 5. lib. 2. Corn. conf. 63. col. 2. vers. Imò si dicerent lib. 1. Curt. Iun. conf. 17. num. 6. Surd. qui alios allegat conf. 173. n. 26.

Contrarium tamen tenet Cyn. in d. l. scripturæ n. 1. col. 2. vers. in secundo autem exemplo, vbi si duæ scripturæ producantur, quarum vna dicat, quod emi solus, altera, quod emi cũ vxore, ego obtinebo pro parte, quia quoad eam non sunt contrariæ, Idem tenet Bald. ibi n. 10. quia ratione suspicionis in parte non remouetur fides alterius partis in qua non inuenitur suspicio allegat tex. quem dicit notabilem, in l. filius. §. sequens quæst. ff. de fals.

* Sed à prima opinione, quæ videtur * communis ego non recedo; Et primo moueor,
10 quia † fides instrumenti nullam recipit diuisionem, Felin. post Bald. in c. ad audientiam n. 2. de rescript.

Secundo, quia non est verisimile, quòd eadẽ die, & coram eisdem testibus, quis fecerit duo instrumenta contraria, ergo necesse est dicere, quòd sibi inuicem derogent in totum, quia inuerisimilitudo non respicit partem, sed totum Instrumentum, Salicet. vbi supra nu. 4. &
11 & secundum Bart. præalleg. sufficit † instrumenta inuicem pugnare ex verisimilitudine, licet non ex necessitate.

Tertio me mouet ipsa incertitudo, quæ pariter totum instrumentum respicit, quia ignoramus quod sit verum; ergo ratione incertitudinis vtrique in totum fides adimitur, glos. in l. fin. vers. missis. C. de edict. Diu. Adr. tol. quæ loquitur in duobus testamentis, late Marsil. in rub. C. de probat. nu. 382. vbi multa
12 cumulat ad probandum, quod † dispositio quæcunque inficiatur propter incertitudinẽ.

Non obstat Bald. ex aduerso allegatus, quia loquitur, quando contra Instrumentum militat sola suspicio falsitatis, & tex. ab eo allegatus in d. l. filius, loquitur quando non totũ Instrumentum reuocatur in dubium, sed sola pars, vt declarat idem Bald. in l. satis aperte, n. 2. C. de falsis.

Sed hoc in loco oritur non lenis quæstio, finge quòd ab eodem sint productæ duæ scripturæ contrariæ, vna priuata, & copia simplex, alia publica, & authentica, dubium est an se inuicem tollant, vel potius sit standum publico Instrumento ad fauorem producentis.

In hoc articulo communis opinio est, quòd neutri scripturæ fides præstetur, quam tenet glos. in d. c. imputari de fid. instrum. dicens quod tunc statur digniori, & sic publicæ, quãdo productio fit à diuersis, non ab eodem, sequitur Io. Andr. ibi, & Ant. de Butr. nu. 1. & 3.

Anchar.

Anchar.nu.2.Imol. in princ.Abb.nu. 4. Felin. nu.3.& 8. Hanc etiam tenet Cyn. in d. l.scrip turæ,in princ. & n.3. Bart. qui * communem dicit in 2. lect. in princ.quæst.1. Paul. de Castro nu.3.& 4. Angel nu. 1. Io.Fab. in princ. Salicet. nu.2. late Bocr. decis.252. & præsertim nu.2. & 5. Fundatur hæc opinio, quia in damnū producentis non minus creditur scripturæ priuatæ, quàm publicæ, si non ex vi ip-
13 sius scripturæ, saltem ex ipsa confessione partis, quæ † resultat ex productione, vt declarat Curt. Iun. in d. authen. si quis in aliquo, nu. 21. Neque enim publica habet maiorem auctoritatem,quàm priuata, cui accedit confessio partis, quæ superat omnes probationes etiā instrumentarias,& sunt iura clara: Vnde cum sint æquales quoad producentem,sequitur quòd ratione repugnātiæ se inuicē tollāt.

Contrariam sententiam, quòd immo si ex
14 duabus † scripturis productis vna sit priuata, altera vero publica, stetur digniori, hoc est publicæ,tenet glos.in d. l. scripturæ C.de fid. instrum. Et licet ea glos. interpretetur à præallegat. quando productio fit à diuersis, tamen hoc clare determinat Bald. ibi nu.7. dicens, quòd & si producens priuatam scripturam illi stare teneatur, tamen fallit quando contrarium probat per publicam,quia publica derogat priuatæ,l. testamento, ff. de hæred. instit.

Et hæc secunda opinio mihi magis placet, tum quia est æquior, tum etiam quia ratio exaduerso adducta non videtur bona; quia
15 docto de errore † per scripturam authenticā statim renocatur confessio resultans ex productione priuatæ, quod illa fit vera, Rom. in l.1.ff. si quis simpliciter de verb. oblig. Alex. cons.90. in princ.lib.1.Rimin. Sen cons.372. num. 27. & cons. 596. num. 2. Quinimmo si
16 pars † expressè id fassa fuisset cum iuramento, adhuc detecto errore confessio reuocaretur, quia licitum est cuique credere hodie vnum, & cras si melius informatus sit credere aliud, nec propterea sit periurus, Roman. cons.391. sub nu. 4. Gemin. in cap.1. nu. 10. de confess.lib.6. Iaf.in l.error nu.30.C.de iur. & facti ignor. Dec. in cap. venerabilis post nu. 15. de except. de communi * Mandos. in addit. ad Roman. d.cons.391. nu.5.
17 Considero etiam,quòd scriptura,seu copia simplex per se nullam fidem facit, ad not.cōmuniter in l. admonendi ff. de iureiuran. & in l. scripturas C. qui pot. in pign. habean. Ideo ex eius productione nullus potest oriri effectus,ad tradita per Rolan.cons.63.nu.23.
18 lib. 1. & in specie nec † etiam quo ad hoc, vt qui illam producit, dicatur fateri contenta in ea, Bart. in l. post legatum in princ. nu.2. vers. item contra hoc ff. de his quibus vt indign. Roman.cons.194.nu.2. Alex.cons.108. nu.4. & 5. lib.5. & cons.124. lib.7. nu.7. Afflict. decis.25. nu.5. & 6. & ibi Gram. in ad-
19 dit.Vnde qui producit † scripturam aliquam, nō intelligitur fateri contēta in ea,nisi quatenus scriptura illa per se probet, Ægid. decis. 391. Felin.in cap.cum venerabilis sub nu.26. de except. Cephal. cons. 236. nu.19 lib.2.& cons.377.num.74. lib.3. Rimin. Iun.cons.28. nu.175. Surd.cons.151. num.96. Cum igitur scripturæ non sint æquales, priuata tollitur per publicam,cui standum est,vt inquit Bald.
20 in loco supra citato. Nam ita demum † sibi inuicem fidem minuunt, & confunduntur, si sint paris potentiæ, & non aliàs, vt per Alex. d. cons.108. lib.5.

Præsentatio facta de Clerico absente ad beneficium, an & quando sustineatur. Item an nominatio facta de non Clerico sit valida. Et quid de præsentatiōne facta ab hæretico absoluto per abiurationem. Cap. LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio facta de Clerico absente ad beneficium non valet.*
2 *Ab absente patrono fieri potest per litteras.*
3 *Præsentatio etiā de Clerico absente valet,quando à præsentato intra tempus datum ad præsentandum fuit ratificata, & per Ordinarium admissa.*
4 *Item valet, quando præsentatus est taliter notus habenti illum instituere, vt examinatione non egeat.*
5 *Declara dummodo sequatur acceptatio præsentati infra tempus & admissio ordinarij,bis autem deficientibus præsentatio non sustinetur.*
6 *Item declara,quando datur concursus plurium præsentatorum, quia tunc notitia non sufficit, sed examen omnino requiritur, licet alia requisita concurrant.*
7 *Præsentatus licet alias fuerit approbatus ab Ordinario, tamen pro beneficio acquirendo iterum examinari debet.*
8 *Amplia licet alias fuerit approbatus respectu beneficij Curati,quia si præsentetur ad aliud,adhuc debet de nouo examinari.*
9 *Nominatio, seu electio facta per patronos etiam de non Clerico valet dummodo nominatus antequam præsentetur personaliter ordinario, sit Clericus effectus, & nu. 11.*
10 *Non tribuit ius aliquod nominato, seu electo.*
12 *Tex. in cap. sacramenta, & in cap. munera de elect. declaratur.*
13 *Præsentatio, seu nominatio facta ab eo,qui iam amisit propter crimen heresis ius præsentandi, & omnia alia eius bona,non valet.*
14 *Ius patronatus per absolutionem obtentam mediante abiuratione non recuperatur.*
15 *Relapsus de iure nō potest admitti ad secundam abiurationem, nec pœnam mortis euadere.*
16 *Quamuis gratiam vitæ obtinuerit. non tamen intelligitur ad bona pristina restitutus.*

17 Bo-

17 *Bona ex sola gratia obtenta aduersus delictum non recuperantur, nisi id fuerit expressum.*

COMMVNIS conclusio est, quòd præsentatio facta de absente Clerico non valet: Nam licet ab absente
1 patrono † fieri possit per litteras, cap. ea noscitur vbi Abb. n. 3. de his quæ fiũt à Prælat. & cons. 76. nu. 2. lib. 2. tamen de absente
2 Clerico † præsentatio fieri non potest, & facta regulariter non tenet, glos. in Clement. dudum in verb. præsentare de sepult. not. Abb. in d. cap. ea noscitur sub n. 3. de his quæ fiunt à Prælat. Rota decis. 3. de iurepatron. in nouis.

Limitatur hæc conclusio, vt non procedat,
3 quando † præsentatio fuit à præsentato intra tempus datum ad præsentandum ratificata, Card. in cap. fin. vers. quare quia dixi de iurepatron. Abb. in cons. 76 sub nu. 3. lib. 2. Rota d decis. 3. de iurepatr. in nouis Lambert. eod. tit. lib. 2. par. 1. quæst. 11. art. 5. Et insuper per ipsum ordinarium admissa, Abb. d. cons. 76. nu. 2. Rocch. de Iurepatron. in verbo honorificum, quæst. 6. sub nu. 27. & Lambert. d. quæst. 11. art. 4.

4 Secũdo limitatur, vt nõ procedat, vbi † alias præsentatus est taliter notus habenti illum instituere, vt examinatione non egeat, vt notant Doct. præalleg. & Lambert. d. q. 11. art. 3. Paul. de Cittadin. de iurepatron. par 6. art 9. quæst. 32. nu. 17. Et tenuit Rota in vna Valentina beneficij 16. Maij 1583. coram Cardinale Lancellotto, & in vna Regien. beneficij 14. Decembris 1587. coram Cardinale Pamphilio.

5 Sed hæc limitatio intelligitur † secuta acceptatione præsentati infra tempus, & admissione Ordinarij, vt erat in casu d. decisionis, vbi etiam concurrebat præfata notitia præsentati, ex quo fuerat ordinatus ab ipso Ordinario; secus est si prædicta non concurrant, quia tunc præsentatio non suffragatur, vt per Abb. d. cons. 76, Lambert. d. q. 11. art. 3. & Rocch. sub d. n. 27. circa fin. Idq; præsertim quãdo agitur de Ecclesia parochiali, & datur concursus
6 plurium præsentatorũ, quia † tunc examinatio est omnino necessaria, & notitia non sufficit, licet interueniant alia requisita, vt fuit tentũ per Rotam in vna Astoricen. Parochialis 11. Maij 1587. coram Gypsio, & notat Lambert. d. quæst. 11. art. 3. nu. 5. & sequen. Sed neque sufficit quòd præsentatus fuerit semel approbatus ab Ordinario respectu ordinum,
7 quia adhuc iterum † examinari debet pro beneficio acquirẽdo, glos. in cap. accepimus, vbi Innoc. Hostien. Io. Andr. Abb. & Butr. in 6. not. de ætat. & qualit. Quinimmo hoc casu
8 examinatio est adeo necessaria, vt etiam † si quis aliàs fuerit approbatus respectu vnius beneficij curati; Nihilominus, si præsentetur ad aliud, debeat de nouo examinari, vt per Io. Andr. ad Speculat. in rubr. de iurepatr. quem sequitur Rocch. in eodem tract. in verb. honorificum num. 76. & tenuit Rota apud Guidobon. decis. 70.

Verumtamen illud admonendi sumus pro declaratione prædictorũ quòd quamuis præsentatio facta de absente clerico regulariter
9 non valeat, vt dictum est, valet tamen † nominatio facta per patronos etiam de non clerico, dummodo nominatus antequam præsentetur personaliter Ordinario sit clericus effectus. Nam duo tempora in hac materia inspiciuntur: Primum nominationis, alterum præsentationis, videlicet quando nominatus à patronis personaliter subijcitur oculis Ordinarij, qui debet illum instituere, vt possit videre, & examinare, An sit idoneus ad regimen beneficij cap. cum nobis, & c. cum olim, & c. vltimo de elect. in 6. Quamuis igitur patroni primo tempore laicũ nominent, non prop-
10 terea fit irritus actus, cum illa † nominatio non tribuat ius aliquod nominato Sarnen. ad regulam de non tollen. iur. quæsit. quæst. 1. Vnde Abb. in cap. vlt de iurepatr. nu. 4 dicit per nominationem, seu electionem à patrono factam non transferri aliquod ius speciale in electum, cum ille actus nominandi sit tantum quoddam initium ad institutionem obtinen-
11 dam. Et in his terminis, quòd † nominatio facta per patronos laicos etiam de non clerico ad beneficium, sit valida, fuit tentum per Rotam in vna Burgen. Abbatiæ 19. Decembris 1588. coram Penia, Vbi ad iura in cap. Sacramenta, & in cap. munera de elect. & alia relata per Lambert. de iure patron. lib. 2. par. 1. q. 7. art. 7. dicentia præsentationem de laico factam esse nullam, fuit responsum, quod sunt
12 intelligenda † de præsentatione propriè dicta, quæ tunc fit cum præsentatus coram Ordinario personaliter sistitur ab eo institutionem accepturus.

Præterea non est omittendum, quod licet omnia requisita ad præsentationem seu nominationem faciẽdam concurrant, nihilominus
13 præsentatio † non valet neque etiam nominatio quãdo est facta ab eo, qui iam amisit propter crimen hæresis ius præsentandi, & omnia alia eius bona cap. secundum de hæretic. lib. 6. Quod procedit etiam si fuerit absolu-
14 tus per abiurationem, quia † per absolutionem obtentam mediante abiuratione iuspatronatus nõ recuperatur Panormit. in c. quia diligentia ad fin. de elect. Rocch. de iurepatron. in verb. competens quæst. 10. Lambert. eodem tract. lib. 3. quæst. 8. art. 2. per tot. Maxime quando non agitur de abiuratione indicta loco purgationis canonicæ iuxta decis. Achil. 1. de hæretic. sed sumus in relapso
15 qui de iure † nõ potest admitti ad secundam abiurationem, nec pœnam mortis euadere cap. ad abolendã de hæret. c. super eo eod. tit. lib. 6.

16 lib. 6. Vnde quamuis gratiam † vitæ obtinuerit non tamen intelligitur ad bona pristina restitutus præsertim in præiudicium compatronorum, quibus medio tempore ius quæsi-
17 tum fuit, quia ex sola gratia † obtenta aduersus delictum bona non recuperantur nisi id fuerit expressum Bart. & alij in l. 2. C. de sent. passis. Alex. in l. si maritus la. 1. nu. 4. ff. solut. matr. Et in istis terminis Dec. in d. cap. quia diligentia nu. 19. de elect.

Quando lis vertitur inter patronos, vel præsentatos, quæ non finitur intra tempus datum ad præsentandum. An collatio beneficij ad Episcopum deuoluatur. Cap. LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus lite vertente inter præsentatos non tenetur expectare quadrimestre, vel semestre, sed potest nõ obstante contradictione præsentatorum beneficium libere conferre, quando de iurepatronatus non constat.*
2 *Non potest statim conferre quando dubitatur, an beneficium sit de iurepatronatus, & patroni inter se litigant de iure, vel possessione illius, sed debet expectare patronos Laicos per quatuor mẽses, & Ecclesiasticos per sex intra quos lis debeat finiri, causa vero non finita libere poterit cõferre sine præiudicio euincentis.*
3 *Idem est quando patroni litigant de præsentatione ex vi iuris præsentandi.*
4 *Item quando lis est inter ipsos præsentatos, & non inter patronos ex vi iurispatronatus, & præsentandi non tamen ex vi formæ, vel prærogatiuæ præsentationis, & meritorum secundum aliquos, sed contrarium fuit per Rotam resolutum, vt in num. 5.*
6 *Episcopus siue Ordinarius non potest conferre beneficium iurispatronatus iure deuolutionis quando patroni intra tempus iura sua deduxerunt, & requisiuerunt Episcopum, vt causam expediret protestando quod tempus sibi non curreret, & ipse distulit eam expedire.*
7 *Item non potest conferre etiam post lapsum tempus, quando patroni litigant super præsentatione ratione prærogatiuæ, vel formæ præsentationis, aut meritorum præsentatorum.*
8 *Item non potest post lapsum quadrimestre, vel semestre Ecclesiam alteri conferre quãdo constat de iurepatronatus, vel illud præsupponitur, & lis pendet super præsentatione facta.*
9 *Item nec iure deuolutionis potest conferre quando lis est super libertate Ecclesiæ inter ipsum Episcopum, & patronos.*
10 *Similiter non potest conferre ex iure deuoluto, quando lis est inter ipsos præsentatos in tempore super prælatione eorum præsentationis etiam si lis intra tempus requisitum non finiatur.*
11 *Dispositio cap. quoniam in fine de iurepatron. habet locum solum quando lis est inter patronos, secus si inter præsentatos.*

PLERVMQVE controuertitur nunquid vertente lite inter patronos, vel præsentatos, quæ non finitur intra tempus datum ad præsentandum, collatio beneficij ad Episcopum deuoluatur? Et pro resolutione recurrendum est ad doctrinam Paul. de Eleazar, quam referunt, & sequuntur Card. in Clem. plures quæst. 18. art. 9. eod. tit. & amplexa fuit per Rotam in vna Terdonen. Iurispatronatus 19. Februarij 1601. coram Penia, vbi infrascripti casus distinguuntur.

Primus est quando non constat de iurepatronatus, nec præsentãtes esse patronos, & hoc
1 casu non obstãte † cõtradictione præsentatorũ Episcopus potest libere conferre, nec tenetur expectare quadrimestre, vel semestre Cardin. d. q. 1. vers. secundo casu, Anchar. nu. 14. vers. secundo casu. Imol. n. 18. Abb. in c. si vero in secundo not. num. 3. de iurepatron. Lambert. d. art. n. 7. vers. tertio casus.

Secundus casus est quãdo dubitatur, An be-
2 neficium † sit de iurepatronatus, & tunc si patroni inter se litigant de iure, vel possessione iurispatronatus Episcopus non potest statim conferre, sed debet expectare patronos laicos per quatuor menses, & Ecclesiasticos per sex intra quos causa debet finiri, & causa non finita Episcopus Ecclesiam libere conferet sine præiudicio euincẽtis c. si vero c. cum propter c. quoniam in fine de iurepatron. Card. d. q. 1. vers. tertio casu Anchar. nu. 14. vers. tertio casu Imol. num. 18. vers. tertio casu Lambert. d. art. 9. nu. 20. vers. vndecimus casus.

3 Tertius casus est, quando † patroni litigant de præsentatione ex vi iuris præsentandi, & tũc idem dicendum est quod in præcedenti casu, Card. d. q. 1. vers. secũdo casu quãdo litigãs Anchar. n. 14. vers. si vero litigans, quod quidem
4 procedit etiã † quando lis est inter ipsos præsentatos, & non inter patronos ex vi iurispatronatus, & præsentandi, non tamen ex vi formæ, vel prærogatiuæ præsentationis, & meritorum, vt per Lambert. d. art. 9. n. 17. in 8. casu.

5 Sed in hoc vltimo contrarium † tenuit Ant. de Butr. in c. cum venn. n. 8. de offic. ordin. & fuit resolutum per Rotam in d. Terdonen. Iurispatronatus 10. Ianuarij 1600. & 19. Februarij 1601. coram Penia.

Declarãtur tamen secũdus, & tertius casus,
6 vt non procedãt quãdo † patroni in tempore iura sua deduxerũt, & requisiuerũt Episcopũ, vt causam expediret, protestando quod tẽpus sibi nõ curreret, & Episcopus distulit causam expedire vt fieret locus deuolutioni, nã tunc etiã elapso tẽpore, & causa nõ terminata Episcopus nõ potest cõferre iure deuolutionis Lãbert. de iurepatronat. lib. 2. par. 2. q. 1. art. 12. nu. 7.

bus sequen. lib. 4. In tantum quòd non admit-
6 tatur iuramentum in supplementum, Ias. in
l. admonendi n. 112. ff. de iure iuran. Neque
7 locationes, † confessiones, aut solutiones pro
illius probatione sufficiunt, c. inter dilectos
prope finem de fide instrum. l. ad probationẽ.
C. locat. Alex. in l. rem alienam, in princip ff.
solut. matrim. & cons. 12. n. 4. lib. 4. Ruin. cons.
47. n. 6. lib. 1. Calcan. cons 32. n. 8. Bocr. quæst.
105. n. 13. Caputaquen. decis 280. par. 1. & fuit
resolutum in vna Romana Domus Sanctæ
Agnetis 19. Iunij 1589. coram Orano, & in
alia Romana Domus 11. Maij 1592. corã Car-
dinale Millino, in qua fuit dictum, quòd licet
8 locatio † concurrentibus adminiculis puta
solutione canonis, & cõfessione alias sufficiat
ad probationem dominij, Bart. in l. ad proba-
tionem C. locat. Angel. in l. officium n. 2. ff. de
rei vendic. Socin. Sen. cons. 89. n. 11. lib. 1. Dec.
9 cons. 146. nu. 14. Nihilominus † ad effectum
deuolutionis non sufficit, sed requiritur pro-
batio concludens, & exacta, ex traditis per
Caputaq. d. decis. 280. par. 1.

Et istud procedit etiam vbi agitur ad rem
10 feudalem: Nam Dominus † concludenter
dominium suum probare tenetur, & quod
res sit illa met, quam ipse concessit in feudũ
c. 1. vbi glos. 1 de controuer. inter mascul. &
femin. Ioan. Andr & alij in c. nimis, de iure
iur. Alexand cons. 129 nu. 1. lib. 1. Afflict. de-
11 cis. 267. nu. 14. Quod procedit etiã si † conti-
neatur intra fines Castri, & inuestitura sit ge-
neralis cum pactis, terris, &c quia non ex hoc
sequitur quod bona in particulari sint feuda-
lia, vt per Brun. cons. 1. n. 2. & 3. quem sequun-
tur Natta cons. 514. n. 29. cum sequ. & cons.
520. n. 5. Aym. cons. 54. n. 9. & 253. n. 7. Rolan.
* cons. 82. n. 11. vbi de * communi, & n. 14. lib. 2.
& cons. 98. n. 16. & cons. 25 lib 3. Decian. cons.
12 33. lib. 1. Neq; est vera eorum † opinio, qui
tenent, quod quidquid est intra fines feudi sit
feudale, vt per Afflict. in d. c. 1. n. 12. & sequ.
de controuers. int. masc. & fœmin. Bellon.
cons. 10. n. 11. Idem Afflict d. decis. 207. Clar.
in §. fæudum, quæst. 18. & fuit resolutum co-
ram Bubalo in vna Asten. feudi 27. Aprilis
1584. & deinde coram Orano in vna Roma-
na Census 13 Iunij 1586. Et licet aliqui ve-
lint hoc procedere quo ad bona, quæ intra fi-
nes feudi, seu Castri possidentur à tertio, se-
cus quo ad ea, quæ possidentur per ipsum in-
uestitum de feudo, Dec. cons. 517. n. 9. Menoch.
de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 101. nu. 5. vers.
hic casus, Natta cons. 406. num. 22. Attamen
13 Rota † hanc declarationem non approbat, sed
indistincte tenet, quod bona in territorio Ca-
stri contenta, siue intra fines feudi compre-
14 hensa libera † præsumantur, nisi feudalia do-
ceantur, Et hoc siue illa possideantur à ter-
tio, siue ab ipso inuestito, Ita tentum in vna
Leodien. hæreditatis 14. Nouembris 1603.
coram Cardinale Seraphino.

Quando in commissionibus causarum sit rescribendum cum clausula parito iudicato. Cap. LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Clausula parito iudicato per signaturam datur, vbi sententia non est appellabilis, & Iudex bene processit.*

2 *Clausula, quatenus Aegidianæ constitutioni locus non sit, datur tantum in Statu Ecclesiastico si Iudex in prophano possessorio non bene iudicauerit.*

3 *Aegidiana Constitutio locum non habet inter non subiectos Ecclesiæ, etiã quòd Iudicium fuerit factum in Vrbe.*

4 *Clausula sine præiudicio legitimæ exequutionis datur in processu executiuo, vbi Iudex bene processit.*

5 *Importat vt Iudex, qui pronunciauit, possit ad executionem procedere, non obstante commissione appellationis.*

6 *Clausula si quid exequendum in primis & ante omnia exequatur, per signaturam datur in processu executiuo, quando degustat adesse grauamen.*

7 *Clausula quòd ad legitimam executionem procedat datur in causa executiua alteri executori, quando constat, quòd primus iniustè processit.*

8 *Clausula, sine præiudicio legitimæ executionis, & clausula, quòd ad legitimam executionem procedat, quomodo inter se differant.*

9 *Clausula, quod ad legitimam executionem procedat, non datur, nisi Iudici appellationis.*

10 *Iudex appellationis tenetur admittere omnes exceptiones, quæ de iure communi opponi possunt, & vbi exceptio est releuans ad executionem procedere non potest, sed debet cognoscere in negotio principali.*

11 *Clausula, prout de iure, datur in commissione causæ beneficialis, quando restitutio petitur prætextu alicuius excusationis, & lata est vnica sententia, quæ appellabilis sit, sed transiuit in rem iudicatam. Secus si restitutio petatur prætextu boni iuris tantum, quia tunc datur clausula parito iudicato, & consisto de bono iure.*

12 *Clausula parito iudicato & consisto de bono iure in commissione apposita, non grauat partem plena probatione, sed sufficit in aliquo docere de iustitia in negocio principali.*

13 *Restitutio non datur per signaturam in causis prophanis, sed restitutionis causa committitur.*

14 *Clausula parito iudicato apponitur, vbi adest iudicatum, etiamsi non adsint tres sententiæ conformes, nisi aliqua cognitio requiratur super ipso iudicato, quia tunc datur clausula, prout de iure, vel clausula consisto de legitimo impedimento ad appellandum.*

15 *Procuratoris malitia, vel dolus Domino*

non nocet, negligentiæ autem nocet.

16 Clausula parito iudicato non datur in causa beneficiali, quando lata est vnica sententia per audientiam Contradictarum, quæ in rem transiuit iudicatam, sed solum quando lata fuerunt duæ, vel plures sententiæ, & nu. 17.

18 Datur per Signaturam quotiescunque lata fuerunt tres sententiæ conformes.

19 Item datur, quamuis ab interlocutoria appellatum esset ante tertiam sententiam, & ea postmodum lata, causa appellationis peteretur alteri committi.

20 Item datur, etiam tribus sententijs conformibus non latis successiue, sed cum altcrius dissimilis media pronunciatione.

21 Item quamuis statutum tollat secundam appellationem, & velit quod duæ conformes faciant rem iudicatam.

22 Restitutio in integrum ad impediendam executionem rei iudicatæ non datur ei, qui obtinuit contra se in Rota duas sententias conformes, vel saltem confirmatoriã, quando contra illas nihil ex eisdem actis deducit, ex quibus constare possit de illarum iniustitia.

23 Clausula parito iudicato datur latis tribus sententijs, etiam non omnino conformibus.

24 Absolutio à censuris aduersus tres conformes nõ datur absque clausula parito iudicato, nisi constet de nullitate, vel iniustitia sententiarum, itaut res reddatur dubia, & n. 25.

26 Datur semper in diebus festiuis, & Sanctis vsque ad vltimam festiuitatem Domini Nostri Iesu Christi, Item, & Pascha Resurrectionis inclusiue cum eadem reincidentia.

27 Clausula parito iudicato in Commissione non apponitur etiam post trinam sententiam, quando executio est talis, vt eius præiudicium sit irreparabile.

28 Item non datur, quando nullitas est euidens ex eisdem actis, vel incontinenti probari potest.

29 Item nec datur etiam latis tribus conformibus, quando ex eisdem actis constat de notoria iniustitia sententiarum. sed rescribitur cum clausula, sine præiudicio trium conformium, vel constito de tribus conformibus.

30 Clausula constito de tribus conformibus intelligitur de sententijs iustis, secundum stylum Rotæ.

31 Rota non exequitur aliorum sententias, nisi visa illarum iustitia.

32 Clausula parito iudicato non datur vigore trium conformium, quando tertia sententia fuit lata super desertione appellationis.

33 Item non datur, quando petens restitutionem est pauper, sed rescribitur cum clausula, dimissa possessione tantum, & reseruatis fructibus, & expensis in fine litis constito de oratoris paupertate.

34 Clemen. vt calumnijs, & alia iura loquentia de paritione debent intelligi data possibilitate.

35 Clausula parito iudicato non datur, quando condemnatus per tres conformes petit, quod non detur effectus executorialium contra se, nisi prius canonizata subrogatione subrogati, licet de iure ipsius condemnati non constet.

36 Possidenti ad effectum excludendi aduersarium sufficit quod non veniat per ius illius.

37 Clausula parito iudicato, non datur quando minor, vel Ecclesia aduersus tres conformes restitutionem petit, sed rescribitur cum clausula, prout de iure, dummodo ex nouis, vel antiquis aliquid appareat, quod præsumptionem calumniæ excludat.

38 Limita, nisi in effectu cum ipso minore nihil fuit gestum, vel quando obligatio habuit originem contra maiorem.

39 Item limita, si restitutio non sit releuans.

40 Item, si tempore, quo restitutio petitur executio sit iam cœpta.

41 Executio etiam solum petita ante restitutionem non retardatur.

42 Clausula parito iudicato non datur contra tertium non vocatum; declara, vt infra numer. 56.

43 Commissiones causarum de consensu partium dantur cum executione ferendæ sententiæ, dummodo executio demandata non tendat in præiudicium tertij.

44 Appellationi renunciari potest de communi partium consensu.

45 Tertius non habens interesse releuans non potest impedire executionem rei iudicatæ.

46 Tertio non possidenti non interest, quòd res, super qua lis pendet sit magis penes actorem, quam ream.

47 Filius ratione legitimæ non potest impedire executionem rei iudicatæ contra patrem.

48 Filio viuente patre non debetur successio, nec legitima, immo nec competit aliqua spes, prout continet aliquod ius de præsenti, & numero 49.

40 Filius viuente patre non potest de legitima disponere, neque in totum neque in partem, & si aliter facit ipso iure quod factum est non subsistit, nec confirmari potest, etiamsi postea fieret hæres patris, nisi seruata forma l. fin. C. de pact. hoc est consensu patris interueniente, & vsque ad eius obitum perseuerante.

51 Clausula parito iudicato non datur, quando tertius ante tres sententias conformes se opposuit, & interesse suum declarauit.

52 Tertius ignorans litem tractari vsque ad conclusionem in vltima instantia, potest appellare, secus si non ignorauit, nec ius suum deduxit, & nu. 53.

54 Conclusio in causa non fit ex stylo Rotæ, nisi in ipso actu ferendæ sententiæ.

55 Sententia trina etiam conformis lata contra non legitimum contradictorem tertio non nocet, secus si causa à legitimo contradictore fuit benè defensa, quia tunc tertius non auditur, nisi parito rei iudicatæ.

56 Sententia lata contra legitimum contradictorem facit ius quoad omnes etiã non vocatos, &

no-

nocet etiam successori, & nu. 57.

58 *Legitimus contradictor dicitur is, ad quem causa, & defensio principaliter pertinet.*

59 *Emptor rei litigiosæ post trinam sententiam conformem contra venditorem latam, non auditur, nisi parito iudicato.*

60 *Intrusus lite pendente prætextu talis possessionis vitiosæ non appellat suspensiuè aduersus legitimum contractorem; sed tantum deuolutiuè.*

61 *Amplia, siue immediate causam habeat à condemnato, siue mediate, non obstante quòd vitium litigiosi sit personale.*

SÆPISSIME in iudicijs, & controuersijs forensibus contingit disputatio super interpretatione clausulæ Parito iudicato; Plurimum ergo refert scire, quando nam in rescriptis, & commissionibus causarũ hęc clausula apponatur, & de hoc agemus in præsenti capite: Deinde vero de illius vi, & effectu discutiẽdum erit, & de hoc agemus in sequenti.

Circa primũ caput pro pleniori cognitione tres præcipuos casus distinguo. Primus

1 est, quando res† iudicata prætenditur eo quia sententia non sit appellabilis ex natura causæ, Veluti si in prophano possessorio vigore Ægydianæ iudicatum fuisset; Et tunc datur hæc clausula, vbi apparet Iudicem benè processisse, Bald. in l. 1. C. si de moment. possess. appell. col. 3. num. 12. vers. nunquid sententia lata in possessorio, & in l. 1. C. hic. tert. prouoc. colum. 2. num. 2. & 3. vers. ex hoc primo, & vers. secundo nota litteram. Secus si non fuit rectè processum, quia tunc causa appellationis committi consueuit cum alia

2 clausula, videlicet, *Quatenus Aegydianæ constitutioni locus non sit*. Præsertim si prætendatur notorium grauamen, seu lis vertatur inter non subiectos Ecclesiæ, cum hoc casu

3 Ægydiana † locum non habeat, etiam quòd iudicium fuerit factum in Vrbe, vt tenuit Rota in vna Meliten. Viridarij, 25. Maij 1598. coram Cardinale Seraphino, non obstante eo, quòd Ægydiana videatur respicere ordinatoria iudicij, ad decis. Put. 480. lib. 2. sequendo decisionem Peregrini.

In alijs autem casibus, in quibus Iudex executiuè procedit, & mandatum relaxat, si pars appellat, & habet recursum ad Signaturam, Stylus est inueteratus, quòd Signatura deguštat, an legitimè, & rectè fuerit processum per Iudicem executorem, & vbi con-

4 stat benè processum, eo casu dat † clausulam, *sine præiudicio legitimæ executionis*, quæ illud importat, vt iudex qui pronunciauit, pos-

5 sit ad † executionem procedere, non obstante commissione appellationis, Put. decis. 97. lib. 1. & fuit dictum in vna Oueten. beneficij 28. Nouembris 1597. coram Horatio Cardinale Lancellotto. Sed vbi Signatura degustat adesse grauamen, committit causam ap-

6 pellationis † cum clausula, *Si quid exequendum in primis. & ante omnia exequatur*. Et si ille executor similiter iniustè processerit,

7 eo casu committitur † alteri cum clausula *Quòd ad legitimam exequutionem procedat:* Quæ quidem clausula, licet videatur habere aliquam similitudinem cum clausula Sine præiudicio legitimæ executionis, Nihilomi-

8 nus inter se † valde differunt: Nam clausula Sine præiudicio, &c. præseruat facultatem iudici, qui pronunciauit, vt possit procedere ad executionem non obstante appellatione, vt dixi; Clausula autem, Quòd ad legitimam executionem procedat, illi adimit

9 hanc facultatem, quia † non datur, nisi Iudici appellationis; Et ipse Iudex appellationis

10 tenetur admittere † omnes exceptiones, quæ de iure communi in processu exequutiuo opponi possunt; Et vbi exceptio esset releuans ad executionem procedere non debet; sed tunc debet vti alia potestate in commissione sibi concessa, nempe cognoscere de appellatione, & sic in negocio principali: Nam si contra iuris dispositionem exequeretur, de nouo Signatura transferret executionem cum appellatione. Ita declarauit bonæ memoriæ Cardinalis Ferratinus dum esset Regens Cancellariæ in quadam causa Bononien. de Maluasijs cum Domino Vincentio Castello, quæ declaratio de ordine fel. record. Clementis Papæ Octaui fuit transmissa ad Rotam dictæ Ciuitatis, ne in vim dictarum clausularum error sumeretur.

11 Secundus casus est, quando lata † est vnica sententia, quæ appellabilis est, sed transiuit in rem iudicatam; Et tunc, si causa sit beneficialis, & restitutio in integrum petatur prætextu alicuius excusationis, datur commissio cum clausula, *Prout de iure:* Sed si petatur prætextu boni iuris tantum, quia istud est, ex gratia, conceditur cum clausula; *Parito iudicato. & constito de bono iure;* Quo ca-

12 su nõ† grauatur pars plena probatione, sed sufficit in aliquo docere de iustitia in negocio principali, vt per Staphil. de lit. iustit. §. quando petitur, vers. si vero, n. 15. & 16. & superius nu. 8. vers. quæ restitutio conceditur, & post illum Vestr. in praxi, lib. 8. cap. 3. nu. 9.

13 In causis vero Prophanis signatura † non consueuit restitutionem dare, sed ipsam restitutionis causam committere cum eadem clausula *parito*, &c. quæ apponitur etiã quando non sunt tres sententię, vbi adest iudicatũ, secundum Staphil. in loco proximè allegato:

14 Nisi aliqua† causæ cognitio sit necessaria, cur videlicet non fuerit appellatum, & an appellatio valide fuerit interposita, vel infra legitima tempora prosequuta; Quia, vt restitutionem petens audiri possit, & si iustam habuit causam illam afferre restitutio commit-

titur cum clausula *prout de iure* , idem Sta-
phil. in d. §. quando petitur nu. 17. & Vestr.
vbi supra nu. 13. Vel cum clausula , *Constito*
de legitimo impedimento ad appellandum ,
vel prosequendum,&c. vt per Cassad.decis.6.
nu.3. & 4. de appellat. Vbi loquitur,quando
quis propter infirmitatis,vel paupertatis im-
pedimentum non fuit causam prosequutus .
Idem est dicendũ si procurator per dolum
omisisset causã defendere,& appellare . Nam
15 malitia† procuratoris non debet Domino im
putari l.qui mittuntur ff. ex quibus caus.ma-
ior. Mohed. decis. 2. nu.2. de appellat.Secus
si sola negligentia procuratoris allegaretur
quia tunc Domino imputandum esset,cur di-
ligentem non elegerit l. eum mandato in fine
ff. de minor. Ægyd. decis. 680. Cassad.decis.
5. de appellat. Antonius Augustinus in reper
tor. de appellat. desert.nu.12. & fuit dictum
in vna Cortonen. Canonicatus 1. Iulij 1560.
coram Fantuccio , quæ habetur in manuscri-
ptis diuersorum decis. 158.
16 Simili quoque modo si in causa †beneficia-
li lata esset vnica sententia per audientiam
contradictarum,quæ in rem transiuisset iudi-
catam non rescriberetur cum clausula *pari-*
to , &c. ex quo causa non fuit plenè discussa
propter absentiam alterius partis , sed daret
restitutio cum alia clausula, *refectis expensis*
in quibus cõdemnatus non comparendo aduer-
sarium suum fatigauit , secundum Staphil. in
d. §. quando petitur nu. 10. vers. Sed hoc ha
bet locum,quem sequitur Vestr.in d.c.3 n.10.
vers. Alia vero clausula. Tametsi hodie secun-
secundũ secũdũ obseruãtiã Rotę expensæ nun
quam reficiantur quãdo vnica dumtaxat sen
tentia fuit lata quæ ob non interpositam ap-
pellationem, vel non illius prosequutionem
transiuerit in iudicatum, qua de re in capite
sequenti, vbi agemus de efficacia huius clau
sulæ latius pertractabimus .
Et id quidem præsertim obtinet,si condem
natus non fuerit à principio personaliter in
executione citationis appræhensus, sed dum-
taxat domi,vel per Edictum; Nam in quo ve-
risimiliter potuit non habuisse citationis no-
titiam,non indiget restitutionis extraordina-
rio remedio , sed via ordinaria appellatio-
nis audiri potest ; Et Signatura hoc casu
commissionem appellationis simpliciter con-
cedit , si à die habitæ notitiæ appellatum fuit,
vt tradit Staphil. in loco proximè allegato
17 nu. 11. & 12. Vbi hoc limitat, nisi † per con-
tradictas essent latæ duę,vel plures sententię,
quia tunc propter nimiam contumaciam par
tis non daretur restitutio ; nisi cum clausulæ
Partito indicato,per tex.in l.Fulcinius §.fin.
ibi propter nimiam contumaciam.ff.ex quib.
caus. maior.
18 Tertius casus est , quando † condemnatus
per tres sententias conformes vult audiri su-
per illarum iniustitia , vel nullitate ; Et tunc
Signatura non solet rescribere,nisi cum clau-
sula *Parito* , &c. propter Clement. vt calum-
nijs, de reiud. quæ mandat.plenariam execu
tionem antea fieri,non obstante exceptione
nullitatis, quæ facta executione dumtaxat ve
nit examinanda,Staphil.de lit.Iust.§.quando
petitur num. 8.
19 Extende hunc casum , quamuis † ab inter-
loquutoria , seu iusto grauamine appellatum
esset ante tertiam sententiam diffinitiuam, &
ea postmodum lata , causa appellationis, seu
grauaminis peteretur alteri committi, quia
neque tunc commissio daretur, nisi cum clau
sula *parito*, &c. ex traditis per Rotam decis.
13. de re iudic. in nouis.
20 Secundo extende, vt procedat † etiam tri-
bus sententijs conformibus non latis successi-
uè, sed cum alterius dissimilis media pronun
ciatione, cum sufficiat eas latas fuisse in eadẽ
causa, Roman. cons. 290. Ioan. Andr. in ad-
dit. ad Specul.§. quoties tit. de appellat. in
princ. cum alijs per Gabr.de execut. rei iud.
conclus.1. nu. 12. Et licet contrarium videa-
tur firmare Crauet. cons.183. nu.2. lib.2. ta-
men monetur per Rotã decis.14. de re iudic.
in antiquioribus, quæ hoc non decidit .
21 Tertio etiam extende, quamuis †Statutum
tollat secundam appellationem,& vellet quòd
duæ conformes faciant rem iudicatam; Nam
tunc quoque habet locum dicta Clem. vt ca-
lumnijs, & datur clausula *Parito* , aut *facta*
executione, secundum Bald. in l. fin. num. 5.
in fine C. de sent. & interloqnut. omn. iud.
Paris.cons.109.n.15.lib.4.Couar.pract quęst.
cap.25. in fine ; Et quamuis idem Bald. con-
trarium sentiat in l.1.C.ne lic tert.prouoc. n.
6. & Gabr.cons.49. nu.7.lib.1. tamen ab hac
ampliatione non est recedẽdum, quam tenet
etiam Ant. de Canar. de execut. instrum. q.
21. n.50. Villalob.in collect. cõm.opin.litte-
ra E.n.139.Lancellott.de attẽtat. par.2.c.18.
n.102.Odd.de restit.in integr.q.42. art.3.nu.
61.Et procedit absque scrupulo dubitationis,
22 quando † petens restitutionem obtinuit con-
tra se in Rota duas sententias conformes, vel
saltem confirmatoriam , & contra illas nihil
ex eisdem actis deducitur , nec probationes
in promptu afferuntur , ex quibus constare
possit de illarum iniustitia ; hoc enim casu
satis calumniosè dicitur petita restitutio in
integrum ad effectum impediendi executio-
nem rei iudicatæ, vt tenuit Rota in vna Bur-
gen. Decimarum de Scalante , 29. Octobris
1586. coram Bubalo , & benè facit decis. Af-
flict. 356. num. 6.
23 Quartò extende,quamuis † sententiæ non
sint omnino conformes,nam in eo,in quo sunt
conformes mittuntur executioni , Doct. post
glos. in d. Clem. vt calumnijs Curt.Iun.cons.
30. num.1. cum alijs per Gabr. d. conclus.1.
num. 5. & fuit tentum per Rotam in vna Se-
guntina admissionis ad capitulum 22. Maij
1587. coram Gypsio .
24 Quinto extenditur, vt habeat locum †etiam
vbi

vbi agitur de absolutione à censuris, quæ ad-
uersus tres conformes non datur, nisi cum
clausula *parito*. &c. quia est manifesta offensa;
Præsertim si censuræ in Curia latæ sint, Et hoc
nisi constet de nullitate sententiarum, iuxta
decis. Put. 41. lib. 1. Vbicunque enim multa
deducuntur circa nullitatem, & iniustitiam
earum, itaut res reddatur dubia, hæc clausula
25 propter † fauorem animæ simpliciter non da-
tur; sed additur verbum (arbitrio Rotæ) vel
committitur causa absolutionis ad benepla-
citum, vt fuit obseruatum in illa Placentina
fideiussionis 22. Iunij 1592. coram Penia. Et
26 in diebus † festiuis, & sanctis semper datur
hæc absolutio vsque ad vltimam festiuitatem
Domini Nostri Iesu Christi, Item, & Paschę
Resurrectionis inclusiue cum eadem reinci-
dentia, Caputaquen. decis. 2. par. 1.

Limitatur è contra hic tertius casus, vt non
27 procedat, quando † executio esset talis, vt
eius præiudicium esset irreparabile, veluti si
ageretur de separatione matrimonij, & li-
centia contrahendi cum alia muliere, vel age-
retur de pęna vltimi supplicij; In his enim
& similibus casibus hæc clausula non datur,
etiam post trinam sententiam conformem,
Roman. sing. 291. vers. secundo limita Alex.
cons. 17. num. 6. vers. propterea videmus lib. 1.
Afflict. decis. 359. in fine Cappel. Tolos. decis.
431. Boer. decis. 65. n. 9.

28 Secundo limitatur, quando † nullitas est
* euidens ex eisdem actis, * Doct. communiter
in d. Clem. vt calumnijs, Achil. decis. 2. de
sent. & re iudic. Staphil. de liter. iust. §. po-
stremo quoad hanc signaturam, nu. 14. vers. &
ideo, & §. secundum, n. 10. 11. & 12. Vbi hoc
ampliat etiam quando in causa nullitatis ali-
quid est probandum, dummodo possit proba-
ri incontinenti; Quod etiam voluit Oldr.
cons. 106. incip. quòd litera; Alex. cons. 77. nu.
15. lib. 2. & in l. 4. §. condemnatum, nu. 7. & ibi-
dem Ripa n. 17. ff. de re iudic. Ruin. cons. 131.
lib. 4. Vestr. in praxi lib. 8. cap. 1. n. 7. Couar.
* qui de magis * communi attestatur pract.
quæst. cap. 25. n. 2. vers. primum igitur, & nu. 4.
Vbi loquitur de nullitate ex defectu iurisdi-
ctionis obiecta contra tertiam sententiam.

29 Idem est, quando † ex eisdem actis constat
de notoria iniustitia sententiarum, Felin. in
c. per tuas de sent. & re iudic limit. 5. nu. 7. &
latius in c. inter cæteras eod. tit. Abb. in c. 2. n.
5. de purg. canon. Ias. in l. si Titius col. fin. de
verb. obligat. Et quamuis Gabr. de execut.
rei iud. concl. 1. n. 11. contrarium teneat, tamē
eius opinio non seruatur; Imò quotidie re-
uocantur sententiæ huiusmodi cum exequu-
tione sequuta, quando sunt notorie iniustæ;
quemadmodum attestatur Hieron. Gabr. cōs.
28. nu. 7. lib. 2. In his igitur casibus, vbi adest
euidens nullitas, vel iniustitia sententiarum, si
petatur super illis procedi, non datur clau-
sula *parito, &c.* sed rescribitur cum alia clau-
sula, *sine præiudicio trium sententiarum*, se-
cundum Staphil. de lit. iust. §. secundum n. 10.
vers. hinc est, & n. 12. vers. Quia, aut pro par-
te. Et si petatur procedi ad executionem da-
tur clausula, *consisto de tribus conformibus*,
30 quæ † intelligitur de sententijs iustis secun-
dum stylum Rotæ, quæ non exequitur aliorū
31 sententias, nisi † visa illarum iustitia, Put.
decis. 401. lib. 1. Mohed. decis. 3. de testib. &
decis. 11. de re iudic. Et ita tentum in vna Ro-
mana grani coram Robusterio, & in vna Me-
diolanen. rescissionis contractus, 4. Iulij
1601. coram Horatio Cardinale Lancellotto.

32 Tertio limitatur, quando duæ † sententiæ
conformes fuerunt latæ in principali, & tertia
super desertione appellationis, Roman. sing.
291. vers. sed secundū canonistas, Oldrad. cons.
106. Quę limitatio est verissima quidquid di-
cat Bald. cons. 252. lib. 1. Nam Clement. vt ca-
lumnijs habet locum dumtaxat, quando in
omnibus sententiis est cognitum de instātia,
quod non est, quando vltima solum est lata
super desertione; & ita tenuit Rota decis. 3.
de sent. & re iudic. in antiq.

33 Quarto limitatur, vt non procedat, † quan-
do petens restitutionem est pauper, quia tunc
tribus conformibus non obstantibus Signatu-
ra consueuit à præscripto rigore clausulæ,
Parito iudicato, recedere, & mitius rescribe-
re, videlicet, *Demissa possessione tantum, &
reseruatis fructibus, & expensis in fine litis,
consisto de oratoris paupertate*, Staphil. de lit.
iust. §. quando petitur nu. 13. Et sic quamuis
paupertas non excuset à relaxatione posses-
sionis, excusat tamen à fructuum restitutione,
& expensarum refectione, Ægid. decis. 44.
Alioquin si sententiæ essent nullæ, & iniquæ
victor locupletaretur cum aliena iactura, si
victus non audiretur ante plenariam paritio-
nem contra l. nam hoc natura, ff. de cond. in-
deb. Et paupertas, quæ non est de genere
malorum non debet præstare impedimentum
vt agi non possit, secundum Cassad. decis. 11.
de rescript. Vbi in fine subdit, quòd dicta
34 Clem. vt calumnijs, & alia iura loquentia de
paritione, debent intelligi data possibilitate,
ad tex. in l. Impossibilium de reg. iur. & in c.
nemo potest eod. tit. lib. 6.

35 Quinto limitatur, quando † condemnatus
per tres conformes petit, quod non detur ef-
fectus executorialium contra se nisi prius ca-
nonizata subrogatione subrogati; Siquidem
audiendus est absque paritione, licet constet
36 de non iure suo; Quia cum possideat † satis
est, quòd veniat per non ius subrogati, Sta-
phil. de lit. iust. §. vltimo quoad istam materiā,
n. 6. vbi inquit, quòd melius est istum remane-
re in sua possessione quamuis iniusta, quam
quod alter vitiose ingrediatur.

Sexto limitatur, vt locum non habeat,
37 quando aduersus tres conformes minor, vel
Ecclesia restitutionem petit, quia tunc rescri-
bitur cum clausula *prout de iure*, non autem
cū clausula *parito, &c.* dūmodo tamen ex no-
uis,

uis, vel antiquis aliquid appareat per quod præsumptio calumniæ excludatur, iuxta opinionem Salic. in l. vnica in fine. C. ne liti tert. prouoc. quam aliquando amplexa est. Rota, vt plene per Cassad. de restit. in integr. decis. 1. nu. 3. & magis receptam, & veriorem profitetur Lancellot. de attent. restit. in integr. pend. cap. 18. n. 100. vers. ex quibus omnibus.

Verum hæc opinio communis secundum
38 Rotam decis. 346. par. 1. diuers. Primo † fallit si in effectu cum ipso minore nihil fuit gestum, vel quando obligatio habuit originem contra
39 maiorem. Secundo fallit si restitutio non † fit releuans, veluti si petatur ad effectum, vt testes examinati contrarium deponant, cum primo dicto standum sit secundum communẽ,
* de qua testatur Corn. conf. 37. sub n. 15. lib. 3. Dec. conf. 189. n. 6. Rota decis. 19. de testib. in
40 nouis. Tertio fallit, si tẽpore † quo restitutio petitur executio sit iam cœpta, quia tunc non retardatur, Paul. de Castr. in auth. quæ supplicatio sub n. 3. vers. vel dic melius. C. de precib. Imperat. offer. Alex. conf. 213. num. 6. lib. 6. Socio. conf. 76. sub n. 4. circa finem lib. 3. qui loquuntur in fortioribus terminis, nempe,
41 quando est † solum petita executio ante restitutionem, Quod & voluit Ripa in l. 4. §. condemnatum, ante n. 31. vers. aliquando petitur restitutio. ff. de re iudic. Et hanc opinionem tenuit Rota apud Put. decis. 10. de rest. in integr. & decis. 285. dic 1. Iunij lib. 2. Item apud Cottam decis. 171. & 178. & in vna Carthaginen. Canonicatus 18. Decembris 1587. coram Bubalo.

42 Septimo limitatur, vt † non procedat respectu tertij non vocati, nam huic virtus triũ sententiarum conformium inter alios latarũ non præiudicat, nec contra eum datur illarũ executio, sed suspenditur. Card. in d. Clem. vt calumnijs quæst. 4. Vital. nu. 89. & sequen. per tex. in c. veniens de testib. Alex. conf. 83. n. 12. lib. 3. Rota decis. 3. de re iudic. in antiq. & fuit resolutum in vna Burgen. de Elines 16. Nouembris 1588. coram Orano.

43 Ex quo infertur, quod commissiones † causarum de consensu partium dantur cum executione ferendæ sententiæ dummodo executio demandata non tendat in præiudicium tertij, adeo quòd iudicium contra ipsum tertium ab executione incipiat, quod esse non debet l. 1. C. de execut. rei iudic. & facit tex. in c. super de re iudic. & tot. tit. C. res inter alios, &c. Sed primo casu de consensu partiũ
44 potest istud fieri, quia † partes communi consensu renunciare possunt appellationi, l. fin. §. fin. C. de temp. & perpet. appellat.

Declaratur hæc septima limitatio primum, vt locum sibi vendicet, quando tertius habet interesse releuans, vt puta ratione possessionis, quam habeat alicuius rei per duas sententias alteri adiudicatæ, gloss. in l. à Diuo Pio §. si super rebus in verbo controuersia fiat, & ibi Bart. n. 3. & Ias. n. 9. dicens illam gloss. esse
* cõmuniter * receptam. ff. de re iudic. Anchar. conf. 292. Rolan. conf. 5. n. 8. lib. 2. Secus si nõ
45 habeat interesse releuans, quia tunc † non auditur ad impediendum hanc clausulam. Veluti si ipse non possideat, & ratio est quia
46 quòd res super † qua lis pẽdet sit penes actorem, vel reum, nihil importat ipsi tertio. Bart. in l. pen. in 1. not. ff. de pet. hæred. Innoc. in c. cum super col. 3. sub n. 4. & ibi Felin. nu. 17. de re iudicat. Bisignet. decis. 4. de Iudic. tenuit Rota in causa Bononien. successionis 10. Nouembris 1597. coram Corduba. Idem esset si filius vellet impedire executionẽ rei iudica-
47 tæ contra patrem; is enim † non admitteretur, vt fuit resolutum per Rotam in vna Ispalen. voti 8. Nouembris 1593. coram Orano. Et ratio est, quia patre viuente non potest cõderari aliquod eius interesse, quod releuet,
48 cum nedum † eo casu sibi non debeatur successio, nec legitima, Bart. In auth. si qua mulier. C. de Sacrof. Eccles. Bald. & Salicet. in l. filius quem. C. famil. hercisc. Guid. Pap. quæst. 486. Sed nec vlla competit ei spes probabilis l. 1. §. si impuberi. ff. de collat. bonor. Dec. loquens de iure primogenituræ in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ n. 212. de constit. Nam quidquid sit de simplici expectatione nullum ius in re, vel ad rem de præsenti tribuente, de qua per Molin. de primogen. lib. 3. cap. 6. n. 37.
49 Attamen clarum est, quod † filio nulla spes competit prout continet aliquod ius de præsenti: Nam filius de eo non potest in totum, neque in parte disponere, quinimò si aliter
50 faceret ipso † iure quod factum esset, non subsisteret, nec confirmari posset, etiam si postea fieret hæres patris, nisi seruata forma l. fin. C. de pact. hoc est patris consensu interueniente, & vsque ad eius obitum perseuerante.
51 Secundo declaratur, vt procedat, † quando tertius ante sententias se opposuerit, & interesse suum declarauerit, alias sibi præiudicat, Rota decis. 9. de sent. & re iud. in antiq. Bart. autem in l. sæpe in 5. & 8. quæst. ff. de re iudic. putat damnum illud, & præiudicium omnino tolli, & vitari, si tertius accesserit ad iudicium, & fuerit protestatus se minime consentire in illius causę examinationem, & quòd nullum sibi parctur præiudicium, quam sententiam approbant etiam Angel. Cuman. & Alex. ibid. nu. 109. Abb. in c. pen. n. 8. de re iudic. & ibi Imol. & Felin. n. 15. Sed ego sic di-
52 stinguerem. Aut † tertius ignorauit litem tractari vsque ad causæ conclusionem in vltima instantia, & tunc ad aliquid non tenetur, quia cum eo tempore non potuerit ius proprium ad defensionem in iudicium adducere, poterit appellare, & ius suum in gradu appellationis deducere, quamuis condemnato tertio appellare non sit permissum. Aut in prima instantia, vel secunda, vel in vltima,
53 prius † tamen quam sit in causa conclusum, sciuit litem cum alio tractari, & hoc casu si ius suum non deduxit, infert sibi præiudiciũ,

nec

nec poterit appellare ab illa sententia, quæ iure transierit in rem iudicatam, vt bene per Couar. pract. quæst. cap. 15. n. 8. vers. hactenus ergo, & per Aufrer. in addit. decis. Tolos. 431. in fine, vbi inquit, quòd tertius audiri debet, quando ignorauit duas præcedentes sententias, & vltimã esse tertiã, alias secus. Sed istud non obtineret in Rota, quia tertius quando-
54 cumque † ante tertiam sententiam admittetur, cum ex stylo illius tribunalis non soleat concludi in causa, nisi in ipso actu ferendæ sententiæ, vt fuit dictum in vna Siracusana quartæ 20. Iunij 1586. coram Cardinale Plato.
55 Tertio declaratur, vt procedat † ita demũ si is contra quem trina sententia conformis lata est non fuerit legitimus contradictor; Nam perinde erit inefficax, atque si nulla extaret res iudicata, l. cum non iusto, ff. de collus. detegen. & l. qui repudiantis. ff. de inoffic. testam. Secus si fuit legitimus contradictor, quia tunc si causa fuit bene defensa, tertius possessor non auditur, nisi parito rei iudicatæ,
56 quæ hoc casu † facit ius quoad omnes, etiam non vocatos, vulg. l. ingenuum. ff. de statu hominum. Dec. cons. 342 nu. 7. Alex. in l. sæpe num. 58. 76. & 84. ff. de re iudic. Gabr. cons. 42. nu. 20. 35. & n. 41. lib. 2. Paris. cons. 28. n. 16. lib.
57 1. Et † notet etiam successori. Aym. cons. 10. n. 8. & tenuit Rota in vna Pampilonen. decimarum 14. Ianuarij 1591. coram Comitulo per d. l. cum non iusto, & Lofred. cons. 10. n. 13. & sequen. Tiraquel. de nobilit. cap. 37. nu. 4. Couar. pract. quæst. cap. 13. nu. 6. Mohed. decis. 217.
58 Et legitimus † contradictor ad dictum effectum is est, ad quem causa, & defensio principaliter pertinet, Alex. in d. l. sæpe nu. 60. & 77. ff. de re iudic. Dec. cons. 342. n. 7. Couar. Tiraq. & Mohed. vbi supra: Nam id, quod dici solet sufficere eum, qui litigat venisse tanquam illum, cuius principaliter interest, habet locum, quando is in lite obtinuit, per tex. in l. 1. §. si quis ex his de liber. agnosc. Butr. in c. cum causam il 2. qui fil. sint legit. Non autem quando succubuit, vt post Alex. in d. l. sæpe, & alios quos refert, & sequitur Tiraquel. vbi supra nu. 6. Et ratio est, quia facile credi potest litem fuisse neglectam ab eo, cuius non interat, & minime æquum est, vt res iudicata contra iniustum, & forte suppositum contradictorem ei noceat, cuius vere principaliter interest.

Præterea hæc tertia declaratio potissimum
59 obtinet, si possidens † lite pendente rem litigiosam eoque vitio affectam emerit: Nam post trinam sententiam conformem contra venditorem latam, non auditur, nisi parito iudicato, quia cum sit intrusus lite pendente, res iudicata illum afficit, vt probatur ex ratione l. vlt. C. de litig. & voluit Bart. in l. 1. §. si inter n. 3. vers. Item quid si sententia. ff. eod. tit. & in l. 3. C. de pignor. nu. 23. Afflict. super constit. lib. 2. in rubr. 41. num. 10. Et quamuis Angel. in Authen. de litigiosis col. 2. nu. 5. vers. Est & alius effectus, hoc accipiendum putet si emptor sciuit tempore venditionis rem illam litigiosam esse, secus autem si bona fide ignorans emisset rem, quo casu vult contra eum non esse faciendam executionem, sed esse agẽdum reuocatoria, tamen contra Angel. quod sit facienda executio contra tertium possessorem, etiam si fuerit ignorans tempore emptionis, quotiescumque res vere litigiosa est ex pluribus defendit Couar. pract. quæst. cap. 15. nu. 7. Quo tamen loci hoc temperat nisi tertius possessor appellauerit, cum vitium litigiosi non priuet possessorem iure appellandi secundum eum. Sed tu dicas, quod immò
60 intrusus † lite pendente prætextu talis possessionis vitiosę non appellat suspensiue sed tantum deuolutiue, ideo nunquam auditur ad impediendam executionem, vt ex auctoritate Cyn. Bald. Paul. de Castr. & aliorum tenuit Rota in vna Regien. Sancti Thomæ 10. Decembris 1576. corã Robusterio, vt in impressis diuers. decis. 100. n. 23. par. 1. & facit decis. 14. de præben. in nouis, & Mohed. decis. 1. de
61 sent. & re iudic. Vbi ampliat † siue tertius possessor immediate causam habeat à condemnato siue mediate, non obstante quod vitium litigiosi sit personale l. 1. C. de litig. quia intelligitur quando tertius non habet aliquam causam à collitigantibus, vt in illo tex. & tradunt Doct. ibi, & in l. Pomponius §. cum quis. ff. de acquir. possess.

Clausula parito iudicato quid operetur ex sententia Rotæ dilucide explicatum. Cap. LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Clausula parito iudicato in rescripto apposita operatur, vt non posit quis audiri nisi facta integrali executione, videlicet dimissa possessione, necnon fructibus, & expensis vsque ad obulum restitutis, & nu. 3.*
2 *Tribuit iurisdictionem conditionalem, hoc est quatenus sit paritum iudicato, & non aliter.*
4 *Operatur suspensionem iurisdictionis, quamuis respectu fructuum fiat oblatio, licet fructus sint illiquidi.*
5 *Oblatio sola fructuum sufficit, quando agitur de purgatione spoly, vel attentatorum.*
6 *Si in rescripto adsit clausula parito iudicato, & res iudicata condemnet in fructibus, tunc praxis Rotæ se habet, quòd petens procedi ad vlteriora liquidet ipsi fructus, vel impetret commissionem, per quam præfigatur aduersario terminus ad liquidandum, quo elapso proceditur in negocio principali.*
7 *Declaratur, nisi vtraque causa tam negocij principalis, quam liquidationis fructuum ten-*
dat

dat ad executionem sentẽtia, quia tunc in vtraque pariter procedi potest.

8 *Res iudicata vbi condemnat ad fructus, quos quis percepit, probatio in liquidatione debet concludere per necesse, & non per possibile. Secus si condemnat ad fructus qui percipi potuerunt, quia tunc probatio per possibile, & præsumptiua tantum admittitur.*

9 *Clausula parito iudicato apposita in pacto inter partes operatur, vt licet fructus sint illiquidi: tamen sufficiat oblatio cum depositione vnius iulij.*

10 *Item in rescripto adiecta operatur, vt non possit dari mandatum de manutenendo contra eum in cuius fauore parendum est.*

11 *Item operatur quamuis rescriptum fuerit obtentum ab antecessore, quia afficit etiam successorem causam prosequi volentem.*

12 *Item operatur, quamuis causa restitutionis in integrum simul fuerit commissa. & n. 15.*

13 *Restitutio in integrum suspendit iudicatum, donec cognoscatur, an restitutio sit concedenda, etiam si aduersarius obtineat commissionẽ cum clausula, quòd Iudex procedat ad legitimam executionem, & n. 14.*

16 *Clausula parito iudicato obstat cuicumque ad causam venienti, etiam quòd ad eum parito non spectet.*

17 *Clausula sine retardatione solutionis pensionis, impedit tertium agere quamdiu non est soluta pensio per titularem.*

18 *Clausula parito iudicato operatur etiam quo ad expensas factas in partibus.*

19 *Item operatur, quamuis non sit expresse apposita in commissione, sed tacite subintelligatur.*

20 *Apposita in prima commissione censetur repetita in sequentibus, etiam contra tertium venientem ad causam pro illius defensione cum noua commissione, & nu. 21.*

22 *Clausula parito breui apposita in prima commissione causa contra præsentatum ad fauorem prouisi Apostolici, intelligitur repetita in noua commissione causa contra patronum venientem pro defensione sua præsentationis.*

23 *Clausula parito iudicato in prima commissione apposita, censetur repetita in sequenti, quando cum causa antiqua est complicata etiam causa noua. & agens vult prosequi causam antiquam, secus si ea omissa prosequatur tantum nouam.*

24 *Non operatur vltra iudicatum.*

25 *Si sententia sit lata in iudicio vniuersali operatur etiam in omnibus pertinentijs postea in executione liquidatis.*

26 *Non operatur, quando respectu negocij principalis aliquid non est dandum, & præstandum ab eo qui contra se rem iudicatam habet; sed ab alio, quia tunc sufficit pro paritione condemnati cessio verbalis, & patientia.*

27 *Item non operatur respectu refectionis expensarum, nisi vbi lata sint tres sententiæ conformes secundum opinionem Rotæ, sed secundum signaturam operatur etiam quo ad expensas, licet vnica sententia lata fuerit quæ in rem transierit iudicatam, & n. 28.*

29 *Item locum non habet, quando is, in cuius fauorem fuit apposita transegit lite pendente.*

30 *Item non operatur, quando sententia est nulla, nec aliquam meretur exequutionem, dummodo nullitas sit euidens, & sit de tribus, & num. 31.*

32 *Obseruatio terminorum substantialium, vbi requiritur, si fuerit omissa, facit iudicium nullũ, & clausula parito iudicato non operatur.*

33 *Clausula parito iudicato non operatur, quando sententia est notorie iniusta.*

34 *Item nec locum habet, quando pars ad cuius fauorem fuit apposita in iudicio de illa non opponit, sed patitur cognosci de iustitia, & meritis causæ, quod procedit etiam in subrogato ad ius, & quo ad litem illius, cui dicta clausula fuit concessa, & nu. 35.*

36 *Clausula parito iudicato, vt renunciatum non dicatur, oportet de ea in quolibet actu protestari.*

37 *Procurator in omittendo Domino præiudicat.*

38 *Item præiudicat rei iudicatæ faciendo actus positiuos, & Iudice illos admittente, licet fuerit protestatus.*

39 *Clausula, arbitrio Rotæ, importat vt aliquantulum recedatur à vigore iuris.*

40 *Adiecta clausula parito iudicato, operatur, vt si quis habeat iustam & honestam causam non parendi, non obstante dicta clausula, possit audiri super bono iure.*

41 *Item operatur, vt supersedeatur in executione sententiæ, & videatur super meritis, quando subest causa considerabilis iniustitiæ.*

42 *Declara. dummodo clausula parito iudicato arbitrio Rotæ, non detur in causa restitutionis aduersus tres conformes, quia tunc non impedit executionem, nisi clara sit iniustitia.*

43 *Causæ beneficiales citius quam fieri potest terminari debent.*

RESTAT discutiendum aliud propositæ materiæ caput, videlicet, quid operetur clausula parito iudicato. Et dicendum
1 est † eius effectum esse vt non possit quis audiri, nisi facta integrali executione, ad not. in c. fin. de rest. spol. Staphil. de lit. iustit. §. dicendum nu. 82. Vestr. in praxi lib. 8. c. 3. n. 10. Cum enim hæc clausula proferatur per ablatiuum absolutũ tri-
2 buit † iurisdictionem conditionalẽ, videlicet quatenus sit paritum iudicato, & non aliter, l. à testatore. ff. de condit. & demonstrat. c. cum dilecta, de rescript. Paris. cons. 94. num. 8. & cons. 45. n. 6. lib. 4. Tiraq. de retract. conuent. §. 2. glos. vnica n. 3. & 4. Put. decis. 283. lib. 2. Caputaquen. decis. 150. parte 1. Vnde in
3 primis, & ante † omnia possessio dimittenda est,

est, & fructus, & expensæ vsque ad obolum restitui debent antequam in causa procedatur, alias gesta ante paritionem sunt nulla ex defectu iurisdictionis, vt in dictis locis, & per Put.decis. 429. lib. 1 & ita pluries fuit resolutum per Rotam, vt in Calaguritana Capellæ Sanctæ Crucis 13. Ianuarij 1589. coram Orano, & in vna Pampilonen. Parochialis 4. Martij 1591. coram Penia, & in vna Florentina Parochialis 1. Iulij 1602. coram Litta, & de eodem anno in alia Pampilonen. Prioratus 26 Aprilis coram Ludouisio.

Extenditur iste effectus, primum, vt proce-
4 dat, quamuis † respectu fructuum fiat oblatio, quia illa non sufficit, licet fructus sint illiquidi, cum sint cum effectu restituendi, ad hoc, vt tollatur suspensio iurisdictionis, Staphil. in loco superius allegato §. dicendum n. 81. & fuit resolutum in vna Pampilonen. Archidiaconatus 4. Maij 1596. coram Cardinale Pamphilio, & in vna Ispalen. beneficij 24. Februarij 1584. coram Cardinale Seraphino, vbi ad decis. Sarn. 15. lib. 1. & Ant. August. 5. de fructib. in repert. fuit responsum,
5 quod procedunt in alijs terminis, puta † quādo agitur de purgatione spolij, vel attentatorum, quo casu secundum Mohed. decis. 311. incip. Crheiferorum fratrum; sufficit sola oblatio, quia in illo casu iurisdictio non est conditionalis.

6 Vnde praxis in Rota inoleuit, vt † petens procedi ad vlteriora liquidet ipsi fructus, vel impetret commissionem, per quam præfigatur aduersario terminus ad liquidandum, quo elapso procedatur in negocio principali, vt fuit dictum in vna Neapolitana beneficij 24. Februarij 1584. coram Cardinale Seraphino, & in alia Pampilonen. beneficij 27. Ianuarij 1577. coram Cardinale Blanchetto.

Sed aduertendum est, quòd istud procedit,
7 quando † negocium principale non tendit ad executionem sententiæ, Nam hoc casu si in rescripto sit clausula parito &c. vel sit tradita forma, quòd in primis, & ante omnia procedatur ad vlteriorem executionem rei iudicatæ, & res iudicata condemnet in fructibus, licet dicti fructus non sint liquidi, debet prius procedi ad liquidationem dictorum fructuū, & eorum integram solutionem, antequam super negocio restitutionis rei procedatur, itaut non sufficiat oblatio, vt dixi: Secus tamen est, quando vtraque causa tendit ad executionem sententiæ, quia tunc potest procedi in vtraque, tam super liquidatione fructuum, quam super repetitione rei. Ita fuit resolutum in causa Foroliuien. fideicommissi 26. Februarij 1586. coram Cantuccio.

Et vbi res iudicata condemnat ad fructus, quos quis percepit, tunc in liquidatione de-
8 bet probatio † concludere per necesse, & non per possibile, Veral. decis. 30. par. 2. Nam probatio per possibile, & præsumptiua tantū admittitur, vbi quis condemnatus fuit ad fructus, qui percipi potuerunt, vt per Veral. vbi supra, quam distinctionem sequitur Fab. Turrettus cons 32. nu. 4. & videtur approbata per Rotam in Compostellana fructuum 30. Aprilis 1590. coram Cardinale Plato.

Præterea est etiam aduertendum, quòd supradicta ampliatio non habet locum, quoties-
9 cunque † clausula Parito &c. est apposita in pacto inter partes, & non in commissione, quia tunc licet fructus sint illiquidi, tamen sufficit oblatio cum depositione vnius Iulij, iuxta distinctionem Angeli in l 4. §. ait Prętor, ff. de re iudic. Alex. cons. 24 n. 9. lib. 4. Capic. decis. 17. n. 5. & est communis * opinio, vt per Caputaquen. decis. 150. sub n. 5 par. 1. & fuit tētum in vna Romana legitimæ, 16. Martij 1587. coram Robusterio.

Secundo supradictus effectus extenditur, vt
10 stante † hac clausula non possit dari mandatū de manutenendo contra eum, cuius fauore parendum est, imò datum tanquam nullum est reuocandum, sic tenuit Rota in vna Conchen. præstimonij, 11. Decembris 1597. coram Cardinale Seraphino, & deinde in vna Regien. beneficij 13. Ianuarij de eodem anno coram Litta.

11 Tertio extenditur, vt procedat † etiamsi rescriptum fuerit obtentum ab antecessore, quia cum hæc clausula suspendat iurisdictionem, afficit etiam successorem eamque prosequi volētem, vt fuit resolutum in vna Burgen. iurisdictionis de V.cruiesa 16. Februarij 1604. coram Coccino, & in vna Vercellen iuris optandi 10. Decembris 1601. coram Ludouisio.

Quarto extenditur, vt habeat locum, quam
12 uis causa † restitutionis in integrum simul committatur; Nam licet restitutione com-
13 missa suspendatur † iudicatum, donec cognoscatur, an restitutio sit concedenda, glos. in l. vnica. C. nil. nou. rest. in integr. pend. Ias. in l. 4. § condemnatum n. 6. qui testatur de communi, ff. de re iudic. Afflict decis 356 num. 3. Capic decis. 53. n. 1. Ant. Aug. qui plures refert in repert. de restit. in integr. n. 3. Rota in recollectis Put. decis. 7. sub tit de restit. in integr. & decis. 346. in fine par. 1. diuers. Adeo quòd commissa causa restitutionis, si aduersarius
14 obtineat † commissionem cum clausula, quòd Iudex procedat ad legitimam executionem, adhuc illa impediatur, Odd. de restit. in integ. par. 1. quæst. 43. nu. 8. Nihilominus hoc non
15 procedit, quando in † cōmissione adest clausula parito iudicato, quia tunc restitutio in integrum non impedit illius effectum, præsertim si latę sint tres sententię conformes, Bald. in l vnica. C. ne lic. tert. pronoc. col. fin. vers. sed nunquid sequitur Cassad. decis. 1. de rest. in integr. Gabr. de execut. rei iudic. concl. 1. n. 17. Couar. pract. quæst cap. 25. n. 7.

Quinto extenditur, vt locum habeat licet ad eum, qui agere intendit non pertineat fructuum restitutio, quos non percepit, & ita quo ad

quoad se videatur paritum indicato per tra-
16 ditionem possessionis, quia hæc clausula † ob-
stat cuicumque ad causam venienti, etiam
quod ad eum paritio non spectet, cum eadem
commissio sit conditionalis respectu omnium,
vt fuit resolutum in causa Ispalen. beneficij de
Cancellaria 8. Aprilis 1585. coram Cardina-
le Seraphino, & in vna Compostellana Parro-
chialis coram Orano, sub die 16. Decembris
1596. & in allegata Vrgellen. iuris optandi
17 coram Ludouisio, sicuti † in simili dicitur de
clausula *sine retardatione*, *&c.* quæ impedit
tertium agere, quamdiu non est soluta pen-
sio per titularem, Caputaq. decis. 1. lib. 1. in
manuscriptis Paleot. decis. 210.
Sexto etiam extenditur, vt procedat tam
18 quoad † expensas factas in Curia quam in
partibus, præsertim quando sunt factæ pen-
dente causa in Rota, quia tunc veniunt in
condemnatione, sub clausula coram nobis, &
taxari possunt, vt fuit dictum in allegata cau-
sa Burgen. Iurisdictionis de Viruiesca 16. Fe-
bruarij 1604. coram Coccino per decis. 42. de
sent. & reiud. in antiquis.
19 Septimo extenditur, vt obtineat † etiam
si hæc clausula non fuisset expresse in commis-
sione apposita sed tacite subintelligeretur,
quoniam & eo casu eumdem effectum debet
operari puta si esset apposita, in prima com-
20 misione, quia censeretur † repetita in se-
quentibus, prout de alijs similibus clausulis
dici solet Emil. cons. 68. nu. 7. Ægid. decis. 41.
Cassad. decis. 8. n. 5. de rescript. Ptholome. de-
cis. 30. Lancel. de attent. appellat. pend. limit.
8. n. 8. & in terminis huius clausulæ dictum
fuit in vna Cesenaten. de Cacciaguerris 26.
Ianuarij 1601. coram Coccino.
21 Istudque locum habet etiam † contra ter-
tium venientem ad causam pro illius defen-
sione cum noua commissione, quia clausula
hæc intelligitur repetita, alias de facili aperi-
retur via eludendi hoc rescriptum, & impe-
diendi executionem rei indicatæ procurando
quod alius veniat ad causam pro defensione
22 sua. Sic quoque videmus, quod † clausula
parito breui apposita in prima commisione
causæ contra præsentatum ad fauorem proui-
si Apostolici intelligitur repetita in noua cō-
misione causæ contra patronum venientem
pro defensione suæ præsentationis, vt fuit tē-
tum in dicta Compostellana Parrochialis 16.
Decembris 1596. coram Orano, & in allega-
ta Ispalen. beneficij de cancellaria 8. Aprilis
1585. coram Cardinale Seraphino.
Sed hoc declaratur, vt procedat quando in
23 secunda † commisione vna cum causa anti-
qua est complicata etiam causa noua, quia
tunc huiusmodi clausula censetur solum repe-
tita quatenus quis velit prosequi causam an-
tiquam, secus si ea omissa prosequatur tantū
nouam, Ita tētum in vna Toletana Parochia-
lis 28. Nouembris 1601. coram Coccino.
Sed quamuis hæc clausula operetur, vt non
possit quis audiri nisi facta integrali execu-
tione, vt dictum fuit; Nihilominus iste effe-
ctus primo restringi debet vt locum non ha-
24 beat † vltra iudicatum l. 1. C. si plu. un. sent.
Vnde si aliquis fuerit condemnatus restituere
rem, & nil dictum sit de fructibus, clausula
parito iudicato, non operatur quoad fructus
l. terminato. C. de fruct. & lit. expens. Dec. cōs.
43. nu. 4. Natta cons. 112. Sed super illis insti-
stituēdum est nouum iudicium Abb. in c. gra-
uis n. 20. de restit. spoliat. & ibi Ægid. nu. 39.
Cassan. cons. 21. n. 62. Et si quis tenetur vigo-
re instrumenti vltra rem aliquam etiam ad
interesse, si tamen non fuit condemnatus ad
interesse, sed solum ad rem illam, non erit
parendum quoad interesse, Dec. cons. 321.
in princ. Et ita fuit resolutum in vna Areti-
na bonorum 12. Ianuarij 1598. coram Cardi-
nale Seraphino.
Quod tamen declaratur procedere in iu-
dicijs particularibus, secus si sententiæ sint
latæ in iudicio vniuersali, quia sicut illæ fa-
25 ciunt † rem iudicatam in omnibus pertinen-
tijs postea in exequutione liquidatis ita etiā
clausula *Parito*, &c. quoad illas operatur Ro-
ta decis. 100. n. 14 iuncto num. 35. par. 1. di-
uersorum.
Secundo hæc clausula restringi debet, vt
26 non operetur, quando † respectu negocij prin-
cipalis aliquid non est dandum, vel præstan-
dum ab eo, qui contra se rem iudicatam ha-
bet, sed ab alio; quia tunc pro paritione suf-
ficit condemnati cessio verbalis, & patientia,
Put. decis. 251. lib. 1. Mohed. decis. 275. seu 9.
de sent. & re iudic. & fuit resolutum in vna
Burgen. Iurisdictionis 29. Octobris 1586. co
ram Cardinale Seraphino, & alias sæpius, vt
in Toletana Capellaniæ 14. Aprilis 1595. co-
ram Cardinale Millino, & in allegata Bur-
gen. Iurisdictionis de Viruiesca 10. Decem-
bris 1597. In qua fuit dictum, quoad ad ef-
fectum, vt Archiepiscopus condemnatus non
posset cognoscere causas in prima instantia
sufficiebat, vt se abstineret ab illarum cogni-
tione, & quod isto pacto erat satisfactum
clausulæ *parito iudicato*.
27 Tertio etiam restringi debet, vt non † ope-
retur respectu refectionis expensarum, nisi vbi
latæ sint tres sententiæ conformes, secus si
vnica tantum sit lata, quæ ob non appellatio-
nem vel illius non prosequutionem transiue-
rit in iudicatum, vt pluries in Rota fuit reso-
lutum, & signanter in vna Mediolanen. Capel-
laniæ 13. & 27. Maij 1561. coram Cardinale
Seraphino, & in vna Toletana pensionis 12.
Decembris 1597. coram Litta, & in vna Va-
lentina pecuniaria 20. Nouembris 1598. co-
ram Gypsio.
Signatura tamen non seruat hanc distin-
28 ctionem Rotæ, sed vult † paritionem, etiam
quoad expensas esse faciendam, quamuis vni-
ca sententia lata fuerit, quæ in rem transierit
iudicatam, & ita vidi adnotatum à bon. mem.
Gypsio

Cypsio in margine dictæ decisionis, in causa Valentina, vbi fuerat prius facta resolutio iuxta opinionem, quam tenet Rota, Et dicit etiam adnotasse super memoriale dato in dicta causa, 28. Iunij 1599.

Quarto restringitur, vt non habeat locum,
29 quando, is † in cuius fauorem hæc clausula fuit apposita, transegit lite pendente, quia si concordia valet, nec stetit per eum quominus adimpleretur, tunc iudicatum, & omnes actus iudiciales, immo actio, & instantia ipso iure extinguuntur, c. 1. de transact. c. 1. de lit. contest. lib. 6. Mohed. decis. 3. de transact.

Quinto restringi debet, vt non operetur, nisi in ijs solum casibus, in quibus sententia transiuit in rem iudicatam, vel alias meretur executionem, quia rescriptum Principis recipit interpretationem à iure communi, cum quo se conformare censetur, l. rescripta, C. de precib. Imperat. offeren. Secus si sententia sit nulla, nec mereatur executio-
30 nem, quia tunc † hæc clausula nihil operatur, vt tradit Roman. cons. 334. numero 1. & sequen. Felin. in c. causam quæ numero 6. versic. & istam regulam, de rescript. Ferret. consilio 308. numero quinto, vers. nec obstat, Caputaquen. decis. 266. par. secunda. Rota diuers. decis. 100. numero 12. pat. 1. Vbi hæc clausula fuit intellecta conditionaliter, hoc est quatenus adesset iudicatum; Hoc idem fuit resolutum in vna Toletana Capellaniæ 14. Aprilis 1595. coram Cardinale Millino, & in vna Fauentina Monasterij 22. Iunij 1607. coram Penia; In qua post arduam disputationem tandem præualuit opinio dicentium clausulam istam intelligi vigore sententiæ validæ, quia sententia nulla nihil est, Clem. Pastoralis vers. vt igitur de re iudic. Mil. in repert. in verbo sen-
31 tentia nulla. Et ad hunc effectum † nullitas debet esse euidens, & debet ex eisdem actis resultare, Caputaquen. d. decis. 266. par. 2. Couar. pract. quæst. cap. 25. numero secundo. Item debet esse ex tribus, nempe ex defectu citationis, Iurisdictionis, & mandati, iuxta bullam Pij Papæ Quarti, & fuit dictum in eadem causa Fauentina Monasterij coram Penia.

Sed ego existimo idem esse quoad alias nullitates concernentes substantiam iudicij.
32 Vt puta si obseruatio † terminorum substantialium fuisset omissa in casu in quo esset necessaria, vt per Cassad. decis. 8. de rescript. Rota decis. 2. num. 11. & sequen. eodem titulo in nouis. Peregr. decis. 24. lib. 1. Nam licet ex prætermissione terminorum non oriatur nullitas comprehensa in Bullis Pontificum, tamen ad hunc effectum sufficit, quod termini sint de substantia iudicij, Ægid. decis. 27. & Cassad. decis. 2. de Iudic. Bullæ enim non tollunt nullitatem actuum prouenientem ex forma non seruata ad tex. in c. cum dilecta de rescript. Felin. in c. quoniam contra col. 5. vers. si tamen statutum, vt lit. non contest. Et ita declarando Bullam prædictam tenuit Rota in vna Romana Saluiani Interdicti 6. Nouembris 1598. coram Orano.

Sexto hæc clausula restringi debet, vt non
33 operetur quando † sententia est notorie iniusta cum etiam notoria iniustitia impediat transitum in iudicatum ex traditis per Felin. in c. inter cæteras de re iudic. & in terminis huius clausulæ fuit tentum per Rotam in vna Romana Molendini 6. Februarij 1609. coram Coccino, vbi causa appellationis à sententia lata in spolio erat commissa cum ista clausula, sed quia sententia erat notorie iniusta, Rota censuit illam non obstare. Idque præsertim obtinet si clausulæ, *parito, &c.* addita fuerit alia clausula *Ac etiam prout iuris fuerit restituat, &c.* vt erat in causa Illerden. Canonicatus 24. Maij 1596. coram Orano. In qua Rota dixit clausulam, *& prout iuris fuerit*, stare augmentatiue, adeo quod etiam si non constaret de purificatione alterius clausulæ conditionalis, nihilominus veniebat danda restitutio quatenus de iure esset concedenda ad Gemin. cons. 65. numer. 8. & cons. 132. n. 1. Ruin. cons. 20. n. 8. lib. 1. Crescent. decis. 1. de rescriptis.

34 Septimo debet restringi, vt non † operetur quando pars ad cuius fauorem hæc clausula fuit apposita in iudicio de illa non opponit, sed patitur cognosci de iustitia, & meritis causæ: Et ratio est quia cum tangat vtilitatem partis intelligitur parte opponente, & quatenus ea vti velit alias censetur illi renunciatũ Achil. decis. 12. de rescript. Et fuit resolutum in vna Toletana Parochialis 28. Nouembris 1601. corã Coccino; Vbi fuit dictũ istud pro-
35 cedere etiam in subrogato † ad ius, & quoad litẽ illius cui dicta clausula fuit concessa arg. l. si eam. §. qui Iniuriarum. ff. si quis caut. & l. qui in ius. ff. de reg. iur. Adde Roman. cõs. 174. n. 8. vers. secundo, & clarius Ant. de Butr. cons. 27. Couar. pract q. cap. 9. nu. 7. vers. quid si is Mohed. decis 4. de sent. & re iudicata.

36 Ad effectum antẽ, vt huic clausulę † renunciatum non dicatur oportet, de ea in quolibet actu protestari: Nam quidquid sit in extraiudicialibus in quibus ad conseruandum ius cuiuslibet vnica protestatio sufficit, nihilominus in iudicialibus oportet quod in singulis actibus protestetur Innoc. in c. Cumana de elect. Alex. in l. non solũ §. morte de oper. noui. nunciat. Mohed. decis. 2. de iudic. Et negligentia Procuratoris in non protestando non excusat,
37 quia † in omittendo procurator Domino prę- iudicat l. 1. §. fi. quãdo appell. sit Ias. in l. 1. §. si procurator n. 12. ff. si quis ius diceñ, &c. Quini-
38 mo prę́iudicat † rei iudicatę faciẽdo actus po sitiuos & Iudice illos admittente, licet fuerit protestatus iuxta decis. Put. 218. lib. 2. Et tenuit

nuit Rota in vna Placentina decimarum 5.
Iunij, & 8. Nouembris 1589. coram Penia.

Postremo huius clausulæ effectus tempera-
tur quotiescumque in commissione additur
39 verbum, *Arbitrio Rotæ*, nam † talis additio
importat, vt aliquantulum recedatur à rigore
iuris: Vnde si quis habuit iustam, & honestã
40 causam nõ parendi † nõ obstante hac clausu-
la, poterit audiri super bono iure iuxta decis.
528. num. 7. par. 3 lib. 3. diuers. Vbi allegatur
Cassad. decis. 5 in fine de appellat.

Similiter si essemus in casu in quo attenta
dispositione iuris sententia esset exequenda
attamen subesset aliqua causa considerabilis
41 respectu iniustitiæ dictæ sententiæ, posset † su-
persederi in exequutione illius, & videri su-
per meritis, vt fuit tentum, & obseruatum
per Rotam in vna Viterbien. bonorum 17.
Maij 1596. coram Cardinale Arigonio.

Sed hoc ita demum accipiẽdum est, vt pro-
42 cedat dummodo † clausula *parito iudicato
arbitrio Rotæ* non detur in causa restitutionis
aduersus tres conformes, quia tunc est intel-
ligenda prout de Iure Paris. cons. 56. n. 1. lib. 1.
Cæsar. de Grass. decis. 101. n. 2. Et consequen-
ter non impedit exequutionem nisi clara sit
Iniustitia iuxta tex. in d. clem. vt calumnijs de
re iud. Et ita fuit resolutum in vna Gerun-
den. beneficij 19. Aprilis 1602. coram Litta.
In qua fuit dictum hoc præsertim obtinere in
43 beneficialibus, in quibus † lites terminari
debent quàm citius fieri potest, cum non aga-
tur de re transitoria ad hæredes ad Crescen.
decis. 13. de procurat.

Agens ad obseruantiam contractus quando docere debeat se adimpleuisse pro parte sua. Cap. LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Agens ex contractu vltro citroque obligatorio debet docere se adimpleuisse pro parte sua, si exaduerso opponatur de non adimplemento.*
2 *Exceptio non adimplementi dicitur litis finita, & impedit ipsius litis ingressum.*
3 *Item nunquam censetur sublata per statutum.*
4 *Item habet locum quamuis in modico non fuerit adimpletum.*
5 *Locator tenetur de iure rem tradere, & successiuam patientiam præstare.*
6 *Si excipiatur de re non tradita tenetur ipse probare huiusmodi factum, non autem excipiens non factum.*
7 *Traditio non probatur ex verbis Dedit, & tradidit in instrumento positis si extra conspectum rei proferantur.*
8 *Verba Dedit. & tradidit in instrumento venditionis posita important licentiam intrandi, seu apprehendendi auctoritate propria.*
9 *Succedens in locum alterius tenetur ea omnia adimplere ad quæ ipse auctor se obligauit.*
10 *Amplia procedere etiam in cessionario.*
11 *Exceptio quæ cedenti obstat repellit quoque ipsum cessionarium.*
12 *Agens tenetur docere de obseruantia contractus in quacunque instantia.*
13 *Exceptio non adimplementi opponi potest etiam post sententiam, & in illius executione.*
14 *Agens ad obseruantiam contractus nedum probare debet factum proprium, sed etiam alienum, si illud promisit.*
15 *Promittens factum alienum non excusatur ab implemento quando ipse agit, Secus quando per viam exceptionis vult euitare pœnam.*
16 *Limita, nisi constet ipsum adhibuisse omnem diligentiam vt adimpleret, nec potuisse adimplere.*
17 *Promittens factum alienum, si se obligauit ad damna, & interesse non tenetur precise adimplere quamuis fuerit dictum, quod faciendo omnem diligentiam se excusare non posset etiam ex causa impossibilitatis, sed soluendo interesse liberatur.*
18 *Amplia quamuis obligatio sit iurata.*
19 *Obligatio iurata non potest adimpleri per æquipollens.*
20 *Declara, quando factum est possibile, alioquin promittens præstando interesse liberatur.*

COMMVNIS, &
trita est iuris conclu-
sio, quod † volens
agere ex contractu vl-
tro citroque obliga-
torio in primis doce-
re debeat se adim-
pleuisse pro parte sua
si exaduerso oppona-
tur de non adimplemento l. Iulianus. §. of-
ferri. ff. de act. empt. l. Ædiles in fin. & ibi
glos ff. de ædilict. ædict. Socin. cons. 273. n.
2. lib. 2. Aym. cons. 151. num. 8. 9. & 10.
& cons. 192. num. 15. Gozzad cons. 94. nu-
mero 4. cum duobus sequen. Roland. cons.
53. num. 27. lib. 1. Decis. Perus. 50. numer. 1.
2 & sequen. Nam exceptio † ista non adim-
plementi dicitur litis finitæ, & impedit ip-
sius litis ingressum Castren. in d. §. offerri
Ias. in §. actionum numero 131. Inst. de act.
Aym. cons. 127. numero 14. & cons. 248. col.
3 fin. vers. non obstat, & nunquam † per statu-
tum sublata censetur, cum oriatur ex ventre
instrumenti ex quo oritur petitio Roman. cõs.
244. sub numer. 5. vers. breuiter, & ibi Mandos.
in addit. sub littera E. Aym. d. cons. 127. n. 14.
Alex. cons. 119. n. 2. lib. 1. Cephal. cons. 402. n.
4 19. lib. 3. Et sufficit † in modico nõ fuisse adim-
pletum,

plẽtum, ad hoc, vt actor in totum repellatur
Bald. in l. pacta conuenta nu. 1. ff. de contra-
hen. empt. & in l. fin. C. commod. Iaſ. conſ. 216.
col. 2. n. 1. verſ. in tantum nu. 2. Rub. conſ. 30.
nu. 4. Neuizan. conſ. 50. n. 9. & 10. Rolan. d.
conſ. 53. n. 21. & 29. & conſ. 69. n. 6. & 7. lib. 4.
Bero. conſ. 25. n. 14. lib. 3.
5 Hinc eſt quod cũ † locator de iure tenea-
tur rem tradere, & ſucceſſiuam patientiam
præſtare l. ex conducto in princip. & ibi Bald.
ff. locat. l. ſi quis Domum vbi Bart. not. ff. eod.
tit. Calder. conſ. 5. tit. de locat. Socin. conſ. 166.
ſub n. 10. verſ. primo enim lib. 2. Si excipiatur
6 de † re non tradita, vel patientia non præſtita
tenetur ipſe probare huiuſmodi factum, non
autem excipiens non factum per regulam
ſupræpoſitam, & in terminis tradit Papien. in
for. lib. qua agit. ad fiat præſt. verſ. recuſauit
nu. 3. Natta conſ. 360. nu. 1. lib. 2. Oſaſc. deciſ.
Pedem. 50. n. 8. & ſeq. Neque enim ex verbis
7 dedit, & tradidit in inſtrumento poſitis pro-
batur traditio ſi extra conſpectum rei pro-
ferantur, cum importent tantum licentiam
8 intrandi † ſeu appræhendendi propria aucto-
ritate l. prædia vbi Bart. & Alex. ff. de acquir.
poſſeſ. Papien. & Natta in locis ſupra citatis
idem Natta conſ. 162. n. 14. lib. 1.
9 Amplia Nã etiam † ſuccedens in locum al-
terius tenetur ea omnia adimplere ad quæ
ipſe auctor ſe obligauit ad l. ſi ei cui §. ſi quis.
ff. de euict. l. ſi cum §. iniuriarum. ff. ſi quis
10 caut. quamobrem † ceſſionarius etiam tene-
tur, vt dixit Rota in vna Romana prætij
fundaci prima Iunij 1607. coram Manzanedo
11 exceptio † namque quæ cedenti obſtat repel-
lit quoque ipſum ceſsionarium Bero. conſ. 32.
n. 46. lib. 2. late Surd. conſ. 4. n. 6. & ſeq. lib. 1.
12 Secundo amplia, vt agens † teneatur doce-
re de obſeruantia contractus quandocumque
etiam in ſecunda, & tertia inſtantia, cum ex-
13 ceptio non implementi † opponi poſſit etiam
poſt ſententiam, & in illius executione Aym.
conſ. 151. nu. 10. Menoch. conſ. 1. num. 367. &
conſ. 65. n. 4. lib. 1. & fuit dictum in d. Roma-
na pretij fundaci.
14 Tertio amplia, quia † actor nedum probare
debet factum proprium, ſed etiam factum
alienum ſi illud promiſit, quia promittens fa-
15 ctum alienum † excuſatur ab implemento
quando ipſe agit, licet ſecus videatur, quando
per viam exceptionis vult euitare pœnam, vt
per Rol. d. conſ. 69. n. 12. lib. 4.
16 Declara niſi † conſtet ipſum adhibuiſſe
omnem diligẽtiam, vt adimpleret, nec potuiſ-
ſe adimplere, quia tunc ſatis dicitur adimple-
uiſſe pro parte ſua, & ei non obſtat exceptio
non adimplementi etiam ad effectum, vt poſ-
ſit agere iuxta deciſ. Afflict. 295. nu. 3. Ruin.
conſ. 67. in fin. lib. 4. Præſertim ſi ſe obliga-
uit ad damna, & intereſſe, quia tunc non te-
17 netur † præciſe adimplere, ſed tantũ ad dãna
& intereſſe etiam ſi fuerit dictum quod fa-
ciendo omnem diligentiam, & promittendo
factum alienum ſe excuſare non poſſit etiam
ex cauſa impoſsibilitatis, quia nihilominus
ſoluendo intereſſe liberatur, vt per Dec. conſ.
2. numer. 8. Pariſ. conſ. 110. ſub num. 24. per
totum lib. 1. Purpurat. conſ. 561. poſt num.
2. Ripa in l. quod te num. 46. in fin. ff. ſi
cert. pet.
18 Et hæc declaratio procedit quamuis † con-
tractus fuerit iuratus, quia licet regulariter
19 ſtante iuramento non poſſit † obligatio facta
adimpleri per æquipollens gloſ. in l. ſi pecunia
in princ. ff. de cond. cau. dat. cum alijs per
Couar. in c. quamuis par. 1. §. 4. num. 6. de
20 pact. lib. 6. tamen hoc intelligitur † quando
factum eſt poſsibile, & quando is, qui promi-
ſit poteſt facere, alias liberatur præſtando in-
tereſſe, vt ibi per Couar. poſt Aym. conſ. 12.
nu. 1. Gabr. de iureiur. concluſ. 8. in fine. Et
ita pluries Rota tenuit nempe coram Bubalo
in vna Romana Palatij 7. Maij 1590. & co-
ram Penia in alia Romana Cenſus 17. Aprilis
1598. & in vna Peruſina ratificationis 6.
Martij 1606. coram Ludouiſio in qua fuit
reuocatum mandatum Auditoris Cameræ,
qui mandauerat talem promittentem carce-
ri non relaxandum donec feciſſet illum ratifi-
care quem ratificaturum promiſerat.

An contrauentio obſtet agenti ad obſer-uantiam contractus non inele-ganter explicatum. Cap. LXXXIX.

SVMMARIVM.

*1 Si duo fecerint pacem, & promiſerint ſe inui-
cem non offendere ſub certa pæna, & vterque
offendat, ſed vnus prius, alter poſtea, ſecun-
dus contrauentor poterit agere ad pænam con-
uentionalem contentam in inſtrumento pacis,
& nu. 51.*

*2 In contractu vltro citroque obligatorio, & iu-
rato ſecundus contrauentor poteſt agere con-
tra primo contrauenientem ad obſeruan-
tiam.*

*3 Diſpoſitio l. ſi quis maior. C. de tranſact. eſt
valde rigoroſa, & rariſsime practicatur in
iudicijs.*

*4 Nunquam recipitur quotieſcunque ceſſat læſio,
ſeu intereſſe partis & abeſt dolus.*

*5 Agens ex contractu non iurato tenetur docere
ſe adimpleuiſſe pro parte ſua.*

*6 Si contrauenerit non poteſt ad obſeruantiam
agere, etiam ſi alter prius contrauenerit.*

*7 Exceptio tu non adimpleuiſti ſemper opponi
poteſt.*

*8 Amplia, vt ad hunc effectum non conſideretur,
quis primo contrauenerit, ſed quis primo agat*

*ex contractu nam qui prius agit debet prius do-
cere ac adimplemento.*

9 *Declara procedere, quando non constat, quis
prius debeat implere, secus si appositum sit
tempus adimplementi, quia tunc ordo seruan-
dus est.*

10 *Regula l. cum proponas la 2. C. de pact. quod
frangenti fidem fides frangatur eidem quo-
modo intelligatur.*

SVBSEQVITVR illa
quæstio in Iudicijs fre
quenter agitata. An
agenti ad obseruantiã
contractus obstet pro-
pria contrauentio? &
pro negatiua videtur
optime applicari posse
illa communis Docto-
1 ctorum conclusio, quod si duo † fecerint pa-
cem, & promiserint se inuicem non offendere
sub certa pęna, & vterque offendat, sed vnus
prius, alter postea secundus contrauentor, vel
offensor poterit agere ad pęnam conuentio-
nalem contentam in Instrumento pacis, quam
opinionem tenuit Bart. in l. cum pater § liber-
tis sub num. 7. & ibi Bald. circa med. vers. &
facit, & Imol. n. 14. de leg. 2. bene Alex. in l.
cum proponas la 2. sub nu. 6. C. de pact. vbi
inquit, quod secundus offendens non dicitur
fecisse contra contrauentionem, postquam
eam seruare non tenabatur per d. l. cum pro-
pònas :' Eamdem opinionem sequitur ibi
Claud. Aquen. n. 7. & Rimin. sub n. 4. vers. & an
secundo offendens; Idem Alex cons. 32. nu. 9.
vers. imò pęna lib. 2. vbi tenet quòd secun-
dus contrauentor potest exigere à primo con-
trauentore pænam conuentam in compromis-
so Parpal. in l. si quis maior n 107. C. de tran-
sact. Et quamuis hæc opinio habet plures
contradictores, nempe Bald. Imol. Roman. &
Alex. in l. semel mora. ff. solut. matrim. Dec. in
d. l. cum proponas nu. 10. vers. sed publica est
dubitatio, & ibi Curt. Iun. sub num. 3. Nihilo-
minus, vt ibi dicit Curt. hæc videtur commu-
* nis * opinio: Cum igitur in consecutione penæ
conuentionalis non attendatur secunda con-
trauentio, multo minus videtur attendenda,
quando quis agit ad obseruantiam contra-
ctus attenta præsertim ratione Alex. in d. l.
cum proponas quod stante prima contrauen-
tione secundus non dicitur contrauenire.

Ego tamen pro resolutione soleo duos ca-
sus distinguere. Primus est quando versamur
in contractu vltro citroque obligatorio, &
2 iurato, & tunc † secundus contraueniens po-
test agere in contractu aduersus primo cõtra-
uenientem, ex quo tenetur ad illius obseruan-
tiam, licet ille postea non obseruet, Mathesil.
not. 50. vbi Additio allegat plures concordan-
tes, & ita fuit tentum per Rotam in vna Me-
diolanen. frumenti, 16. Octobris 1587. corã
Orano. Fundatur hæc conclusio in d. l. si
3 quis maior. C. de transact. cuius † tamen di-
spositio est valde rigorosa, & rarissime pra-
cticatur in iudicijs, vt alias dictum fuit in
vna Cornetana bonorum 26. Iunij 1579. co-
ram fęl. record. Clemente Papa VIII. tunc
Auditore, quæ habetur in impressis diuers.
4 decis. 583. par. 1. Imò nunquam † recipitur,
quotiescunque cessat læsio, seu interesse partis,
& abest dolus, Cassad. decis. 2. n. 7. de Iudic.
& fuit dictum in vna Romana Vineę 3. Martij
1598. coram Orano, & in alia Romana tran-
sactionis 16. Iunij 1603. coram Litta.

Secundus casus est quando versamur in
contractu non iurato, & tunc cessat disposi-
tio d. l. si quis maior. C. de transact. & propte-
5 rea actor † tenetur docere se adimpleuisse cõ-
tractum cuius vigore agit l. Iulianus §. offer-
ri. ff. de act. empt. cum alijs allegatis per So-
6 cin. cons. 273. n. 2. lib. 2. Et si † contrauenerit
non potest pro obseruatione contractus agere
etiam si alter prius contrauenerit, quia quã-
uis probetur contrauentio rei nihilominus
hæc contrauentio nihil releuat: Nam hæc
7 exceptio † tu non adimpleuisti pro parte tua
semper opponi potest Corn. cons. 297. nu. 1. lib.
3. Dec. cons. 119. n. 1. cum alijs per Aym. cõs.
8 151. nu. 10. Et quo ad hoc † non consideratur
quis primo contrauenerit, sed quis primo
agat, nam qui prius agit ex contractu, debet
prius docere de adimplemento. Alex. cons.
49. n. 4. lib. 2. Aym. d. cons. 151. nu. 10. in fine.
Et ita tenuit Rota in vna Romana Societatis
Aromatariæ 31. Maij 1585. coram Bubalo.
Quod tamen fuit declaratum in allegata Me-
9 diolanen. frumenti quando † nõ constat, quis
prius debeat implere, secus si appositum sit
tempus adimplementi, quia tunc ordo seruã-
dus est Bald. in l. 1. nu. 22. C. de vsur. & fruct.
legat. Socin. cons. vlt. num. 3. vers. non obstat
lib. 3. Bero. cons. 200. in fine lib. 1. & 136. nu. 7.
lib. 2. Aquen. in d. l. si quis maior circa fin. nu.
46 C. de transact.

Non obstat regula d. l. cum proponas, quod
frangenti fidem fides frangatur eidem; quia
10 illa lex habet † locum in transactione, in qua
non interuenit stipulatio; tunc enim si quis
primo contrauenit potest secundus agere ex
primeua actione non obstante transactione,
& si reus excipiat de transactione poterit
actor replicare tu non adimpleuisti transa-
ctionẽ, ideo ego nõ teneor stare, & ita decla-
rant ibi Doct. præsertim Paul. de Castr. nu. 2.
in fine Alex. nu. 2. & Ias. in positione casus.
Nec ibi disponitur, quod secundus contra-
uentor possit agere ad obseruantiam transa-
ctionis; Quinimo si præsupponamus in tran-
sactione interuenisse stipulationem tunc pos-
set quis agere ex transactione seu conuentio-
ne omissa primeua actione, sed hoc dummo-
do adimpleat pro parte sua saltem eo modo,
quo potest, vt bene declarat Corn. in d. l. cum
proponas n. 4. in 3. notabili.

Non etiam obstat communis opinio in cõ-
trarium

11 trarium allegata. Quia respondetur,† quod ideo secundus potest agere ad pœnam contra primum offendentem, quia incursus pœnæ nō pronenit immediate ex contractu, sed ex prima contrauentione. Vel potest dici quòd dicta communis conclusio procedit ex alia particulari ratione, nempe, quia secundus offensor non dicitur contrauenisse instrumento pacis nec offendisse animo rumpendi pacē sed potius ex noua offensione facta per aduersarium, & sic ex noua causa superueniente ad tradita per Bart. in l. aut facta. §. causa. ff. de pœn. Ideo nil mirum si agere potest ad pœnam vigore contractus, Et hanc rationem considerat Riminal. in d. l. cum proponas n. 4. vers. tertio quando offensio.

Contractus nominatus, An ob defectum adimplementi rescindi possit. Cap. X C.

SVMMARIVM.

1 *Contractus nominatus continens pactum resolutiuum ob inobseruantiam rescindi potest.*
2 *Item rescinditur ipso iure si pactum resolutiuū sit conceptum verbis directis præsertim quando contractus non fuit perfectus.*
3 *Non habens pactum resolutiuum ob defectum implementi non rescinditur, sed agendum est vel ad ipsum implementum, vel ad interesse.*
4 *Emptor, vt re tradita cogi possit ad solutionem pretij, si venditor factum præcise præstare non potest, sufficit adimplere per æquipollens, itaut reddatur emptor securus.*
5 *Contractus venditionis non rescinditur etiam si in instrumento fuerit expressum bona ad venditorem spectare pleno iure, & postea detegantur subiecta fideicommisso, de quo emptor notitiam habuit, Secus si ignorauit, & venditor sciuit, quia tunc venditio annullatur, vel saltem est locus redibitoriæ.*
6 *Item annullatur ipso iure ab initio quando in testamento est facta expressa prohibitio alienationis.*
7 *Modus in contractu nominato adiectus operatur, vt possit à contractu discedi eo non impleto, quando fuit causa finalis ipsius contractus, Secus si impulsiua.*
8 *Iuramentum obligat præcise ad factum.*
9 *Iurans excusatur ab implemento, quando factum præcise impleri non potest, & contra eum agitur ad interesse non autem ad rescissionem contractus.*

SED hoc in loco opportune quæritur, An contractus nominatus ob inobseruantiam alterius partis rescindi possit? Et pro resolutione duo casus sunt distinguendi.

Primus est, quando in contractu adest pactū resolutiuum, & tunc nemini dubium est,
1 quod † contractus rescinditur, cum nō detur purgatio moræ, vt per Alex. in l. si Insulam nu. 43. & ibi Ripa nu. 16. de verb. oblig. Grat. cons. 93. nu. 61. lib. 1. Cephal. cons. 25. nu. 26. Put. decis. 66. in princ. lib. 3. Caputaquen. decis. 135. par. 2. Rota diuers. decis. 572. n. 3. par. 1.
2 Quinimo si pactum † fuerit conceptum verbis directis, videlicet, quod contractus sit nullus, si non obseruentur promissa, verificata conditione contractus ipso iure resoluitur, sicuti dicitur in pacto legis commissoriæ, & in pacto adiectionis in diem l. 2. de in diē adiect. l. si conuenit. ff. de rescind. vend. Butr. in l. traditionibus vers. item oppono, quod ex solo titulo. C. de pactis, Et hanc opinionem quod contractus nominatus rescindatur ipso iure quando pactum est conceptum verbis directis tenet Fulgos. in l. 1. sub n. 4. vers. sicut enim. ff. de donat. Bald. in l. ea lege nu. 7. C. de cond. ob. cau. Crot. in §. Diui nu. 100. de leg. 1. cū alijs per Tiraq. de retract. consanguin. §. 1. glos. 7. num. 13. Quod præcipue locum habet quando contractus non fuit perfectus, Nam licet Alex cons. 10. num. 2. lib. 1. & multi alij, quos ibi allegat Additio cōtrarium teneant, nihilominus præfati Doctores loquuntur, quando sequuta fuit traditio in emptorem, Secus si non fuit sequuta traditio, quia tunc omnes admittunt, quod contractus ipso iure resoluatur, & ita tenuit Rota in vna Recanaten. rescissionis contractus die 3. Maij 1586. coram bo. me. Episcopo Lauretano.

Secundus casus est, quando in contractu non adest pactum resolutiuum, & tunc com-
*3 munis * est conclusio, quod † ob defectum implementi contractus non rescindatur per per tex. in l. ea conditione vbi Bald. C. de rescind. vend. & in l. 2. C. de cond. ob cau. Bald. & Doct. in l. inciuile in princip. C. de rei vendic. Corn. cons. 25. nu. 4. lib. 2. Socin. cons. 26. col. fin. lib. 3. Natta cons. 171. num. 1. lib. 1. Sed agendum est ad implementum, vel ad interesse, maxime quando contractus fuit perfectus, veluti si venditio fuerit perfecta per traditionS rei venditæ, Alexand. in l. cum proponas la 2. n. 4. C. de pact. late Bece. cons.
4 45. n. 35. puta, vt † re tradita emptor cogi possit ad solutionem pretij, si venditor factum præcise præstare non potest sufficit adimplere per æquipollens itaut reddatur emptor securus Afflict. decis. 171. Alex. cons. 65. n. 5. lib. 5. & ita fuit decisum corā Cardinale Seraphino de anno 1598. in vna Romana de Iustinis,

vbi fuerunt allegatæ aliæ decisiones,& rurfus in alia Romana census 17. Aprilis 1598. coram Penia.

Et procedit hæc conclusio etiam si in in-
5 strumento fuerit † expressum bona ad venditorem spectare pleno iure, & postea detegantur subiecta fideicommisso,quia adhuc nō est locus rescisioni si emptor habuit notitiam fideicommissi gloſ.in l.ſi familię.C.famil.hercifcun.vbi Bald.n.7. & cæteri Alex.conſ.21.n. 6.& 7. lib.5. Ruin. conſ.42.n.19. lib.1.cum simil. Secus si ignorauit, & venditor sciuit quia tunc venditor vti periurus dicitur esse in dolo,qui dedit causam contractui, ideoq; venditio annullatur l. & eleganter.de dol.& l. si quis maior.C.de transact. vel saltē est locus redibitoriæ,cum alias emptor non fuisset empturus l. si quis. §. & in potestate, de except. rei iudic. & fuit tentum in vna Camerinen. Castri Orbis 24. Aprilis 1598. coram eodem Cardinale Seraphino; Præsertim si ad fideicommissum vocentur complures nondum nati,cum hoc casu nullum proditum sit remediū pro venditore, nisi vt à contractu recedatur Rota decis.586.sub n.8.& 9.par.1. diuerſ. Et
6 est indubitatum quando † in testamento est facta expressa prohibitio alienationis,quæ inducit nullitatem contractus ipso iure ab initio Bart.in l.filiusfamilias §.diui n.6.verſ.certe, & ibi Castr. n.7.verſ.interdum Claud.nu. 12. Iaſ.in 1.lect.n.66.& in 2.n. 100. Ripa nu. 47.Crot.n.92.ff.de leg.1.Ruin.conſ.23. & 13. lib.5. Grat.conſ. 91.nu.13. cum seq.lib.1. Tiraq. alios citans de leg. connb. gloſ.7.nu.57. & ita tentum fuit in vna Romana Palatij coram Cantuccio 8.Martij 1577. & in alia Romana Saluiani interdicti 29. Martij 1585.coram eodem.

Illud tamen te admonitum esse volo, quod
7 modus † in contractu nominato adiectus operatur, vt possit à contractu discedi eo nō impleto l.cum te fundum, vbi gloſ. C.de pact. inter empt. & vendit.Corn. conſ.101.n.1. lib. 3. Aym.conſ.192.n.22. Quod procedit,quando modus est causa finalis ipsius contractus, videlicet quòd alias quis non esset contracturus, tunc enim potest recedi à contractu modo non impleto; Secus quando id quod est implendum non fuit causa finalis contrahendi, sed impulsiua, quia tunc non potest agi ad ipsius contractus resolutionem propter modi inobseruantiam Aym.conſ.246. num.2. Becc.conſ. 43.nu.39. Bald.Nouel.de dot.priuileg.50.n.1.circa med.par.6.tametsi contra-
8 ctus fuerit iuratus: Nam quamuis † iuramētum obliget præcise ad factum l si quis maior. C.de transact. tamen quando factum non po-
9 test præcise impleri iurans † excusatur ab implemento Aym. conſ.12. nu. 1. verſ.sed posito Gabr. de iureiuran. concluſ.8.in fin.& contra eum agi potest ad interesse non autem ad rescisionem contractus Cephal.conſ.589.n.4.& & 7. lib.4. & ita semper obseruauit Rota, vt in Romana Palatij corā Bubàlo 7. Maij 1590. in Auximana bonorum coram Cardinale Millino, & in dicta Romana census coram Penia.

Dilatio ad deliberandum, & se instruendum quando litigantibus sit concedenda, & an sententia lata pendente dilatione, seu termino ad liquidandum sit ipso iure nulla. Cap. XCI.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio actori regulariter non conceditur, cum paratus ad iudicium venire teneatur.*
2 *Ampliaquamuis tertius veniat ad causam contra ipsum vigore clausulæ commissionis obtentæ per ipsum actorem omnesque alios sua interesse putantes.*
3 *Limita, quando tertius venit ad causam vigore specialis commissionis ab ipsomet obtentæ.*
4 *Secundo limita, vbi actor commisisset causam super vno iure, & reus pendente iudicio produxit ius nouum, cuius respectu lis non fuerat capta.*
5 *Dilatio actori conceditur quando reus cedit ius suum tertio, & cessionarius venit, propter mutationem personæ, licet cessionarius vtatur iure cedentis.*
6 *Reo regulariter conceditur ad se informandum de iuribus suis, & deliberandum, an velit cedere vel contendere.*
7 *Limita nisi contra eumdem iam seruatus sit terminus ad articulandum, & anno elapso petat eam sibi dari.*
8 *Secundo limita nisi citatio contra eum decreta, & termini obseruatio emanauerit vigore commissionis impetratæ litteris non expeditis.*
9 *Tertio limita in reo spoliatore etiam si spolium contra eum adhuc non sit probatum.*
10 *Dilatio aliqua ceditur reo spoliatori ad opponendū cōtra iura nouiter producta, nisi in casu, vbi produceretur gratia si neutri, & n.11.*
12 *Non datur reo qui habuit quartam dilationem.*
13 *Quarta dilatio datur quando allegantur causæ releuantes, & petens iurat causam veram esse.*
14 *Hæredi vlterior dilatio conceditur sicut etiam successori, quamuis, eius prædecessor contra quem iudicium fuerat ceptum, quartam obtinuerit.*
15 *Dilatio procuratori in Curia citato concedenda est ad certiorandum Dominum in partibus de lite particulari sibi mota.*
16 *Limita si procurator repertus in Curia habeat speciale mandatum procedendi in causa commissa.*
17 *Secundo limita, vbi actor petit declarari locum esse regressui ob non solutam pensionem.*
18 *Tertio limita, vt dilatio procuratori non detur pro*

pro habendis defensionibus post decretum citationis, vbi post dictum decretum mandatum produxerit per sex menses.

19 *Quarto limita quando Dominus fuit citatus per edictum in partibus consisto de non tuto accessu.*

20 *Dilatio non datur Cessionario si prius data fuit auctori suo, nisi respectu iuris proprij, quod aliunde habet quam à cedente.*

21 *Sententia lata pendēte dilatione, seu termino ad liquidandum est ipso iure nulla.*

22 *Dilatio à Iudice concessa potest ab eodem reuocari dummodo reuocatio sit expressa.*

23 *Dilatio in prolatione sententiæ hodie non censetur reuocata, nisi in sententia Rotali.*

QVOTIDIE vsu venit, vt disputetur, An dilatio ad deliberandum, & se instruẽdum sit litigantibus concedenda. In qua quęstione breuiter de singulis personis pertractando infrapositæ conclusiones sunt notandæ. Prima
1 est quod † actori regulariter non conceditur dilatio, quia paratus venire tenetur ad iudicium Caputaquen. decis. 15. nu. 1. & sequen.
2 par. 1. Quæ conclusio † procedit etiamsi tertius veniret ad causam contra ipsum vigore clausulæ commissionis obtentæ per actorem, omnesq; alios sua interesse putātes, & Achil. de dilat. decis. 2. Et ratio est, quia venire debet paratus contra omnes comprehensos in dicta commissione: Secus autem est vbi ter-
3 tius † venit ad causam vigore specialis commissionis ab ipsomet obtentæ, quia tunc actori esset dilatio concedenda: Et idem est, vbi
4 actor † commisisset causam super vno iure, & reus pendente iudicio produxit ius nouum, cuius respectu lis nō fuerat cæpta Cassad. decis. 1. de dilat. n. 4. Ita Caputaq. d. decis. 15. nu. 3. Similiter † quando reus cedit ius suum tertio, & cessionarius venit actori datur dilatio propter mutationem personæ, licet Cessionarius vtatur iure cedētis Crescen. decis. 10. de dilat. in impressis.
6 Secunda est conclusio, quod licet Reo † regulariter danda sit dilatio, vt possit se informare de iuribus suis, & deliberare An velit cedere, vel contendere, tamen hoc fallit Pri-
7 mo vbi contra † eumdem iam seruatus sit terminus ad articulandum, & anno elapso petat eam sibi dare, sub prætextu quod nunc velit venire ex alio iure, quod sibi superuenit Crescent. decis. 5. de dilat. Secundo fallit post-
8 quam † terminus contra eum ad articulandū fuit seruatus, licet citatio contra eum decreta, & termini obseruatio emanauerit vigore commissionis impetratæ litteris non expeditis, & ita sine iurisdictione quæ postmodum data fuit mediante noua commissione, Cre-
9 scent. eod. tit. decis. 6. Tertio fallit † in reo spoliatore cui non datur dilatio etiam si adhuc spolium non sit probatum Crescent. decis. 4.
10 de dilat. Ad opponendum tamen † contra iura nouiter producta ei deberet cōcedi aliqua dilatio Crescent. vbi supra decis. 7. Nisi in
11 casu † vbi produceretur gratia Si neutri, nam dilatio aliqua ad opponendum contra eam non datur Crescent. vbi supra decis. 8. Quarto
12 fallit † quando reus habuit quartam dilationem; quia vltra illam nulla amplius danda est Lap. alleg. 38. Doct.* communiter in l. vlt. ff. de ferijs Mising. singul. obseruat. cent. 1.
13 obseruat. 72. in fine; Et quarta † dilatio conceditur vbi causæ releuantes allegātur, & petens iuret causam veram esse aliaque obseruet de quibus in capit. vltra tertima de testib. Ita Alex. Castren. Fulgos, & alij in l. vlt. & in l. oratione ff. de ferijs, quos sequitur Misinger. in loco præcitato, Et hoc intelligitur verum, dummodo reus conuentus non sit hæres illius contra quem fuit cæptum iudicium,
14 Nam illi † vlterior dilatio conceditur sicuti etiam successori, quamuis eius prædecessor quartam obtinuisset; nam indistinctè hæredi, & successori noua dilatio danda est, vt per Doct. in d. l. oratione de ferijs, nec est exprimendū quod sit quarta vel quinta Specul. tit. de teste § qualiter autem vers. sed pone quòd antecessor, Ita Misinger. sing. obseruat. cent. prima obseruat. 73.
15 Tertia est conclusio quod † procuratori generali in Curia citato concedenda est dilatio ad partes ad certiorandum Dominum de lite particulari sibi mota, vt deliberet, an cedere vel contendere velit, vtque ipsum procuratorem instruere valeat de pertinentibus ad litē sibi motā cap. dilectus vbi Hostien. & Abb. nu. 5. vers. & concludendo de procurat. Bisignet. decis. 1. de dilat. Cassad. decis. 1. eod. tit. Rota decis. 31. de procurat. in nouis.
16 Fallit primo hæc conclusio si † procurator iste repertus in Curia habeat speciale mandatum procedendi in dicta causa iam cōmissa, & cuius commissionis vigore citatus ipse fuit; quia tunc ei non conceditur aliqua dilatio ad certiorandum Dominum, Ita distinguendo concluditur in supradictis decisionibus, & ita fuit resolutum per Rotam in vna Strigonien. prætensæ violationis testamenti 4. Decembris 1595. corā Cardinale Mantica.
17 Secundo fallit, vt non detur † dilatio procuratori ad consulēdum Dominum, vbi actor petit declarari locum esse regressui ob non solutam pensionem, dum tamen per prius Dominus ipse fuerit monitus ad docendum se paruisse litteris Apostolicis, in quibus erat reseruata pensio, & in casum non solutionis regressus, & non fuit probata solutio, Crescent. decis. 9. de dilat.
18 Tertiò fallit, nā † procuratori generali post decretū citationis nō sunt dandæ dilationes ad pro partes habēdis defensionibus, & certiorandum Dominum vbi mandatum produxerit

xerit post dictum decretum citationis per sex menses ea ratione, quia per lapsum tanti temporis citatio præsumitur exequuta, & petitio dilationis presumitur calumniosa Guidobon. decis. 65.

19 Vltimo fallit nam † procuratori generali non debent dari dilationes ad certiorandum Dominum, quando Dominus fuit citatus per Edictum in partibus constito de non tuto accessu ex quo lex presumit scientiam in eo, vnde qua ratione non darentur si ipse comparuisset, pari formiter neque eius procuratori sicuti etiam citato in Curia, vel in loco proximo Curiæ, vt Neapoli dari non debent, Ita tenuit Rota apud Sarnen. decis. 118.

20 Quarta est conclusio quod † cessionario litiganti dandæ non sunt dilationes ad partes pro defensionibus suis habēdis, vbi prius datæ fuerunt Auctori suo cum quo prius eadem lis vertebatur, & hoc respectu iuris cessi, respectu autem iuris proprij quod aliunde habere prætendit quàm à cedēte dande sunt dilationes, sed sine retardatione processus respectu iuris cessi, Ita Guidobon. decis. 64.

Præterea non est omittendum quod in his casibus in quibus dilatio conceditur officium
21 Iudicis conquiescit, & consequenter † sententia lata pendente dilatione est ipso iure nulla l. siue pars C. de dilat. cap. significante, & ibi Franc. num. 15. de appellat. Lap. alleg. 2.
22 Anchar. cons. 36. Et quamuis † Iudex possit dictam dilationem reuocare, vt per Bald. in d. l. siue pars num. 1. Ant. de Butr. in d. cap. significante num. 13. Cassad. decis. 4. num. 2. de appellat. tamen per sententiam non censetur reuocata, sed est necessaria reuocatio expressa iuxta decisionem factam in causa Auximana terrarum coram Brauo. Neque enim intelligitur dilatio reuocata in prolatione
23 sententiæ † nisi hodie in sententia Rotali, vt vt per decis. Oradini in causa Nullitatis Abbatiæ S. Autonij 28. Februarij 1564.

Procurator quando mandatum producere teneatur, vt iudicium valeat, & nūquid iudicium agitatum cum Monacho procuratore sine licentia Superioris sustineatur, quando non fuit oppositum. Cap. XCII.

SVMMARIVM.

1 *Procurator. parte opponente debet mandatum producere, alias acta facta post dictam oppositionem, non sustinentur, secus si pars non opponat, quia tunc sufficit de mandato quandocunque docere.*
2 *Protestatio. vt nihil fiat, nisi docto de legitimo mādato, debet repeti in quolibet actu, alioquin censetur ab ea recessum.*
3 *Declaratur, quando procurator ab initio habebat mandatum, licet illud non produxerit; secus si nullum habebat mandatum, vel sumus in casu, in quo iudicium non potest claudicare, quia tunc iudicium est nullum, quamuis contra eum non fuerit protestatū, & n. 4. & 5.*
6 *Iudicium agitatū cum* Monacho *constituto procuratore sine licentia Superioris sustinetur, quando non fuit oppositum.*
7 *Religiosus potest esse in iuditio pro se, & litis consortibus.*
8 *Aequiparatur potius Militi, quàm Seruo.*
9 *Miles non prohibetur esse procurator pro se, & commilitonibus.*
10 *Non potest constitui procurator etiam de consensu.*
11 *Iudicium agitatum cum milite sustinetur, quando non fuit oppositum.*

DVBITARI aliquando solet, An procurator, qui habet mandatum, teneatur illud producere in actis ad hoc, vt iudicium sustineatur, vel potius sufficiat de eo docere quandocunque.

Breuiter sic responde-
1 tur. Aut pars † opposuit nihil fieri, nisi docto de mandato, & tunc non sufficit mandatum adesse in rei veritate, sed debet in actis exhiberi, aliàs acta facta post dictam oppositionem non valent. Aut pars nihil opposuit, & hoc casu sufficit de mandato quandocunque docere, Ita Bald. in l. 1. in 2. lect. n. 3. ff. de procurat. & in cons. 122. n. 1. lib. 3. Alex. cons. 146. circa finē lib. 5. Aym. cons. 108. Guidobon. decis. 129 Quam distinctionem tenuit Rota in vna Romana census 4. Decembris 1595. coram Cardinale Pamphilio.

2 Sed aduertendum est, quod hæc † protestatio, vt nihil fiat, nisi docto de legitimo mandato, debet repeti in quolibet actu, alioquin censetur ab ea recessū, Mohed decision. 44. & ita obseruat Rota, vt non obstante dicta protestatione valeant acta per procuratorem, de cuius mandato non constat, nisi in quolibet actu protestatio repetatur, vt fuit tentum in vna Siracusana Quartæ 20. Iunij 1586. corā Cardinale Platto.

Verū istud declaratur, procedere, vel quan
3 do † ille procurator ab initio habebat legitimum mandatum, licet non produxerit illud ante sentētiam, vt dictum est; ne alioquin sit in potestate principalis iudicium reddere elusorium, iuxta decis. Put. 383. lib. 2. vel quando sumus in casu, quo iudicium potest claudicare, prout est, quando litigatur cum minore: Nam tunc debet sibi imputare aduersarius, qui non curauit legitimare personam procuratoris, sed potius approbauit tam citando, tanquam procuratorem verum, iuxta tradita per Anan. cons. 93. col. 2. Nec repetendo protestationem in quolibet actu, vt supra

4 pra dictum fuit. Secus † si procurator nullum habebat mandatum, vel simus in casu, in quo iudiciũ non potest claudicare, quia tunc iudicium est nullum, licet contra eum non fuerit protestatum; Ita declarando sub die 18. Martij 1588. tenuit Rota in vna Verulana legitimæ coram Cardinale Blanchetto, In qua fuerunt annullatæ sententiæ obtentæ per falsum procuratorem, licet non fuisset contra eum in quolibet actu protestatum, quia vere ille procurator mãdatum non habebat, cum esset constitutus simpliciter, & nõ in solidum cum alio, vnde sine eo non poterat procedere; Nec ibi iudicium erat cum minore, vt posset claudicare.

5 Et quòd gesta † per falsum procuratorem veniant annullanda, etiam quòd contra eum in quolibet actu non fuerit protestatum, seu repetita protestatio eum non debere audiri, nisi docto de legitimo mandato, fuit etiam resolutum per Rotam in vna Auximana affictus 9. Februarij 1588. coram Cardinale Plato.

Sed ab hoc loco non alienum videtur perquirere, An iudicium agitatum cum Monacho constituto procuratore sine licẽtia Superioris sustineatur, quando non fuit oppositum? Hæc quæsito apud iuris interpretes est valde controuersa, vt colligitur ex traditis per Dec. cons. 494. n. 10. vers. sed circa hoc & cons. 499. n. 6. vers venio ad secundum, & in cap. 2. n. 78. ad finem, de iudic. qui negatiuam partem tenet, quam etiam visa est tenere Rota apud Caputaquen. decis. 174. parte prima in impressis.

6 Quidquid tamen sit affirmatiua † sententia amplectenda est; Primo quia est magis cõmunis; Nam ipsam tennit Federic. de Senis cons 293. prope finem, qui licet loquatur in executore, tamen eius rationes concludunt etiam in procuratore, quem sequitur Roman. cons. 235. & cons. 409. & singul. 145. Felin. in d. c. 2. n. 3. de Iudic. Ferrett. cons. 213. nu. 5. lib. 1. Paris. qui attestatur de magis* communi cons. 16. n. 100. lib. 2. cum alijs, de quibus in addit. ad Rom. cons. 409. & ad eumdem in d. singul. 145. & communem * fatetur idem Dec. d. cons. 494. & 499. & placuit Achilli de Grassis magnæ existimationis viro in decis. 5. de procurat. & hanc quoque tenuit Rota coram Cardinale Pamphilio in causa Abulen. præstimonij 6 Noueb. 1587. & 30. Maij 1588.

Secundo quia est æquior, nam facit pro validitate actus, & tanquam talem eam sequuta fuit Rota antiqua apud Bisignet. decis. 4. de offic. vic. in simili quæstione de gestis per Vicarium Monachum.

Tertio, quia videtur verior, nam ad hoc propositum magis videtur æquiparandus religiosus militi, quàm seruo, quoniam † seruus nullo modo potest esse in iudicio, religiosus vero potest pro se, & litis cõsorte, Clemen. religiosus, vbi Card. in 5. not. de procurat. & tradit etiam Innocen. per illum tex. in cap. cum I. & A. in princ. de re iudicat. Et ideo in

8 hoc melius † æquiparatur militi, qui similiter

9 non prohibetur esse † procurator pro se, & cõmilitonibus, l. si filius familias. §. veterani. ff. de procurator. Quapropter quẽadmodũ licet

10 miles † nõ possit cõstitui procurator etiã quod plus est de consensu, d. §. veterani, tamen iu

11 dicium cum eo agitatum sustinetur † si non fuit oppositum, vt in dict. §. veterani, ita etiam sustineri debet agitatum cum Monacho, cum in hoc proposito non sit maior prohibitio in eo, quàm in milite, Immo videatur minor, cum possit esse procurator cum licentia Superioris quod de milite nusquam cauetur, & miles ne de partis quidem cõsensu possit, quod de Monacho non reperitur ita expresse cautum.

Ex his enim tollitur ratio, qua potissimum mouetur Dec. in locis supra citatis, quod maior sit prohibitio in religioso, quàm in milite, vel clerico sæculari, & alia ratio, quòd Monachus magis æquipararetur seruo, quàm militi, nam vt dictum est potius videtur maior prohibitio in milite, quàm in religioso, & religiosus rectius comparatur in hac re militi, quàm seruo.

Notarius an possit in instrumento aliquid minuere, vel addere, quod non sit in nota, & quando extenso potius standum sit, quàm matrici. Cap. XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Notarius, qui non fuit rogatus de instrumento, in extensione illius, nihil addere, aut minuere potest in substantialibus.*

2 *Rogatus de instrumento, si contrariũ eius, quod in matrice est, apponit in extenso, corrigendum est instrumentum ex protocollo, eique, & non extenso danda est fides, secus si scriptura non sunt repugnantes, quia tunc statur pleniori, & num. 3.*

4 *Item potest in instrumento rogato addere ex se etiam ex interuallo, dummodo tamen id faciat tempore congruo, quo recordabatur de voluntate partium, & n. 5.*

6 *Si scripserit in notula seu matrice verba dubia, seu cæterata, potest ea declarare conficiẽdo instrumentum publicum et tunc standum est instrumento extenso, quamuis notulam originaliter non correxerit. & n. 7. & 8.*

9 *Extensio facta per notarium rogatum in instrumento publico præsumitur facta secundum voluntatem partium, de qua erat informatus & illi magis standum est, quàm extensioni factæ ab alio notario, & num. 10.*

PVL-

PVLCHRA est, & vtilis admodũ dubitatio, Nunquid notario liceat de iure in instrumento extenso aliquid apponere, quod non sit in nota originali? Et resoluendum est, quòd si Notarius † est intrinsecus, puta succes-
1 sor, vel alius qui non fuit rogatus de instrumento, tunc in extẽsione nihil addere, aut minuere posit in substantialibus, sed teneatur id solum, quod in matrice est transumptare, & in instrumento extenso trãscribere; Ista est cõmunis *cõclusio, quam tenet Bald. in rubr. C. de fid. instrum. col. 7. vers. quarto quæritur, Bart. in l. si librarius, col. 3. de reg. iur. Natta cons. 329. n. 2. tradunt Doct. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posthum. & in l. Pomponius scribit. §. fin. de re iudic. & Canonistæ in cap. cum P. Tabellio, de fid. instrument.

In notario autem rogato est distinguendũ;
2 Nam si contrarium † eius, quod in matrice est apponit in extenso, corrigendum est instrumentum ex protocollo, eique & non extenso danda est fides, Bart. in l. Sempronius Proculo, de leg. 1. Socin. cons. 199. n. 1. lib. 1. Alex. cons. 79. nu. 4. lib. 5. Menoch. de arbitr. casu 187. n. 21. qui alios cumulat, Mand. de Alba cons. 59. n. 1. Bertrand. cons. 23. n. 3. & cons. 74. num. 1. & cons. 229. nam. 7. part. 2. vol. 2.
3 Secus si scripturæ † non sint repugnantes, sed plus reperiatur scriptum in extenso, quàm in matrice, quia tunc standum est pleniori, & sic extenso, ex doctrina Bald. in l. Imperator la 1. numer. 10. versic. sed nunquid, de stat. homin. quem sequuntur Alex. cons. 105. num. 4. vol. 2. Corn. cons. 243. n. 17. vers. modo deueniendum lib. 3. Alban. cons. 51. nu. 3. vers. secũdo, & principaliter lib. 1. Gemin. cons. 76. dub. 2. Ægid. decis. 372. Et ratio est, nam quę differunt secundum plus, vel minus non differunt specie, & præsumitur, quòd notarius ita intellexerit à partibus: Vnde cum istud re-
4 spiciat eius officium, potest † addere ex se etiã ex interuallo, vt not. Bart. in d. l. si librarius, n. 3. & ibidem Dec. nu. 5. de reg. iur. Paris. cons. 61. n. 9. lib. 3. dummodo tamen id faciat
5 tempore † congruo, quo notarius recordabatur de voluntate partiũ, vt tenuit Rota in vna Gaietana iurisdictionis 26. Nouembris 1563. coram Robusterio per cons. Socin. 94. num. 4. & 5. in princip. lib. 1. Alex. cons. 70. nu. 1. & sequen. lib. 1. Socin. Iun. cons. 101. nu. 9. cum sequen. lib. 1. Quibus addo Bero. cõs. 87. n. 48. lib. 3. Mand. de Alba d. cons. 59. num. 3. & sequen. Bertran. cons. 44. n. 9. par. 1. & cons. 141. per totum par. 2. vol. 2. Mil. in repert. in verbo, Notarius non potest corrigere, Guid. Pap. decis. 129. per totã, Card. Zabarel. in procem. Clem. in verbo, data.
6 Idem est dicendum si † notarius scripserit in notula, seu matrice verba dubia, seũ cæterata eaque declarauerit conficiendo instrumentum publicum, nam adhuc standum erit instrumento extenso per Socin. d. consil. 94. n. 4. lib. 1. Calcan. cons. 48. n. 24. per totum, Mand. de Alba d. cons. 59. nu. 5. Vbicumque enim notula originalis non est ita clara, quin possit recipere aliam declarationem, non est inconueniens, vt notarius rogatus ex notitia, quam habuit illam declaret, vel corrigendo notulam ipsam, vel conficiendo instrumentũ
7 publicum, absque eo † quod notam originalem corrigat, seu redigat conformem extenso, Ita post Bart. in d. l. si librarius, vbi Dec. Cagnol. & alij, de reg. iur. tradit. Bald. in d. l. Imperator col 2. in princip. vers. & nota, quòd potius, de statu homin. Ias. in l. Iurisgentium, §. quòd ferè, ff. si cert. pet. Socin. in l. Gallus §. idem credendum, n. 3. & ibi. Ias. nu. 17. in fine, & etiam alij de lib. & posthum. Alex cons. 70. n. 4. cum sequen. lib. 1. Socin. Iun. d. cons. 101. n. 11. cum pluribus sequen. lib. 1. Et ita quoque fuit resolutũ per Rotam in vna Romana Castri Iuliani 4. Iulij 1584. coram Robusterio, & in alia Romana societatis offici 30. Octobris 1598. coram Orano, In qua fuit dictum, quod instrumenti fidem
8 non diminuebat extensio † abbreuiaturæ cum adiectione testium, quasi contineret errorem defectus substantialis, nam illa non erat correctio erroris, sed extensio protocolli cæterati cum testium specificatione, quam notarius facere poterat, Ias. in d. l. Gallus. §. idem credendum n. 12. in fine, de lib. & posthum. Grat. cons. 102. n. 8. lib. 1. Neuizan. cons. 28. n. 12. Et fuit allegata ratio, de qua supra, quia cum istud spectaret ad eius officiũ poterat addere ex se etiam ex interuallo. Hoc etiam fuit decisum in vna Romana donationis de Luraghis 3. Decembris 1399. coram Iusto; In qua
9 fuit dictum, quod talis † extensio facta per notarium præsumitur facta secundum partium intentionem, de qua erat informatus, c. ad audientiam, de præscript. cum not. in l. si quis Decurio, C. ad leg. Corn. de fals. Bald. in l. si quis filiabus n. 3. ff. de testam. tut. Roman. cons. 179. n. 6. Dec. cons. 450. n. 2. Alciat. de præsumpt regula 3. præsumpt. 13. Addo ego Curt. Sen. cons. 44. n. 75. Grat. cons. 112. lib. 2. Socin. cons. 3. n. 11. lib. 1. Abb. cons. 54. n. 7. & 8. Et in eadem Romana Castri Iuliani fuit
10 hoc ampliatum procedere etiam † in concursu extensionis factæ ab alio notario, iuxta consuetudinem notariorũ; Nam in dubio standum est extẽsioni factæ à notario rogato tanquam melius informato de mente partium per doctrinam Bald. in authen. si quis in aliquo n. 16. C. de eden. Alex. in l. Gallus §. idem credendum, n. 7. Ias. n. 23. Galiaul. num. 25. de lib. & posthum. Felin. in cap. cum P. tabellio num. 8. de fid. instrum. Alex. cons. 146. num. 6. vers. accedat lib. 5.

Monetæ

Monetæ valor in contractibus, quomodo consideretur, paucis expositum. Cap. XCIV.

SVMMARIVM.

1 *Solutio in vna specie monetæ pro alia fieri potest, quando non interest creditoris.*

2 *Fieri debet inspecto valore monetæ secundum communem cursum loci, in quo fuit initus contractus, quando contrahentes litigant super valore respectu loci tantum, & n. 3.*

4 *Aureis legatis debetur illi, qui frequentantur in loco, vnde legans originem ducit.*

5 *Verba semper intelligi debent, secundum consuetudinem loquendi regionis.*

6 *Oldradi opinio, quòd valor consideretur iuxta locum, in quem collata est gratia, non autem vbi facta est, communiter reprobatur.*

7 *Solutio facienda est de noua moneta proportionabiliter ad æstimationem antiquæ, quãdo valor, qui erat de tempore contractus reperitur immutatus eo tẽpore, quo est faciẽda solutio, in pondere, & bonitate intrinseca, & n. 9. & 10.*

8 *Creditor non tenetur recipere pecuniam diminutam tempore solutionis in bonitate intrinseca, nisi aliter tẽpore obligationis conuentũ fuerit.*

11 *Solutio monetæ fieri debet inspecto valore secundum tempus præsens, quando mutatio contingit ob iussum Principis, vel, quia plus hodie valeat aureus, quàm grossior moneta.*

12 *Valor monetæ extrinsecus si variatur, attẽditur tẽpus solutionis, etiã in annuis præstationibus, & vbi agitur de fructibus soluendis, & n. 13.*

14 *Si intra tempus solutionis accreuerit à debitore non deductitur, & si fuerit diminutus suppleri non debet.*

15 *Eius diminutio contingens post moram debitoris, cedit damno, & præiudicio ipsius, præsertim si creditor sit solitus Lucrari.*

QVAMVIS iure communi absolutum videatur, vt pro vna specie monetæ † alia solui possit, dũ-
1 modo creditoris non intersit, vt tradit Bart. in l. Paulus n. 3. ff. de solut. Nihilominus non parum dubitationis habet ille articulus, qualis valor monetæ attẽdi debeat, quãdo solutio est faciẽda per debitorẽ; Et pro resolutione aliquot casus sunt distinguendi.

Primus est, quando inter contrahentes dif-
* feritur de valore respectu loci tantum, & tunc
2 communis* conclusio est, quòd solutio † monetæ fieri debeat inspecto valore secundum cõmunem cursum loci, in quo fuit initus contractus, iuxta doctrinam eiusdem Bart. in l. semper in stipulationibus nu. 2. & ibi Cagnol. num. 5. de regul. iur. Socin. conf. 247. in 2. dubio, n. 4. lib. 2. Natta conf. 192. lib. 1. Barbat. conf. 15. in fine lib. 2. Surd. decis. 227. nu. 1. & per totam. Vnde quamuis solutio alibi sit destinata, & peti possit, vt ea fiat in alijs locis in instrumenro descriptis, veluti Romæ, tamen si contractus est celebratus Bononiæ, solutio est facienda inspecto valore secundum cõmunem cursum ciuitatis Bononiæ, non autem secundum cõmunem cursum Vrbis, & ita fuit decisum per Rotam in vna Ariminen. fructuũ 1. Aprilis 1591. coram Cardinale Seraphino, ea scilicet ratione, quia talis conuentio respi-
3 cit facultatem † conueniendi, & ideo non immutat substantiam eius, quod in obligatione est deductum, quin vniformiter sit habenda ratio valoris monetæ loci, in quo contractus initus fuit. Præsertim si contrahentes inde originem ducant, vel ibi per longum tempus fuerint morati, per tex. in l. nũmis. ff. de leg. 3.
4 Vbi dicitur, Aureis legatis † deberi eos, qui frequentantur in loco, vnde legans originem ducit, sequuntur Doct. omnes ibi, Et verba
5 semper intelligi † debent secundum consuetudinem loquendi, qui est in regione, Corn. conf. 233. n. 6. lib. 4. Alex. conf. 131. n. 4. lib. 6. Et quamuis Oldrad. conf. 168. in princip. dicat, valorem, & æstimationem considerari iuxta locum, in quem collata est gratia, non autem
6 vbi facta est, tamen eius opinio † communiter reprobatur, vt inquit Purpurat. in l. cũctos populos, n. 109. vbi Caccialup. C. de Sum. Trin.
& fid. Catholica, & ab eo discedit Alex. conf.
* 21. col. 2. lib. 2. & cõmunem * esse incontrariũ probat Cagnol. in d. l. semper in stipulationibus, n. 5. vbi multos allegat, latissime Rolan. conf. 100. per totum lib. 3.

Secundus casus est, quando valor monetæ, qui erat de tempore contractus reperitur immutatus eo tempore, quo est faciẽda solutio, & tũc si queratur, à quo tẽpore valor sit inspi-
7 ciendus, ita est distinguendum; Aut † mutatio cõtingit propter deteriorationem pecuniæ in pondere, & bonitate intrinseca, & hoc in casu valor inspici debet à tempore contractus, seu obligationis, & non à tempore solutionis, Et sic solutio facienda est de noua moneta proportionabiliter ad æstimationem antiquæ, & ita loquitur tex. in c. olim, iuncto c. cum cano
* nes, de censib. Quam sententiã fatentur* communem Abb. in c. quanto, col. 5. vers. venio ad secundum casum, de iureiuran. Ias. in l. 2. q. 36. C. de iure emphyt. Socin. Iun. conf. 94. lib. 1. Afflict. decis. 194. & in verbo, monetæ, quæ sinc regal. plenè Gabr. de solut conclus. 1. n. 1. & 2. vbi inquit ita intelligẽdos esse Doctores dicẽtes, in cõtractibus quo ad valorẽ monetæ soluendæ inspiciendũ esse tempus promissionis.
8 Quare pecuniã † in bonitate intrinseca sic diminutã nõ tenetur quis recipere, nisi forte aliter tẽpore cõtractus fuisset actũ inter partes, quod ex pluribus probat Guid. Pap. decis. 403. addẽdo tñ, non † esse negandũ, quin possit fieri solutio in moneta vsuali, ad valorem alterius monetę, quę cõtractus tẽpore in vsu erat; p d. c. olim, cũ ibi not. de censib. & per glos. in l. cle-

eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignorat. act.
10 Quòd maxime verum est, si pecunia, † quæ
contractus tempore vsurpabatur amplius non
extet, vel difficulter haberi possit, vt per Af-
flict. in d. verbo, monetæ, n. 10. vbi hoc pul-
* chre tractat, & hanc * communem Doct. opi-
nionem esse attestatur.

Aut mutatio valoris (& hic erit tertius ca-
sus) contingit non ex deterioratione pecuniæ
in eius bonitate intrinseca, sed ob iussum
Principis, vel alias quia plus hodie valet au-
reus, vel grossior moneta, quam valeret tem-
pore promissionis, & in hoc casu communior,
11 & verior † opinio est solutionem esse fa-
ciendam inspecto valore secundum tempus
solutionis, Bart. & Doct. in d. l. Paulus, de
solut. Cagnol. in l. 2. num. 215. C. de pact. inter
empt. & vendit. Socin. in l. cum quid nu. 4. &
ibi Alciat num. 68. ff. cert. pet. Idem Alciat.
cons. 155. vbi inquit in d. l. cum quid se ita
sentire, Gabr. de solut. conclus. 2. in princip.
Socin. Iun. cons. 44. n. 5. lib. 4. Boer. decis. 327.
n. 12. Beninten. decis. 39. incip. dubitabatur in
quadam causa, Aym. cons. 47. incip. Magnifi-
cus Dominus, nu. 6. vers. Quinto dico. Et
12 quod vbi variatur † extrinsecus monetæ va-
lor non debeat attendi tempus contractus,
sed tempus solutionis tradit etiam Aret. cons.
* 11. nu. 3. vbi hanc testatur esse * communem
opinionem: Et ita quoque tenuit Rota in plu-
ribus causis, & præsertim in vna Narnien. Le-
gitimæ 17. Aprilis 1581. coram Cardinale
Seraphino, & in vna Romana pecuniaria 28.
Iannuarij 1589. coram Penia; In qua fuit di-
13 ctum hoc procedere † etiam in fructibus, &
annuis præstationibus, & ibidem fuit reiecta
decis. Put. 149. incipien cõmunis conclusio est,
tãquã incerta, & quæ suffragij potius priuati,
quam decisionis Rotæ speciem præseferat.

14 Ex quo infertur, quod si valor † monetæ
accreuerit, tunc debitor non possit deducere
valorem, vel incrementum illud, quod veteri
æstimationi intra tempus solutionis accessit;
Sicuti è contra, si valor diminutus est, non
tenetur supplere valorem tempore contracti
debiti currentem, atque vsualem; nisi fuisset
15 in mora constitutus; nam diminutio † con-
tingens post moram cederet damno, & præiu-
ditio ipsius, præsertim si creditor esset solitus
lucrati, ex late deductis per Gabr. de solut.
conclus. 3. nu. 1. & 4.

Fæudatarius quando possit sine consensu Domini subinfæudare rem, quam iure fæudi ab alio recognoscit, & si consensum Domini adhibuit, an possit solo suo consensu reuocare. Cap. XCV.

SVMMARIVM.

1 Fæudatarius potest subinfæudare rem, quam iure fæudi ab alio recognoscit, etiam sine consensu Domini directi, & quamuis fæudum ab Ecclesia recognoscat, & nu. 2. & 3.

4 Emphyteuta Ecclesiæ potest infæudare rem emphyteoticam sine consensu Domini.

5 Fæudatarius non potest subinfæudare alteri, nisi æquali, & eodem modo, vt ipse habet, & dummodo fraus non interueniat & n. 7. & 8.

6 Subinfæudatio in secundum vassallum æque idoneum ad seruiendum valet, quamuis circa alia sit inæqualitas.

9 Non valet sine Domini consensu, quando fæudum in eius curia existit, vel in loco, vbi ipse habet iurisdictionem, seu districtum.

10 Durat solum viuente eo, qui subinfæudauit.

11 Iure dantis resoluto, resoluitur ius accipientis, quod limita, vt n. 18.

12 Vassallus non potest in subfæudatarium plus iuris transferre, quam ipse habeat.

13 Fæudum ad Dominum reuertitur cum omni incremento, si miles, aut vassallus, qui alteri illud concesserat, moriatur sine hærede.

14 Eius refutatio per primum infæudantem facta, subinfæudato præiudicat.

15 Subinfæudatio, seu ius secundi vassalli resoluitur, quando primus vassallus venit priuandus ob culpam in personam Domini commissam sine agatur de præiudicio Agnatorum siue filiorum, & n. 16.

17 Fæudum ad Dominum non deuoluitur, sed remanet apud subfæudatarium, quando liberis, & agnatis deficientibus secundus vassallus vult recognoscere fæudum a primo infæudante, seu Domino.

19 Laicus habens decimas in fæudum ante Lateranense Concilium, non potest eas alteri in fæudum concedere, seu in alium Laicum quouis modo transferre sine auctoritate Papæ.

20 Donatio decimarum a Laico facta etiam cũ consensu Episcopi nõ valet, si sit facta alteri Laico.

21 Nemo citra Papam potest Laicum reddere capacem iuris spiritualis.

22 Consuetudo, vt decimæ de Laico in laicum trãsferrantur sine consensu Papæ, non valet.

23 Decimæ per Laicos aliquo temporis cursu præscribi non possunt ratione spiritualitatis.

24 Prohibitum vna via, alia admitti non debet.

25 Consuetudo, quòd auctoritas Papæ requisita pro solemnitate in alienatione rei Ecclesiæ non interueniat, non est valida.

26 Subinfæudatio non valet, quando in prima concessione facta vassallo fuit appositum pactum de non alienando.

27 Prohibitio noua addita prohibitioni antiquæ de non alienando ampliat dispositionem.

28 Infæudatio non est alienatio.

29 Verba non sunt interpretanda contra propriam significationẽ, vt fæudatarius incidat in pœnã.

30 Baro in regno Neapolis non potest infæudare de nouo rem demanialem fæudi, seu Baroniæ sine consensu Regis.

31 Potest rem alias legitime infœudatam, & ad se deuolutam per se alij dare sine consensu Regis, si talis res deuoluta sit fœudum planum, & de tabula, cum eodem tamen seruitio.

Exce-

32 *Excadētia feudorū eū eisdē pactis dari debent.*
33 *Baro regni Siciliæ rem cōsuetā infeudari, & ad se deuolutam, non potest vlterius in feudū dare, si ipse eā ceperit, & vt suam demanialē possederit, aut super hoc animū suū declarauerit.*
34 *Potest possidere excadentias separatas à Baronia, vel iunctas cum ea.*
35 *Non potest feudum quaternatum sine regio consensu concedere.*
36 *Subditus Principi, aut superiori suo rem in feudum dare non potest.*
37 *Fallit in vxore, quæ habens castrum in feudum potest illud subinfeudare viro.*
38 *Donatio inter virum, & vxorem est prohibita.*
39 *Pupillus habens feudum non potest subinfeudare, etiam cum tutoris auctoritate.*
40 *Fæmina habēs feudū potest illud alteri cōcedere sine cōsensu Dñi directi, nisi viuat iure Lōgobardorū, quia tūc requiritur Mundualdus.*
41 *Non potest subinfeudare suo amatori, si viuat luxuriose.*
42 *Superfluum non attenditur, vbicumq; additur aliquid ex abundanti.*
43 *Qualitas non requisita in actu, si fuit apposita non auget, nec minuit ipsum actum.*
44 *Vassallus qui subinfeudauit rem consensu Domini adhibito, non potest solo suo consensu concessionem reuocare.*
45 *Actus, qui potest confici cum parua solemnitate, si deducatur in maiorem, illa maior solemnitas confirmat actum, ita vt non possit tolli eo modo quo ante.*

* IN materia feudali pro regula traditur * communiter à Doctoribus,
1 quòd feudatarius † potest subinfeudare rē, quā iure feudi ab alio recognoscit, c. 1. §. sed & res, p quos fiat inuest. c. beneficiū, si de feud. fuer. cōtrouer. c. 1. §. similiter, de leg. Corad. c. 1. §. callidis, & §. illud quoq; de proh. alien. p Feder. c. transmissa, & ibi Abb. in 6. not. de foro compet. Hostien in summa, de feud. §. quid hodie, Speculat. eod. tit. §. quoniam, vers. 38. & ibi Ioan. Andr. in additione, Doct. in c. quæ in Ecclesiarū, post glos. in verbo feudū, de constit. late Aluar. in c. 1. §. præterea, de c. Corrad. Et intellige vt sine consensu Domini directi hæc subinfeudatio fieri possit, vt in dictis iuribus, & bene comprobat Ias. in c. 1. in princ. 9. colum. de his qui feud. dare possunt. Quod
3 procedit † etiam si quis feudum recognoscat ab Ecclesia Iacob. de Beluis, in d. c. 1. in princ. de his qui feud. dare poss. Quo fit, vt etiā em-
4 phyteuta † Ecclesiæ possit infeudare rem emphyteoticam sine consensu Domini secundum Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua vers. 129. quē refert, & sequitur Ias. in l. fin. col. 132. vers. tertio quæro. C. de iure emphyt. vbi allegat Imol in c. potuit col. 15. in princ. de locat.

Huic autē cōclusioni dantur nonnullæ limitationes quarum Prima est, vt nō procedat nisi tribus cōcurrentibus, Primum quod infeuda-
5 tio fiat † æquali c. 1. §. similiter de legat. Corrad. Et ad hunc effectū sufficit quod æqualitas sit in seruitijs, videlicet quod secūdus vas-
6 sallus † sit æque idoneus ad seruiendū dato quod circa alia sit inæqualitas, vt per Bal. in d. c. 1. de his qui feud. dar. poss. Secūdo requi-
7 tur † quod fiat eodē modo prout ipse Vassallus habet, & non alio Alex. cons. 10. col. 2. & 3. lib. 3. & cons. 5. col. 5. lib. 5. Tertio requiritur
8 quod fiat † sine fraude, & de his tribus requisitis loquitur glos. in d. c. beneficium si de feud. fuerit controu. & in c. 1. §. præterea de cap. Corrad. Curt. de feud. in 4. par. vers. aggredior primam regulam col. 1.

Secunda limitatio est, vt non procedat quā-
9 do feudum † existit in Curia Domini, in loco, vbi ipse habet iurisdictionē seu districtum, quia tunc vassallus nō potest alij infeudare sine eius consensū. Aluar in c. 1. §. fin. vers. quæro ab extra. Quibus mod. feud. amit. dicens hoc probari per rationem specialitatis illius tex. & quod ita videtur sentire glos. ibi sequitur Curt. in d. 4. parte vers. aggredior primam regulam col 2. & remissiue vide eumdem Aluar. in d. §. præterea col. vlt. de cap. Corrad.
10 Tertia limitatio est, vt † talis subinfeudatio duret solum viuente eo qui subinfeuda-
11 uit, ea ratione, quia † resoluto iure dantis resoluitur ius accipiētis l. lex vectigalis. C. de pignor. c. 1. §. versus de contro. inuest. l. 2. C. si
12 pign. dar. Item quia Vassallus non † potest in subfeudatariū plus iuris transferre quā ipse habeat. c. Diabertū 1. q. 7. Ita Felin. in d. c. quæ in Ecclesiarū n. 69. vers. Tertia declaratio vbi allegat Specul. in tit. de feud. §. 2. vers. 48. & Bald. post Iacob. de Beluis. in c. 1. §. rursus vers. sed pone miles de contro. inuest. dicentē,
13 quod † si miles, qui alteri concesserat feudā moritur sine hærede redit feudū ad Dominū cū omni incremēto per illū tex. quia materia erat sic ordinata naturaliter; Et cū hac limitatione simpliciter transit. Ias. in d. c. 1. in princ. q. col. de his qui feud. dar. pos. vers. Itē attēde.

Sub limita primo modo, & intellige istā li-
14 mitationē, vt nō procedat, quādo † primus infeudās refutauit, qa tūc præiudicat subinfeudato secūdū Bal. in c. 1. in princ. 2. col. de alien. feud. pater. Et quod refutatio præiudicet sentit. Aluar. in c. 1. §. fi. in 1. not. de contr. inuest.
15 Secundo sublimita nisi primus † Vassallus veniret priuandus ob culpā cōmissam, in personam Dñi, tūc enim resolueretur ius secundi Vassalli, & applicaretur Dño c. 1. §. fin. quæ fuer. pri. cau. ben. amit. Aluarot. in cap. 1. §. rursus in primo not. de contr. inuest. & in c. 1. §. 1. qualiter olim feud. pot. alien. Quod pro-
16 cedit † tā in præiudiciū agnatorū quā filiorū per eaquè dicit Aluar. in d. §. fin. concl. 1 t.
17 Tertio sublita, quando † liberis, & agnatis deficientibus secūdus Vassallus vult recogno

ſcere fæudnm à primo infæudãte,ſeu Domino
tunc enim fæudum nõ deuoluetur ad Domi-
num, ſed remanebit apud ſubfæudatariũ c.1.
§.1.qualiter olim fæud.pot.alien.&·ſecundum
18 Alnar.ibidem erit caſus in quo reſoluto † iu-
re datoris non reſoluitur ius acceptoris con-
tra regulam,de qua in principio huius tertiæ
limitationis; Idem firmat Aluar. in d. c.1.§.
rurſus in 1.not. de cont. inueſt.vbi ponit Fal
lentias ad dictam regulam,& vide Curt.in d.
4.par.verſ. aggrediar primam regulam in 6.
declaratione.

Quarta affertur limitatio ad dictam prin-
cipalem concluſionem.vt nõ procedat in lai-
19 co habente † decimas in fæudum ante Late-
ranenſe Concilium,is enim non poteſt eas al-
teri in fæudum concedere, ſeu in alium laicũ
quouis modo transferre ſine auctoritate Pa-
pę per c.prohibemus,& ibi Doct.& prǽſertim
Abb.n.3.& 4.de decim.cum alijs per Couar.
var.reſol.c.17.n.5.verſ. præter hæc Rebuf. de
decim.q.13.n.79.& quæſt.10. n.11.& 15. vbi
20 quod † donatio decimarum à laico facta al-
teri laico etiam cum conſenſu Epiſcopi nõ va
let per tex.in c.quamuis de decim. Et quãuis
Imol.poſt Card.in cap.2.col.pen. de fæud.det
cautelam,vt laicus volẽs dare decimas alteri
laico ea renũciet in manibus Epiſcopi,qui tũc
poteſt illum inueſtire, & dicat hanc opinionẽ
de conſuetudine obſeruari;In contrariũ tamẽ
* quod Epiſcopus non poſsit,eſt * cõmunis opi-
nio, vt dicit Felin.in d c. quæ in Eccleſiarum
ſub n.69.verſ. quinta declaratio de conſtit. &
in c.cauſam n.4.verſ.facit etiã ad hęc de prę-
ſcript.Bero.cõſ.21.n.9.& 12.lib.1. & veriorẽ,
& tutiorẽ dicit Claud. Seiſel.in tract.de fęud.
tit. quæ res in fæud. dar. poſ.in 2.cauſa verſ.
nihilominus,ſequitur,& alios refert Redoan.
de reb. Eccleſ. nõ alien.q.63.n.17.cum duob.
ſequen.& quæſt.64.n.3.vbi de magis *cõmu-
ni Menoch.de præſ.lib.6.prǽſum.86.n.3.& ita
quoq;tenuit Rota in vna Taurinen.decimarũ
22.Ianuarij 1607.coram Marcomõtio,In qua
fuit dictum quod Epiſcopus Taurinen.nullo
modo poterat præſtare ſuam auctoritatẽ, vt
decimæ de laico in laicum transferrentur, ea
21 ſcilicet ratione,quia † nemo citra Papam po-
teſt laicum reddere capacem iuris ſpiritualis
c.2.cũ ibi not.de Iudic.late Abb. in c. ad hæc
de decim.& latius eũ referẽs Bero.d.conſ.21.
lib.1.Rebuf.de decim.quæſt.18.n.73.& 77.

Extende limitationem iſtam, vt locum ha-
beat etiam ſi conſuetudo vigeat in contrariũ
23 ſiquidem † non valet conſuetudo, vt decimæ
de laico in laicũ ſine conſenſu Papæ transfe-
rantur, quia eſt contra legem habentẽ perpe-
tuã cauſam prohibitionis nempe contra cap.
prohibemus de decim. quod nedum prohibet
infæudationem decimarum,ſed etiam ſtatuit
22 ne poſsint † decimæ per laicos aliquo tẽporis
curſu præſcribi ratione ſpiritualitatis Imol.
poſt alios in rubr.de conſuetud. n.11.ſicut e-
nim ibi ſublata eſt vis inductiua præſcriptio-
nis ex curſu temporis,ita etiã cenſetur ſubla-
24 ta vis inducendi cõſuetudinem,ne quod † vna
via prohibetur alia via admitti videatur cõ-
tra regulam cum quid de reg.iur. in 6. & ne
fraus fiat legi,quæ verbis,& non rebus impo-
ſita eſſet contra l.1.& 2.C. com. de legat. Et
quod non valeat cõſuetudo,vt laici ſint capa-
ces ſpiritualium tradit Abb.in c.Meſſana n.4.
25 de elect. Et quod † cõſuetudine introduci nõ
poſsit,vt auctoritas Papę requiſita pro ſolem-
nitate in alienatione rei Eccleſię non interue-
niat tradit Io.Andr.in.c. nulli de reb. Eccleſ.
* non alien. quẽ ſequuntur Abb.ibi, * & cæteri
communiter Benintẽd.deciſ.13.n.7. Honded.
conſ.55.n.30.lib.1.plene Lauren. de Rodulf.
in ſua diſputatione, quæ incipit. Quæſtio tri-
membris verſ. in contrarium Socin.Sen.conſ.
29. viſo quodam themate n.26.lib. 1. Ferret.
conſ.248. nu.30. lib. 2.

Quinta limitatio eſt, vt nõ procedat quan-
26 do in prima † conceſsione facta Vaſſallo eſſet
appoſitum pactum de non alienando Bald.in
c.1.§.præterea de cap. Corrad.ea ratione, vt
pactum aliquid operetur arg. l. ſed & ſi quis
§.quęſitum ſi quis caut.in fin.gloſ.magnæ.Itẽ
27 quia vbi † Prohibitio noua additur prohibi-
tioni antiquæ,tunc habet ampliare iuxta not.
per Doct. in l.1. §. nunciatio ff.de nou. oper.
nunciat. Et cum Bald. pertranſit ibi Aluarot.
col.vlt.verſ.quæro iuxta prædicta, & Iacob.in
verb. ac cũ pacto de non alienando col.1.Sed
Felin.in d. c.quæ in Eccleſiarũ n.69.verſ.ſecũ
da declaratio dicit cõtra hanc limitationem
28 eſſe cogitandũ,nam † infęudatio non eſt alie-
natio ſecundum Abb.in c.cum Apoſtolica de
his quæ fiunt à Prælat.ſine conſenſ. capit. nec
29 verba ſunt interpretanda contra † propriam
ſignificationem,vt fęudatarius incidat in pœ-
nam; Et Felin.ſimpliciter refert Curt.d.4.par
te verſ. aggredior in 4. declaratione, Iaſ. ta-
men in d.c.1.in princ.de his qui fæudum dar.
poſ.col.pen.limit.1. arguit pro, & cõtra hanc
limitationem, & tandem relinquit cogitandũ
dicens quod habet hunc articulum pro valde
difficili, nec inuenio alibi plene diſcuſſum.

Sexta limitatio eſt, vt locum non habeat
in Regno Siciliæ, in quo adhibetur etiam di-
30 ſtinctio; Nam aut † Baro vult infæudare de
nouo rem demanialem fæudi, ſeu Baroniæ,
& nullo modo poteſt ſine conſenſu Regis,
vt in conſtit. Diuæ memoriæ, & ibi Andr.
in 2.colum. Aut rem aliàs legitime infęuda-
tam, & ad ſe deuolutam, & tunc eſt ſubdi-
31 ſtinguendum, quoniam,aut talis res † deuo-
luta erat fæudum planum,& de tabula,& po-
teſt de per ſe alij dare cum eodem tamen ſer-
uitio,vt in d.conſtit. in fine,Et quod excaden
32 tiæ † cum eiſdem pactis dari debeant tradit
Alex.d.cõſ.10.verſ.3.col.5.lib.3.& cõſ.5.lib.
5. Si vero res conſueta infæudari deuoluitur
ad Baronẽ, & ipſe cæpit eam, vt ſuam dema-
nialem poſſidere,aut ſuper hoc animum ſuum
33 declarauerit, & tunc † non poteſt vlterius in

tæu-

fæudum dare Lucas de Penna in l.quicunque
C. de fund. limit. lib. 11. poteſt enim Baro
34 poſsidere †excadentias ſeparatas à Baronia,
vel innéctas cum ea Andr.in c.1.in princ. 2. &
35 3.col.de cap.Corrad. Aut eſt fęudũ † quater-
natum,vt Caſtrũ,& tunc non poteſt ſiue regio
conſenſu, vt in conſtit.poſt mortem, & vide
Andr.in c.1, in princ. col.4. de his, qui fęud.
dare poſ.& in c.1.§. prætcrea in ſine de cap.
Corrad.& in c.1.§.ſi quis de manſo de cõtro
inueſt. & in l.1. col. 2. de pact. iur. firm.
Septima adducitur limitatio, vt non ha-
36 beat locũ†in ſubdito, qui non infæudat Prin-
cipi, aut ſuperiori ſuo ſecundũ Andr. in c.1.
col.4.quid ſit inueſtit. Cõtra hoc tamen facit.
37 Nam vxor habens † Caſtra in fæudum poteſt
ea ſubinfęudare viro,nã licet ob intimũ amo-
38 rem eis viuentibus donatio † prohibeatur l.ſi
inter ff.de reb. dub. tamen hæc non eſt mera
donatio, & ſic maritus poteſt eſſe Vaſſallus
vxoris ſibi ſubditæ, vt per Bald.in pręlud. fæ-
ud. col.6. verſ. an vxor. in addit.
39 Octaua limitatio eſt,vt non procedat † in
pupillo,qui nõ ſubinfæudat etiã cũ actoritate
tutoris,vt poſt Iacob.de Beluis tenet Aluar.in
c.1.in princ.in vlt.col. per quos fiat inueſtit.
40 Nona limitatio eſt,vt nõ procedat †in mu-
liere viuente iure Longobardorũ, Nam licet
regulariter fœmina infæudare poſsit c. bene-
ficium de cap.extraord. Nihilominus non pó
teſt ſi viuit iure Longobardorũ quoniam re-
quiritur tunc Mundualdus l.1. qualiter mul.
41 prohib.alien.ĩu. Longobar.Item † non poteſt
mulier viuẽs luxurioſè ſubinfæudare ſuo ama
tori Iacob. de Ardiz. in 1.rubr.§.fœminæ.
Sed quæritur hic nõ incongrue.Finge quod
Baro, vel Vaſſallus poſsit ex ſe ſine Principe
facere rem fæudalẽ Dubitatur, An ſi cum cõ-
ſenſu Principis fecit, poſsit ſolo ſuo conſenſu
reſoluere.Hæc quæſtio fuit in facto;Et pro af-
42 firmatiua adducebatur,quia † vbicunque ad-
ditur aliquid ex abũdãti in diſpoſitione,illud
ſuperfluum non attẽdimus, doctrina eſt Bart.
in l.neq; C. de procurat. ſed hic ex abundãti
adeſt conſenſus Principis,Ergo ſolus Baro po
teſt reuocare. Confirmatur per tex. & Bald.
43 ibi in l.1.C.de legit.hæred.vbi † qualitas,quę
non requiritur in actu ſi fuit appoſita,nec au-
get.nec minuit ipſum actũ. Item facit vulga-
ris regula quod abundans cautela non nocet
de qua in l. teſtamentum C. de teſtam.
44 Sed iſtis non obſtantibus contraria † opi-
nio viſa fuit verior, quam tenet Andr.in c. 1.
§.ille tamen col.3.verſ è contra de fæudo, &
verſ. ſequen.de cõtrou.fęud.apud par.termin.
Et pro hac parte benè facit regula,quæ habet
45 quod actus† qui poteſt confici cum parua ſo-
lemnitate ſi deducatur in maiorẽ, illa maior
ſolemnitas adeo confirmat actum, vt non poſ
ſit tolli eo modo quo ante l.1. C. quando lic.
ab emp.diſced.iuncta l.emptio in fin.ff.de re-
ſcind. vend. Præterea quando Baro facit Do-
minum cõſentire videtur voluiſſe actum effi-
caciorem facere, & cum maiori,& ampliori
firmitate,& ſic quaſi facere pactum cum Do-
mino, vt inquit Bald. in cap. 1. de fæud non
hab. propr. nat. fæud. Vide Iaſ. in d. l. teſta-
mentum C. de teſtam. & quæ habentur per
Doct. in cap. cum acceſsiſſent de conſtit.

Succedens in fæudo quando debita, & onera hæreditaria ſoluere teneatur. Cap. XCVI.

SVMMARIVM.

1 Succeſſor Vaſſalli in fæudo tenetur ad debita, et onera hæreditaria,quando fæudũ eſt hæreditariũ etiamſi confecerit Inuentarium, & fecerit ſe à Dño inueſtire tãquã de fæudo nouo,et n.2.

3 Non tenetur quando fæudũ eſt ex pacto,& prouidentia, niſi de fructibus illius anni, ſi poſt Kalendas Martias fæudatarius deceſsit.

4 Declara niſi ſuccedens ſit filius,quia tunc tenetur quamuis fæudum ſit ex pacto, & prouidentia niſi Inuentarium confecerit.

5 Filius quamuis Inuentarium confecerit ſi in fæudo ex pacto, et prouidentia ſuccedat tenetur ad legata pro exoneratione conſcientiæ, remuneratione familiæ, & reſtitutione ablatorum de fructibus eiuſdem anni, licet ante Calendas Martias fæudatarius deceſſerit.

6 Non tenetur onera hæreditaria perſoluere quando ſuccedit in fæudo tanquam inſtitutus in re certa, vel in ſola legitima alio hærede vniuerſali inſtituto.

7 Item nec tenetur quãdo eſſet præteritus in teſtamẽto paterno,vel à patre iniuſtè exhæredatus.

8 Item ſi viuo patre renunciaſſet hæreditati paternæ cum iuramento mortuo patre venit ad fæudum, & illud poteſt tenere, abſque onere ſoluendi debita hæreditaria.

9 Æs alienum etiam ex legatis paternis non perſoluitur de fæudo, quando ſunt plures filÿ, & primogenitus ſucceſsit, ſed diuiditur inter filios,& computatio ſit primogenito pro rata allodialium, niſi allodialia non ſufficiant, quia tunc recurritur ad fructus fæudi.

10 Filius maſculus, qui cum fœmina ſuccedens ſolus debet habere fæudum nõ tenetur ob dictum fæudum creditoribus hæreditarÿs, niſi debita eſſent contracta ratione fæudi.

11 Idem eſt in ſubſidiũ,quando ſcilicet portio allodialium ſecundo genito, facto per eum Inuentario nõ ſufficeret ad partem æris alieni eumdem ſecundum genitum tangentem. quia tunc recurritur pro toto ad primogenitum.

1 SVCCESSOR Vaſſalli in fæudo tenetur † ad debita, & onera hæreditaria perſoluẽda, quãdo fæudum eſt hæreditarium,nec faciẽdo Inuentarium liberatur ſiue filius ſit,ſiue agnatus c. 1, vbi Andr. de Iſern. in

princip. column. 1. An agnat. Quod proce-
2 dit † etiam si successor ad onera hæredi-
taria euitanda faceret se à Domino inuesti-
ri de fęudo illo tanquam de fæudo nouo An-
dr. in dict. cap. 1. in princip. vers. & licet co-
lum. 3. per illum text. & per l. primam. C.
de repud. hæred. hæredit. Idem firmat ibi Ia-
cob. de Beluis, & sequitur Aluar. col. 4. vers.
quæro cum d. glos. in fine.

Declarari tamen debet ista conclusio, vt
procedat in fæudo hæreditario, vt dictum est,
3 secus † si fæudum esset ex pacto, & prouiden-
tia, quia tunc successor non tenebitur nisi de
fructibus illius anni, quando post Calendas
Martias fæudatarius decessisset, vt in d. c. 1.
in princ. & ibi. Andr. An agnat. Quod verũ est
4 nisi † succedens sit filius, quia tunc tenebitur
quamuis fæudum sit ex pacto, & prouidentia
nisi fecerit inuentarium Andr. in d. cap. 1. de
5 alien. feud. pat. Quinimmo etiam † si filius
inuẽtarium confecerit, nihilominus tenebitur
ad legata pro exoneratione conscientiæ, re-
muneratione familię, & restitutione ablato-
rum de fructibus eiusdem anni etiam si an-
te Calendas Martias fæudatarius decessisset,
vt per Andr. in d. c. 1. §. fin. col. 3. An agnat.
Vbi inquit quod filius in hoc est peioris cõdi-
tionis quam agnatus, quia cum filius habeat
esse à patre, & agnatus non, æquitas magis
stringit eum, quam agnatum, pro quo vide
Barbat. in repet. cap. Raynutius. colum. 80. de
testam. & col. 81. dum tractat de legato pro
exoneratione conscientiæ.

Secundo eadem conclusio declarari debet,
6 vt non procedat quando † filius succedit in
fæudo non ab intestato, nec vt institutus titu-
lo vniuersali, sed tanquam institutus in re cer
ta, vel in sola legitima alio hærede vniuersali
instituto, hoc enim casu non tenetur ad one-
ra hæreditaria persoluenda l. si quis prior ff.
ad Trebell. l. quoties ff. de hæred. instit. l. 1.
§. si ex fundo ff. eod. tit. Bald. in cap. 1. in prin
cip. de success. feud. ex traditis in l. vt iusiu-
randi §. si liberi ff. de oper. libert. & in l. si
libertis C. eod. tit. sequitur Aluar. in d. c. 1.
col. 1. An agnat. Iacobin. in verb. Itaque ipsi
inuestiti limit. 4. Idem tenet Bald. in d. cap. 1.
7 An agnat. quando filius esset † præteritus in
testamento paterno, vel à patre iniustè exhę-
redatus, & eum sequuntur Iacob. & Aluar. in
in locis præallegatis.

Tertio debet etiam declarari, vt locum nõ
habeat quando filius viuo patre renunciasset
hæreditati paternæ cum iuramento quod fa-
cere potest cap. quamuis de pact. in 6 Nam
8 mortuo † patre veniet ad fæudum, & illud te-
nebit non habita hæreditate à qua grauatus
est Bald. in d. cap. 1. An agnat. dicens hanc es-
se bonam cautelam ad euitandum onera cre-
ditorum, nec ab aliquo Doctore tactam, sequi
tur Aluar. ibid. col. penult. & Iacob. in verbo
Itaquę ipsi inuestiti limit. 6.

9 Quarto declaratur, Nam quando † essent
plures filij, & primogenitus successisset in
fæudo, vt quia in eo viuebatur iure Franco-
rum, tunc æs alienum etiam ex legatis pater-
nis nõ persolueretur de fæudo, sed divideretur
inter filios, & cõputatio fiet primogenito pro
rata allodialium, nec primogenitus ratione
fæudi contribuet plus alijs; secus si allodia-
lia nõ suppetant, quia tunc recurretur ad fru-
ctus fæudi, Ita Iacob. in verb. Et cum pacto,
quod de ipso fæudo colum. 5. & fuit dictum
Bald. in cons. 433. lib. 1. vbi inquit, quod fi-
10 lius † masculus, qui cum fœmina succedens
solus debet habere fæudum, non tenetur ob
dictum fæudum creditoribus hæreditariis l.
quoties C. de hæred. instit. & l. ex facto ff. eod.
tit. nisi debita essent contracta ratione fæudi
nam ad ea solus primogenitus tenetur l. si cer
tarum ff. de milit. testamen. Et idem est in
11 subsidium quando † portio allodialium secun
do genito, facto per eum Inuentario non suf-
ficeret ad partem æris alieni eumdem secun-
dum genitum tangentem, tun enim recurre-
tur pro toto ad primogenitũ in subsidium ita
Bald. in d. l. si certarum ff. de milit. testam.
Lucas de Penna in l. siquidem in fine C. de
ann. & trib. lib. 10. Imol. in l. ex facto in fine
ff. de hæred. instit.

Clausula arbitrio Rotæ apposita in rescri-pto quomodo intelligenda. C. XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Clausula arbitrio Rotæ in commissione apposita intelligitur omisso rigore iuris, & seruata æquitate iuris gentium.*

2 *Item importat prout de iure.*

3 *Directa illi qui alias habebat iurisdictionem & facultatem procedendi prout de iure, importat liberum arbitrium.*

4 *Rescriptum directum Iudici, vt inquirat de aliquo delicto, si ipse alias poterat de delicto illo cognoscere, operatur quod possit inquirere etiam fama non præcedente.*

5 *Princeps concedens libertatem testandi illi, qui alias testari poterat censetur remittere illi solemnitatem testandi.*

PLERVNQVE acci-
1 dit, quod in rescriptis, seu
commissionibus causarũ
quæ diriguntur apponа-
tur clausula *arbitrio Ro-
tæ*. Intelligitur, itaque
1 hæc clausula, † idest om-
misso rigore iuris, & ser-
uata æquitate iurisgen-
tium Bald. cons. 177. n. vlt. lib. 1. Aym. cõs. 190.
n. 5. Quia quando superior committit hoc in-
feriori censetur illi dare facultatem tollendi,
& mutandi ea quæ sunt de rigore iuris Ciui-
lis, Menoch. de arbitr. iud. quæst. 15. & fuit
sentum per Rotam in vna Cathanien. illegiti-

mitatis

mitatis de anno 1583. coram fel.record.Cle-
mente Papa Octauo tunc Auditore: Quamuis
2 enim hæc † clausula, *arbitrio*, &c. importet
prout de iure Bart.in extrauag.ad reprimé-
dũ in verbo videbitur, Cæsar. de Graſ. deciſ.
8. de re iudicat. cum simil. Est tamen verum
quod dat facultaté aliqualiter discendendi à
regulis iuris Creſcen.deciſ.4.de teſtib. Maxi-
3 me quando† reſcribitur illi,qui alias habebat
iuriſdictionem, & ſic facultatem procedendi
prout de iure, quia tunc videtur magis acce-
dere ad liberũ arbitriũ,ne alias ſi redigatur
ad meros terminos iuris illa commiſsio fiat
ſuperflua,vt poſt Imol. in l. filiusfamilias de
donat.tradit Felin. in c.1.n.51. col.4. verſ. &
ſi dicatur arbitrio ſuo de conſtit. Dec. in l.
In perſonam §.generaliter de reg. iur. Et fuit
tentum in vna Romana Coctimi 6. Martij
1606. coram Sacrato.

Hinc Bald. non ineleganter ſcriptum reli-
quit in l.nullus.C.ad l.iul.maieſt. n.1. quod ſi
4 Iudici † mãdetur, vt inquirat de aliquo deli-
cto,ſi ipſe alias poterat de delicto illo cogno-
ſcere,virtute huius cõmiſsionis poterit inqui-
rere,etiã fama nõ pręcedẽte,cuius opinionem
ſequitur poſt alios Crot.in l. nemo poteſt n.3.
ff.de leg.1.Cui ſimile, & illud videtur, quod ſi
5 Princeps concedat † libertaté teſtandi illi,qui
alias ex regulis iuris cõmunis teſtari poterat,
videtur illi remiſſa teſtaméti ſolẽnitas gloſ. in
l.ſi quando.C.de inoffic.teſtam quã ibi ſequũ-
* tur Bart.in 1.oppoſit.& Iaſ. qui * cõmuné di-
cit col.1.idem Iaſ.in l.1.in 2.lect.n.20.C. de
Sacroſ. Eccleſ. Aleiat. lib.5. Paradox. cap.5.
Bald.in c.1.n.14.& Ripa n.29.de reſcript.

Signatura Papæ per Verbum, Placet, quid operetur paucis explicatum. Cap. XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Papa reſcribens in commiſsione ſeu alia gratia ſimpliciter per verbum,* Placet, *cenſetur omnia concedere quæ non ſunt cancellata.*
2 *Clauſula Iuſtitiam faciat prout de iure, & alia ſimilis poſita in commiſsione per Regentem* Cancellariæ *non facit cenſeri ipſam commiſſionem redactam ad terminos iuris.*
3 *Regens* Cancellariæ *non poteſt limitare ſignaturam Papæ.*
4 *Deciſ.* Creſcentij *1.de reſcript. declaratur.*
5 *Clauſula, iuſtitiam faciat poſita in extenſione* Regentis *operatur tantum in reſcriptis ſignaturæ iuſtitiæ, & non in commiſsionibus ſignaturæ gratiæ.*
6 Signatura *Papæ præcipue eſt attendenda, non autem extenſio* Regentis.

SED opportune hic quæritur ſi com-
miſsio ſit ſignata à Papa per verbũ,
Placet, nec ſit additum, prout de iu-
re,nec quid aliud,quid cõceſſum videatur.Et
1 dicas † omnia petita cenſeri conceſſa,Caſſad.
deciſ.7.de reſcrip. Et ratio eſt quia reſponſio
ſimplex concedit omnia petita, quæ non ſunt
cancellata,Rota deciſ. 1.de reſcript. in nouis,
& deciſ.1.eod. tit.in antiquis,Staph.de cõmiſ.
2 lit.inſt. in prin.n.13.Et verba *iuſtitiam† faciat
prout de iure*,& ſimilia appoſita per Regenté
Cancellariæ non faciunt cenſeri commiſsioné
redactã ad terminos iuris Caſſad. d.deciſ. 7.
3 n.1. Quia, vt dicit idẽ Caſſad. Regens † non
habet poteſtatem limitandi ſignaturam Papæ
Put.deciſ.1.eod. tit. Ant.Aug.in epit.eod.tit.
4 §.16. Ideo † non facit deciſ.Creſcen. 1. de re-
ſcript.quod ſcilicet clauſula, *& iuſtitiam fa-
ciat* poſita in extenſione Regentis intelligatur
quatenus de iure ſit quod petitur, quia fuit
intellecta per Rotam in vna Ariminen. reſciſ-
ſionis 18. Maij 1590. coram Cardinale Sera-
phino,vt procedat tantum in reſcriptis ſigna-
5 turæ † iuſtitiæ, non autem in commiſſionibus
ſignaturæ gratiæ,quando Papa expreſſe,& ex
certa ſciẽtia aliquid concedit,quod videatur
eſſe cõtra iuris cõmunis diſpoſitioné. Nã tũc
cenſetur facta conceſſio remoto iuris obſta-
culo nõ obſtãte clauſula pędicta, ea ſcilicet
6 ratione, quia † ſignatura Papæ præcipue eſt
attendenda, non autem extenſio Regentis.

An ſit locus ſubſtitutioni ad fauorem ſenioris de Domo teſtatoris, vel potius ſuccedat proximior de agnatione, ex ſubiecta facti ſpecie declaratur. Cap. XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Conſilium Oldr. 21. per Rotam multoties fuit canonizatum.*
2 *Dictio, eo caſu, in ſubſtitutione appoſita eſt relatiua qualitatum præcedentium.*
3 *Item operatur, vt ſubſtitutio reſtricta ſit ad caſum expreſſum nec ad alium extendi poſsit.*
4 *Copula, Et, quando refertur ad alias perſonas præcedentem diſpoſitionem ampliat.*
5 *Vt intelligitur retẽtis terminis de quibus ſupra.*
6 *Superfluitas verborum potius eſt toleranda, quam, vt inducatur noua diſpoſitio odioſa.*

TESTATOR inſtituit Melchioré, & Vincentiũ filios ſuos legitimos in omnibus bonis ſuis,eoſq; inuicé ſubſtituit, vulgariter, pupillariter,& per fideicommiſſum.Poſtmodũ in eodem teſtamento ſubſtitutionem fecit ſub his verbis.Itẽ voluit quod ſi dicti ſui filij decederent ſine filijs legitimis,eo caſu vltimo eorum decedẽti ſuccedat Senior de Domo ipſius teſtatoris, & hoc in perpetuum non exiſtẽtibus maſcu-

masculis per lineam eius directam masculinã:
Mortuo autem Vincentio sine prole, vltimo
decessit Melchior cũ filijs masculis, qui postea
decesserunt sine filijs. Quæritur an hoc casu
sit factus locus alicui substitutioni ad fauorẽ
Francisci qui est Senior de Domo testatoris,
vel potius succedat proximior de agnatione.

Et quidem vsque ad illa verba, (& hoc in
perpetuum) clarum est non esse locum substi-
tutioni ad fauorem Francisci, Nã testator vo-
luit, quod si filij sui decederent sine filijs, eo
casu vltimo eorum sic decedenti succedat Se-
nior de familia; Vnde cũ adessent filij filiorũ
talis vocatio Senioris non potest habere locũ
tanquã defecerit conditio sub qua vocabatur
1 iuxta † cons. Oldr. 21. toties canonizatum in
Rota per tex. in l. si quis hæredum vbi Ias. id
notat. C. de instit. & substit. l. ex facto §. si
quis autẽ vbi Paul. col fin. & Ripa col. 1. Idem
Ripa in l. centurio n. 168. ff. de vulg. late Ti-
raq. in l. si vnquam in verb. susceperit n. 153.
C. de reuoc. donat. latissime Bursat. cons. 1.
lib. 1. Quod maxime procedit stantibus illis
verbis (eo casu) quæ substitutionẽ Seniori de
familia restringunt ad casum quando vltimus
moreretur, non existẽtibus filijs nominatis, tũ
2 quia dictio † (eo casu) est relatiua cum omni-
bus suis qualitatibus l. à filio §. testator de
alim. & cibar. legat. Bart. in l. si quis seruum
§. fin. de leg. 2. tum etiã quia oratio suppletur
quoad alium successurum, videlicet quod suc-
cedat Senior de Domo, & ideo censetur facta
repetitio cum omnibus qualitatibus præcedẽ-
3 tibus Ruin. cons. 137. n. 4. lib. 1. Hæc enim † di-
ctio, (eo casu) operatur, vt substitutio restri-
cta sit ad casum expressum, itaut ad alium ex-
tendi non possit, Anchar. cons. 356. col. 2. vers.
tertio hoc probatur Dec. cons. 89. n. 3. Cranet.
cons. 98. n. 5. Paris. cons. 2. n. 15. & cons. 14. n. 9.
lib. 3. Natta cons. 678 n. 6. Si igitur substitutio
est restricta ad casum in quo filij morerentur
sine filijs, & eo casu testator vult quod vltimo
decedenti succedat Senior de Domo, Sumus
in claris quod Franciscus non censetur voca-
tus, quia Senior Domus est solum substitutus
quando omnes filij decederent sine filijs, ideo
relictis filijs expirat substitutio, & consequen-
ter ponderando verba, vsque ad dictam clau-
sulam, & hoc in perpetuum casus est indu-
bitabilis.

Difficultas est quia Senior de Domo testa-
toris, & consequenter Franciscus videtur vo-
catus sub alia conditione, videlicet si dece-
rent masculi descendentes per lineam directã
masculinam ipsius testatoris, quæ conditio
videtur ampliatiua, & quandocunque nõ exi-
stant descendentes ex dicta linea masculina
censeatur facta substitutio in fauorem Senio-
ris de Domo; Et hæc secunda substitutio vi-
detur colligi ex illis verbis (Et hoc in perpe-
tuum non existentibus, &c) ex quibus videtur
constare de enixa mente testatoris volentis
inducere substitutionem nedum in casu in quo
vltimus ex filijs decederet sine filijs, sed etiã
non existentibus masculis descendentibus per
lineam directam ipsius testatoris, Neque
enim potest negari quin hæc clausula conti-
neat nouas personas positas in conditione vl-
tra positas in præcedenti dispositione, quia
4 copula, Et, quando refertur ad alias personas
præcedentem dispositionem ampliat, vt per
Socin. cons. 62. nu. 5. lib. 3. Alioquin, si hæc sub-
stitutio esset tantum restricta ad vltimum fi-
lium ipsius Testatoris decedentem sine filijs,
Verba illa (Et hoc in perpetuum non existen-
tibus masculis, &c.) essent omnino superflua,
quod non est dicendum.

Sed istis non obstantibus contrarium est
resoluendum, Videlicet, quod per illa verba
(Et hoc in perpetuum, nõ sit inductum nouum
fideicõmissum); Moueor quia verba hæc stant
illatiue, & referunt idem tempus, Ideo non
possunt importare nouã substitutionẽ, sed solũ
eo casu, quo omnes filij hæredes nominati de-
cederent sine filijs, Cephal. in terminis cõs. 17.
sub n. 9. Card. Alban. cons. 1. n. 3. cũ plurib. seq.
Cũ enim non habeant verbũ de per se, sed re-
gantur à verbo præcedentis orationis nõ pos-
sunt importare nouũ fideicommissum, sed so-
lum, eo casu quo hæredes nominati decedant
sine filijs Alex. cõs. 138. col. 1. & 2. lib. 6. Ruin.
cons. 153. nu. 2. vers. & substitutio sequens, lib.
2. Dec. cons 218. n. 13. vers. superest tãtum, vbi
erãt fortiora verba quam in casu de quo agi-
tur, Socin. cons. 62. n. 6. cum seq. lib. 3. Cephal.
cons. 260. per totum lib. 5. Maxime conside-
5 rando copulam, Et, quæ † intelligitur retentis
terminis de quibus supra, vt bene per Ias. cõs.
228. n. 2. lib. 2. qui n. 1. dicit quod cum non le-
gantur filij filiorũ positi nisi in conditione nõ
potest dici illis facta substitutio, sed verba, In
perpetuũ referuntur ad substitutionẽ purifi-
cata cõditione, quod filij decedant sine filijs
qui bene loquitur per tot. cons. ad proposi-
tum nostrum, ideo videatur.

Ex his cessat, quod dicebatur de nouis per-
sonis positis in conditione, quia etiam in ca-
su Alex. cons. 139. lib. 6. dicebatur de gradu
in gradum, & sic considerabantur nouæ perso-
næ, & tamen ipse cõcludit non esse ibi inductũ
nouum fideicommissum; sic quoque loquitur
Ias. Ruin. & alij supra citati: Et iste in effectu
est casus Oldr. in cõs. 21. sæpius approbato, vbi
in conditione illa, si sine filijs, aut descendenti-
bus, erant positæ nouæ personæ, & verba po-
terant importare nouum fideicommissum,
propter virtutem alternatiuæ, & tamen Oldr.
concludit, quod restringuntur ad casum sub-
stitutionis per mortem hæredis sine filijs.

Nec facit consideratio superfluitatis dicto-
6 rum verborũ, quia vltra † quod debemus po-
tius tolerare superfluitates quam inducere
nouam dispositionem odiosam, Aym. cons.
127. nu. 18. dico quod immo hæc verba satis
operantur, nã vbi supra dixerat succedat Se-
nior de Domo, erat solũ facta substitutio vul-
garis,

garis, adeo quod ille solũ censebatur vocatus qui erat Senior de familia tempore, quo heredes nominati decederet sine filijs, & illo adeũte cæteri non potuissent amplius admitti iuxta doctr. Cuman. in l. Gallus §. quidam recte n.7.in fine de lib.& posthum.dicendo autẽ, Et hoc in perpetuũ, ex hoc dicitur facta substitutio fideicõmissaria inter Seniores de familia ad tradita per Card. Mant. de coniect. vlt. volunt.lib.2.tit.vlt.n 7.Et sæpius fuit decisum in Rota, vt in Vrbeuetana Castrorum coram Cardinale Seraphino de anno 1579 in Romana fideicõmissi de Gallis, & in vna Bononien. della seta, corã Cardinale Pamphilio de anno 1587.Illa igitur verba, Et hoc in perpetuũ referuntur ad Seniorẽ Domus, qui substituitur, & non ad filios filiorũ testatoris, qui solũ sunt positi in conditione, & non vocati, vt post alios Menoch.cons.268.n.15.cũ seq.lib.3.& Ias. vbi supra. Similiter verba, non existentibus masculis, & c.cum veniant continuatiue, & cum verbis restrictiuis, & hoc debent intelligi eo casu, vt supra loquutus fuerat. Ideo satis operantur, nam vbi supra dixerat non existentibus filijs, quod tam de masculis, quam de fœminis poterat intelligi, vt de *communi testatur Roland.cons.82.n.8.lib.3.Cephal.cons. 46. nu. 39. hic apponendo ista verba non existentibus masculis, facit quod fœminæ non compræhendantur Bart. in l.eum Auus nu. 4. de condit.& demonstr.Paris.cons.39.n.3.lib.2. & sic non remanet sine effectu operandi quod sufficit Socin.d.cons.62.n.5.lib.3.

Nec obstat quod verba sint concæpta negatiue, videlicet non existentibus masculis, & exponantur idest, vel extantibus masculis, & postea decedentibus iuxta tradita per Socin. in l. solemus in fine de condit.& demonstr. Quia hoc non procedit vbi verba sunt restricta, & limitata ad certum tempus, vt in casu nostro Ruin.cons.126.nu.12 lib.1. Dec.cons.585.nu. 4. Alex.cons.53.nu.11.lib.8.

Concludo igitur per hæc verba non esse inductũ nouũ fideicõmissum nec locũ esse alicui substitutioni ad fauorẽ Senioris de Domo, sed bona spectare ad proximiorem de agnatione.

Quis ad fideicõmissum admittatur, & an detractio Trebellianicæ sit prohibita ex sequẽti themate demonstratur. Cap.C.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina appellatione filiorum non veniunt quando sequeretur absurdum, quod fœmina magis remota excluderet propinquiorem.*
2 *Appellatione filiorum in vltimis voluntatibus regulariter continẽtur, ex interpretatione tantum extensiua nõ comprehensiua, & n.3.& 4.*
3 *In vltimis voluntatibus mens testatoris, & interpretatio illius magis attenditur quam rigor verborum.*
6 *Filia fœmina appellatione filiorum non continentur quando testator habuit respectum ad conseruationem agnationis, vel quando statutum viget exclusiuum fœminarum, & nu. 7.*
8 *Anchar.in c.Canonũ statuta de cõst.declaratur.*
9 *Trebellianica potest prohiberi à testatore non solum expresse, sed etiam tacite, & per verba generalia id importantia.*
10 *Item secundum Rotam talis prohibitio admittitur etiam in liberis primi gradus.*
11 *Prohibitio Trebellianicæ inducitur si testator mandet restitui pleno iure totam hæreditatem, & n.13.*
12 *Non inducitur secundum magis communem opinionem, vbi testator voluit pleno iure hæreditatem restitui substitutis.*
14 *Trebellianica non detrahitur contra Piam causam etiam si ante ipsam alij debeat fieri restitutio, & n.15.*

STANTE testamento quõdam Aloysij in quo hæredẽ vniuersalem instituit Lucretiam eius vxorem donec ipsa vixerit, & vitam vidualẽ seruauerit, cui post eius mortem, vel transitum ad secunda vota substituit vulgariter, & per fideicommissum Ioannem eius ex fratre prædefuncto nepotẽ, vel eius filios, Quibus omnibus quandocumque morientibus sine filijs substituit Monasterium Sancti Saluatoris grauans dictã eius vxorem, vt pleno iure totam eius hæreditatem restituat dictis substitutis; Dubitatur primo, An per transitum vxoris ad secundas nuptias, Maria filia Ioannis, qui decessit sine filijs masculis, censeatur vocata ad fideicommissum, vel potius Monasterium admitti debeat? Secundo dubitatur, An hoc casu Trebellianica fuerit vxori à testatore prohibita?

Quod attinet ad Primum dubium, quamuis testator haberet alias neptes ex fratribus, quę erant magis sibi proximæ, quam esset Maria, quę erat proneptis ex fratre, & sic nõ videatur quod voluerit eã cõprehendere dũ dixit Ioãnẽ vel eius filios per ea quæ scribit Anchar.in repet c.canonũ statuta sub nu.276.de constit.
1 Vbi dicit quod appellatione † filiorum nõ veniunt fœminæ, quando sequeretur absurdum, quod fœmina magis remota excluderet propinquiorem sequitur Alex.cons.45.n.8.lib.7. Brun. in tract. de stat.exclu. fęm.art.5.quæst. 13. ad finem Gabr. in tit. de verb.signif.conclus.6. n. 115. Nihilominus hoc non obstante existimo dictã Mariam proneptem, quæ sola superest ex filijs Ioãnis admitti debere, & hoc
2 ex regula, quod † in vltimis voluntatibus appellatione filiorum filiæ fœminæ continentur l.si ita scriptum de leg.2. l. quisquis de verb. signif.glos in l.seruis legatis de leg.3.Bar.in l. 1.de verb.signif.Roman.cons.140.Anchar.cõs. 120.circa finem Alex.cons.17.nu.8.lib.7.Dec. cons.370.Paris.cons.41.nu.76.lib.3. Alciat.in dicta l.quisquis, & in l. iusta eod. tit. Cardin. Mantic.

Mant.de coniect.vlt.vol lib. 11.tit.14.nn.2. &
seq Gabr.d.concl. 6.n.7. Qnãuis etenim filiæ
3 fœminæ † nõ veniant appellatione filiorũ ex
propria significatione vocabuli, sed ex inter-
pretatione tantũ,secundũ Alber in l.iusta n.2.
de verb.signif. Anchar.conf.112.nu.3.Roland,
conf.93.nu.14.lib.2. Quidquid dicat Cephal.
conf.45.n.13.lib.1. Quinimmo interpretatio-
4 ne † extensiua nõ cõprehensiua,vt per Alban.
* conf.19.n.4.qui dicit * cõmunẽ quidquid vo-
luerit Anchar.d.conf.112.nu.3. Tamen in hac
5 materia,vbi mẽs † testatoris,& interpretatio
illius magis,quã rigor verborũ attẽditur l.hæ-
redes mei §.cum ita.ff.ad trebel.filiæ fœminæ
appellatione filiorum optime cõtinentur ; Et
hoc procedit absque vlla difficultate,quia hic
non datur diuersitas rationis inter masculũ,
& fœminã prout cõsiderant Doctores in casi-
bus in quibus,vel testator habuit respectum
6 ad † conseruationem agnationis,vt concludit
Io.Andr.in addit.ad Speculat.rubr.de success.
ab intest.vers.& est sciendum Alex cõs.48.col.
3.vers. quod autem & col.4.vers. Quinimmo
plus dico lib.4.Crot.inter cõs.Cranet.cõs.54.
n.29.& 30. lib.2.cũ alijs de quibus per Gabr.
de testam.concl.6.n.54. Vel quando statutum
7 viget exclusiuũ fœminarum Anchar. in l. tres
fratres.ff.de pact.Alex.in l.Gallus §.quidã re-
cte, vbi etiã Socin.col.3.in fine de lib. & post-
hum.Castren.conf.409.lib.2.cum allegatis per
Card.Mant.de coniect.vlt.volunt. lib.6. tit.7.
n.8. Nã hic non tractatur de excludendo ali-
quẽ de descendentibus,vel agnatione testato-
ris,de quo per Couar.in c.Raynaldus in prin-
cip.n.2.de testam. Neque de statuto exclusiuo
fęminarum propter masculos, de quo post
alios per eumdẽ Card.Mantic.de coniect.vlt.
vol.lib.11.tit.14. Sed de excludẽda vxore te-
statoris,vt non habeat hęreditatẽ contra vo-
luntatẽ ipsius postquam transiuit ad secunda
vota.

Et ita tollitur absurdum consideratum ex
8 Anchar.in d.c.Canonũ statuta; Quia † proce-
deret, quãdo aliæ neptes testatoris magis illi
proximæ haberent ipsius voluntatem ; quia
& ipsę vocatæ dici possent ; tunc enim in con-
cursu procederet, quod vocatio istius quæ est
magis remota nõ admitteretur ad excluden-
dum alias magis proximas , & iste est casus .
Anchar.& aliorum ; Sed hic cessat huiusmodi
absurdum,quia non agitur de excludẽdo illas
neptes magis proximas, sed de excludẽdo ip-
sam vxorẽ,ne scilicet contra voluntatẽ ipsius
testatoris hæreditatẽ obtineat, ex quo ad se-
cundas nuptias cõuolauit:Vnde magis absur-
dũ esset, quod ista proneptis non esset vocata,
sed admitteretur illa quę effecta fuit indigna,
& odiosa testatori trãseundo ad secũda vota.
Et ꝓpterea dilectio nõ potest cõsiderari in il-
lis neptibus ex fratre,quãuis sint proximiores
ex quo testatoris voluntatem non habẽt l. cũ
quidã C.de legat.Curt.Sen.conf 40.n.13.Sim.
de Pret.de interpret.vlt.vol.fol.336.nn.6.

Circa secundam difficultatẽ puto dicendũ
Trebellianicam fuisse prohibitam à testatore,
9 quia potest † prohiberi non solum expresse,
sed etiã tacite , & per verba generalia id im-
portantia Bart.in l.centurio nu.27.de vulg.&
pupill.vbi Galiaul.n.88.testatur de magis cõ-
* muni, * & veriori opinione prout etiam facit
Paris.conf.21. n.35.lib.3. Quod Rota admit-
10 tit † etiam in liberis primi gradus,vt per Sar-
nen.decis.93.incip.Trebellianica potest prohi-
beri Simonet. decis.87. incip. in vna Romana
hæreditatis lib.1.& tradit Card. Mantic. de
coniect. vlt.volunt. lib.7. tit.12. & nouissime
Molin. qui plures alios refert de primogen.
Hispa.lib.1.cap.17.vers. contrarium tamen.
Sed in hoc casu adsunt illa verba vniuersalia
11 restituat pleno iure totam hæreditatem † quæ
importãt prohibitionem detractionis Trebel-
lianicæ; Nam licet magna sit disputatio,cum
testator voluit pleno iure hæreditatem resti-
tui substitutis,an sit prohibita Trebellianica ,
* & frequentiori * calculo receptum fit eam
12 non † esse prohibitam , quia commodissime
potest intelligi , vt hæreditas restituatur quo
ad directum, & plenum dominium,à quo vti-
le non sit disiunctum,vel quoad proprietatem
& vsumfructum Roman.conf.239. n.3. Capra
conf.83.n.9.& seq. cum alijs per Card.Mant.
d.lib.7.de coniect.vlt.volunt.tit.12.n.18. Ta-
13 men quando testator voluit pleno † iure totã
hæreditatem restitui, verius est , vt intelliga-
tur expresse prohibita , quia ex dictis verbis
enixa voluntas testatoris , ostenditur, sicut
etiam quando voluit pleno iure restitui to-
tam, & integram hæreditatem Galliaul. in d.
l. Centurio nu. 88.& Ripa n. 130.& 135. Put.
decis.444.in fine lib.2. Card.Mantic. d.lib.7.
tit.12.n.13.15.& 18. in fine.

Confirmantur prædicta , quia testator post
mortem omnium voluit suam hæreditatem
peruenire ad Monasterium S. Saluatoris;Vn-
de cum sit peruentura ad Monasterium non
potest detrahi nec ab vxore Trebellianica ,
quia esset in præiudicium dicti loci Pij contra
14 quem † non detrahitur Trebellianica, vt late
per Tiraquel.de Pia causa priuileg.27.

Nec dicatur quod procedit quando fit re-
stitutio Piæ causæ,quia dico, quod locum ha-
15 bet etiam † quando alijs debet restitui ante
Piam causam, Paul. de Castr.in l. cum dotem
marito per illum tex. ad l. faleid. Roman. in
anthen. similiter in 4. Spec. eod. tit. Bald. &
Angel.in l.auia §.Titio de cond.& demõstrat.
Corn.conf.330.lib.1.idem Roman. conf.206.
Aret.conf.67.col.fin. Aym. conf.137.num.13.
quos refert , & sequitur Tiber. Decian.conf.
4.n.9.lib.3.

FINIS LIBER PRIMVS.